



Zur

Gräfl.vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

Nº 879

VV  
R

X

[54409]  
138 | 14045

i 9. 8. 88

• ४८ ।



SEDIS R O-  
MANÆ  
I. POTESTAS.  
II. SANCTITAS.  
III. FIDES.

EX GENVINIS ANTIQVITATIS  
*Ecclesiastica monumentis demonstrata*

A V T H O R E  
J A C O B O C A P P E L L O.

HEIDELBERGÆ,  
Impensis JONÆ ROSÆ Librarii Francofurt.

*Typis Iohannis Lancelloti, Academix Typogr.*

ANNO c 10 I 0c XIX.



AB 77 0633(1)

L43

# JACOBVS CAPPELLVS

## JUL. CÆS. BULENGERO S.

 Ontroversiæ ad juris divini quæstionem pertinentes ex authenticis divini juris instrumentis, iisq; solis decidi possunt, quam etiam in iis utiliter consuluntur sacrarum Synodorum consulta, fidorum interpretationum lucubrationes, responsa prudentum ac juris divini consultorum. Quæ verò pertinent ad quæstionem facti, si quis exigat, ut Scripturæ solius auctoritate decidantur, is ludibrium debeat. Si quæratur, quænam debeat esse Sedis Rom. potestas, id pertinet ad quæstionem juris. In ea videndum, quid Scriptura sanctiat. Si verò quæratur, quænam olim fuerit Sedis Rom. potestas, sanctitas, ac justitiæ soror, incorrupta fides, id omnino pertinet ad quæstionem facti, quæ non nisi ex antiquitatis ecclesiasticæ monumentis decidi potest. Ea tibi, BULENGERE, nota, lecta, chara esse nullus dubito. Eò lubentius te selegi, non tam adversus quem ea de re scriberem, quām cum quo familiariter & amicè differebam, ac per vestigarem, uter verius, & ecclesiæ praxi convenientius quæstionem hanc pertractarit, Casaubonus <sup>in manus</sup>, adversus Baronium, an tu, Baronius, aut quisquam eorum qui pro Baronio scripserunt, adversus Casaubonum. Nec enim tuas tantum, Sed & illorum præcipuas rationes expendimus. Sed ne quod rei debetur, præfationum involucris impendatur, ad rem ipsam aggredior,

## *Epistola Jacobi Cappelli*

Quisquis omissis, vel molli brachio pertractatis iis, quæ potissimum ad rem faciunt; operosè probat, quod ab adversario non negatur, is controversiæ statum vel ignorat, vel sciens intervertit, eoqué laterem lavat aut fucum facit.

In hunc lapidem impingunt omnes Pontificiæ sanctitatis ac dominationis patroni. Tu quoties in eum impegeris, Bulengere, numerare, non minus inutile sit, quam operosum. Erroris tamen huius vel toties iterati vel perpetuò fere continuati summa capita notare, plurimum ad rem faciet. Igitur frustra millies ad ravim intonat, ad naufragium gemitat Papa voces illas: *Tu es Petrus, tibi dabo claves, Pasce oves meas*, quasi quisquam eorum, cum quibus Papæ, tibi, vel cuivis alteri Papæ patrono res est, sit, qui sacrosanctas illas voces vel ignoret, vel insimulet falsi. De Papa, non de Petro cum agatur, tuum erat docere, non quid de Petro, sed quid de Papa pronuntiarit Spiritus sanctus. Etiam si de Petro quæstio esset, tamen frustra sexcenties repetis ea Scripturæ loca, quæ probant, Petrum inter Apostolos eximum & ordine primum fuisse, cum id ultro fateantur ii, quibus bellum indicis.

Frustra contendis & Scripturæ Patrum vè testimoniis probas, Petro commissam totius Ecclesiæ curam. Quis enim eorum, adversus quos disputas, negat Petrum Apostolum fuisse? Apostolis autem omnibus in solidum commissam totius Ecclesiæ curam profitemur & probamus ex Matthæi XXVII. Quidni possit igitur id tam de Petro quam de Matthæo, vel Johanne prædicari?

Frustra nobis ostentas Episcoporum Romanorum dicta, quibus plurimum sibi tribuunt. Fatemur enim plerunq; pedisse quam honoris arrogantiam esse, ut Salviani verbis utar, huius vitii nusquam plura quam Romæ extare documenta. Simul ac illius sedis historia è tenebris

incipit

incipit emergere, nihil in ea priùs, nihil manifestius elucet quām fastus. Quis autem dubitet Thrasoni, quò plura sibi tribuit, eò minus fidei deberi?

Frustra conqueriris loca, quæ Romanum Episcopum Christi vicarium vocant, cum ita dici possit quivis pastor, respectu sui gregis. Quærendum igitur, an & quo jure dicitur Papa generalis, universalis Christi vicarius omnium Ecclesiarum, Christianorum omnium respectu.

Frustra convexas undique Patrum testimonia, quibus probes, Romanum Episcopum eximum inter reliquos & ordine primum fuisse, cùm solarum imperii Romani Ecclesiarum historia vobis nota sit. Quid mirum autem, si intra fines imperii Romani Roma quāvis aliâ civitate, eoqué Romanus Episcopus quovis alio fuerit notior, illustrior, potentior?

Frustra præsidium ponis in iis Patrum locis, quæ vel Petrum, vel Romanum Episcopum reliquorum Principem, verticem, caput vocant, aut quid simile, cùm iudem reliquos Apostolos Petri, reliquos Episcopos Romani collegas vocent. Nihil dominatui, nihil principatui propriè dicto magis adversatur, quām collegæ nomen. In quovis autem collegio, qui simul & dotibus eximius est & ordine primus, vel alterutro modo præcipius, is impropriè quidem, sed non infreuentertamen dicitur reliquorum princeps, caput, coryphæus, &c.

Frustra gloriariis, quoties legis aliquem nuncupantem Romam Petri cathedram, aut Romanum Episcopum Petri successorem, cum quivis fidus pastor sit Petri successor, ac imprimis hoc elogio decoretur is, qui pastor est eius loci, in quo Petrus quoque pastor fuisse & supremum diem obiisse creditur. Tò nevóque igitur est, an quisquis Petri successor dicitur, sit etiam hæres omnium Petri prærogativarum.

## *Epistola Jacobi Cappelli*

Quidnam sibi potissimum impugnandum proponuit Casaubonus? Doctrinam scilicet illam, quam Hildebrandinam vocat. Qualisnam illa sit, audiamus. Hildebrandus, qui se Gregorium VII. vocari jussit, quasi Dictatorem agens edidit canones quosdam, quos vocat, **DICTATUS PAPÆ.** Hos refert Baronius A. D. 1076. S. 31. 32. 33. Ii sunt: *Quod Ecclesia Romana à solo Domino sit fundata.* Obscuro, cur Romana potius, quam Hierosolymitana, quam Antiochena, Cæsariensis? *Quod solus Romanus Pontifex jure dicatur Universalis.* At hoc soli perditionis filio vel patri convenire contendebant olim Pelagius II. Gregorius I. *Quod ille solus possit deponere Episcopos vel reconciliare.* Huic axiomi repugnat continua totius Ecclesiæ praxis totos minimum sexcentos annos. *Quod Legatus eius omnibus Episcopis praesit in Concilio, etiam inferioris ordinis gradus, & aduersus eos sententiam depositionis possit dare.* Quam id non crederent Ecclesiæ Africanæ, constat ex Actis Concilii Carthaginensis A. D. 419. habitu, quo Faustinus Picenorum Episcopus Sedis Rom. legatus sedet post Aurelium Carthaginem, & Valentini Numidiæ primatem, nec propterea Sedi Rom. injuriam fieri questus est. *Quod absentes Papa possit deponere.* *Quod cum excommunicatis ab illo inter cetera nec in eadem domo debemus permanere.* Hæc omnia cum nova sciret Hildebrandus, ut uno verbo contradicturos compesceret, addidit: *Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, &c.* *Quod solus possit uti imperialibus insigniis.* *Quod solus Papa pedes omnes Principes deosculentur, hoc est, deosculari debeant, quanto magis inferioris dignitatis viri: insuper pro-*

*ad Jul. Cæs. Bulengerum.*

prohibeatur, ne quis patiatur hunc sibi cultum exhiberi. *Quod illius solius nomen in Ecclesiis recitetur. Quod unicum nomen est in mundo, Papæ videlicet. Quod illi liceat Imperatores deponere. Quod illi liceat de sede ad sedem necessitate cogente, (hoc est, quoties illi libuerit dicere necessitatem ita postulare) Episcopos transmittere: Quod de omni Ecclesia quocunq; voluerit, clericum valeat ordinare. Quod nulla Synodus absq; eius praecepto debeat generalis vocari. Quod nullum Capitulum nullusq; liber Canonicus habeatur absq; illius autoritate. Quod sententia illius à nullo debeat retractari, & ipse solus omnium retractare possit. Quod à nemine ipse judicari possit. Quod nullus audeat condemnare Apostolicam sedem appellantem. Quod majores causa cuiuscunq; Ecclesiam sub Antarcticō scilicet, quām sub Arctico polo sitæ ad eum referri debeant. Quod Romana Ecclesia, hoc est, Romanus Episcopus; (nam sibi soli tribuit jus retractandi omnium sententias) nunquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura testante, errabit. Quod absq; Synodali conventu possit Episcopos deponere & reconciliare. Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Ecclesia Romana. Quod à fidelitate iniquorum (non hæreticorum igitur tantum) subjectos potest absolvere. Hæc omnia fere Bonifacius VIII . paucis verbis complexus est de necessitate salutis esse omni humana creatura subesse Ecclesiæ Romanae, hoc est, Romano Pontifici.*

Hæc illa sunt, quæ Casaubonus passim Hildebrandina vocat, quæ cum ab eo vexari tam ægrè feras, tuum erat illa singillatim probanda suscipere, si quid novi, si quid, quod ad rem faceret, præstare velles. Tu, cum vi-

## *Epistola Jacobi Cappelli*

deres, quām difficile sit ea concoquere, quanto diffici-  
lius ea probare; maluisti silentio transmittere, quām  
frigidē propugnare. *Et quæ desperas tractata nitesce-  
re posse, relinquis.* Prudentiam laudo, sed ea saltem  
tibi solidē fuerant confirmando, quæ toties affirmas,  
p. 7. nempe; *Sedem Romanam non tantum inter Patriarchales  
primam habitam, verum & omnium Ecclesiarum Domi-  
nam Romano Pontifici primatum à veteribus tributum,*  
p. 9. *non ex eo tantum, quod Roma Sedes effet imperii, vel quod  
Petrus Roma mortuus sit, at quod Petrus à Christo Prin-  
ceps Ecclesia constitutus Roma imperii Ecclesiastici domici-  
lium posuerit.* Hoc illud est, quod cum à nobis potissi-  
mum impugnari scias, quām lubentissime, quām soli-  
dissimè propugnasses, si quid falsi solidē propugnari  
posset.

Ordinem quod attinet, cur tua vestigia non sim se-  
cutus, causæ sunt gravissimæ.

Baronius in suis annalibus, quoties occasio tulit, vel  
libido fecit auspicium, latissimè vagatus est in Pontificii  
dominatus assertionem. Baronii vestigiis insistens Ca-  
saubonus coactus est ab eo, quem rei natura postulat, or-  
dine sæpe discedere. Tu non eo tantum nomine vagus  
es, quod eum insequeris, qui vaga Baronii vestigia pre-  
mebat; sed & quod passim, quidquid calamo suppedita-  
vit memoria, quidquid suggestit ille, quo raperis potius  
quām duceris, impetus, id tuis eruditissimis quidem illis,  
sed limam desiderantibus schedis inseruisti, ut illius Ara-  
bici proverbium veniat in mentem, quod refert Erpenius  
centuria 2. prov. 89. *Cum errat eruditus, errat errore eruditus*  
Quoties ad Pontificii dominatus propugnationem ac-  
cingeris, aut redis, toties, sive rem, sive methodum spe-  
ctem,

*ad Jul. Cas. Bulengerum.*

Etem, video perpetuum quendam in scriptis tuis, sed eruditum errorem. Si te tam vagè, tam liberè deerrante m  
insequear ~~ναὶ τὸν~~ ~~τὸν~~, quo tandem abibit ~~πλυπλάγης~~ ista de-  
erratio? Prodigat sānē verborum Ilias, errorum Odyssea. Ut igitur aliquanto propius ad eum ordinem, quem rei  
natura postulat, accederem, immensam illam, sed confusa-  
nēam tuam modo rationum, modo testimoniorum  
sylvam coactus sum velut in saltus aut classes distribuere,  
ut primum in genere dispicerem, quānam Petri, dein  
quānam Episcopi Romani fuerit potestas, seculo primo,  
secundo, & sequentibus ad sextum usque, speciatim au-  
tem quo jure nitatur temporalis Papæ potestas, ejusque  
dominatus in Synodos, in Reges, adeò ut velit ab illis oscu-  
lum figi pedibus suis. Expendimus præterea quām me-  
ritò tantam sanctitatem sibi tribuat, ut unum haberi se  
velit veræ fidei indicem & judicem, extra reprehensionis  
& erroris omnis aleam positum. His probandis cum  
vera deessent, falsa supposuit antiquitatis monumenta,  
quam ob causam tertio loco consideramus Sedis Roma-  
næ stellionatus. Ita quid supererit, nisi ut Papam Papæ

Simplicii I. verbis condemnemus? Is epistola 2.

*Privilegium, inquit, meretur amittere,  
qui permīssā sibi abutitur  
potestate.*



# INDEX CAPITVM,

*Argumentum trium librorum p. I.*

## L I B E R I .

*Argumentum libri primi*

## E X P L I C A N T U R C H R I S T I V E R B A

1. Vocaberis Cephas	1
2. Tu es Petrus	7
3. Super hanc Petram	8
4. Tibi dabo claves	20
5. Pasce oves meas	24
6. Bulengeri rationes pro dominatu Papa.	33
7. Homonymia vocum universaliū.	36
8. Episcoporum elogia.	38
9. Apostolatus Papa.	43
10. Vicarius Papa.	47
11. Petri successor.	50

## P A P A E P O T E S T A S S E C U L O

12. Primo	51
13. Secundo	56
14. Tertio	58
15. Quarto	70
16. Quinto	107
17. Sexto.	138

## G R E G O R I I I . P O T E S T A S

18. Intra Diæcesim.	155
---------------------	-----

19. Extra Diæcesim.	157
20. Erga Principes.	165
21. Papa gladius temporalis.	167
22. Papa potestas in Synodos.	176
23. Papa potestas in Reges.	180
24. Pedum osculum.	199
25. Attributa divina Papa data.	205

## L I B E R I I .

<i>Argumentum libri II.</i>	218
1. An Papa sit obnoxius censura.	219
2. An possit errare	224
3. Infallibilitatis Pontificie specimen.	225
4. Sedis Rom. Schismata.	272
5. De Roma sanctitate veterum testi- monia.	275
6. Sanctitatis doctrina Pontificie spe- cimen.	288
7. Babel auxiliū.	297

## L I B E R I I I .

<i>Argumentum libri III.</i>	302
------------------------------	-----

## P S E U D E P I G R A P H A A G N I T A.

1. A Sixto Sevensi.	303
2. A Baronio.	304
3. A Bellarmino.	306
4. Varii canonum codices.	308
5. Epi-	

# Index Capitum.

<i>5. Epis̄ola Rom. Episcopis afficta.</i>	<i>314</i>	<i>24. Eutychiano</i>	<i>341</i>
<i>6. Puta Clementi I.</i>	<i>319</i>	<i>25. Cajo</i>	<i>341</i>
<i>7. Anacleto</i>	<i>321</i>	<i>26. Eusebio</i>	<i>342</i>
<i>8. Evaristo</i>	<i>325</i>	<i>27. Marcello</i>	<i>343</i>
<i>9. Alexandre</i>	<i>326</i>	<i>28. Constantino</i>	<i>345</i>
<i>10. Sixto I.</i>	<i>327</i>	<i>29. Liborio</i>	<i>350</i>
<i>11. Telesphoro</i>	<i>328</i>	<i>30. Damaso, ubi rursus de donatione &amp; baptismo Constantini.</i>	<i>353</i>
<i>12. Higino</i>	<i>329</i>	<i>31. Sylvestro I.</i>	<i>365</i>
<i>13. Pio I.</i>	<i>330</i>	<i>32. Julio I.</i>	<i>373</i>
<i>14. Aniceto</i>	<i>331</i>	<i>33. Felici II.</i>	<i>i bid.</i>
<i>15. Soteri</i>	<i>333</i>	<i>34. Athanasio</i>	<i>375</i>
<i>16. Eleutherio</i>	<i>334</i>	<i>35. Synodo Nicenea I.</i>	<i>377</i>
<i>17. Victor I.</i>	<i>335</i>	<i>36. Depravationes apud Gratianum.</i>	
<i>18. Zepherino</i>	<i>336</i>	<i>383</i>	
<i>19. Urbano</i>	<i>337</i>	<i>37. Afficta Gregorii I.</i>	<i>390</i>
<i>20. Fabiano</i>	<i>338</i>	<i>38. VViclefo</i>	<i>392</i>
<i>21. Cornelio</i>	<i>339</i>	<i>39. Heshusso</i>	<i>394</i>
<i>22. Stephano</i>	<i>340</i>	<i>40. Conclusio tertiis operis.</i>	<i>395</i>
<i>23. Sixto II.</i>	<i>ibid.</i>		

SEDIS



SEDIS RO-  
MANÆ

POTESTAS.

# IACOBVS CAPPELLVS

JUL. CÆS. BULENGERO S.

**R**omæ, quatenus imperii sedes fuit, amplitudinem, maiestatem, potestatem descripsérunt innumeri scriptores; imprimis autem nostro seculo tres, Onuphius in libris, quibus titulum fecit *Vrbis, civitas, imperium;* Rosinùs in antiquitatibus suis, & tu, BULENGERE, nuper in tuis de Romano Imperatore libris, in quibus etiam quæ Romam, quatenus Episcopatus sedes fuit, spectant, nonnunquam attingis, sed obiter. Non obiter autem, sed serio, copiosè, doctè postremum istud argumentum peitractionarunt, cùm alii multi, tum imprimis BARONIUS in suis annalibus. CASAUBONUS in suis in Baronium exercitationibus, & tu, quasi Baronii patronus in tuis in Casaubonianas exercitationes diatribis. Multa quidem alia passim adspergitis erudita, scitudo signa, sed tamen veluti *παρέποντες*, cùm vobis unum fuerit *ἴπειρον* illud, ad quod subinde recurritis, ut videlicet dispiceretis, quænam sit, quænam olim fuerit Romæ, quatenus Episcopatus sedes fuit, potestas? Nos igitur *παρέποντες* illis omissis, hoc unum *ἴπειρον* vestrum hoc libro considerabimus; tum, inquam, Romanæ sedis, tum eam insidentis Episcopi, potestatem. Faxit Deus, ut eò nos ducat non studium partium, non contentionis œstrum, non ambitionis aculeus, sed domus divinæ zelus, Christigloria, veritatis & Ecclesiæ sincerus amor.

## Caput I.

## VOCABERIS CEPHAS.



Oma B. Petri primatum quantum potest, extollit, quasi quidquid Petro seritur, id sibi metat.

Qui paralogismus, quām sit fraudulentus, res ipsa clamat. Tamen ut eò liquidiūs pateat conclusionum Pontificiarum falsitas, operæ pretium est videre, quām sit falsum non tantum consequens, sed etiam antecedens. Non jam igitur quæro, cur Roma Petri potius quām Hierosolyma Christi sit hæc; sed quæro, cur hæreditas illa commentitia Romanum Episcopum faciat Episcoporum, Christianorum omnium dominum, cùm Petrus in Apostolos, in Christianos dominatum nullum unquam acceperit, nullum exercuerit? Accipit, inquis, cùm Christus illi dixit: *Tu vocaberis Cephas.* Joh. i. 43. At fuit hæc, non ad Apostolatum, nedum ad dominatum in Apostolos, sed ad discipulatum vocationis. Vocationem enim ad Apostolatum hac posteriorem & temporis ac loci circumstantiis dissimilem describit Matthæus c. 4. v. 18. vel 10. 1. Itaque quod elogium Simoni tribuit Christus hac nominis mutatione, illud idem Petrus fidelibus omnibus tribuit. 1. Pet. 2. v. 4. 5. quibus verbis innuit sibi Petri nomen inditum, ut Christiano, non ut Apostolo. Probant hoc ipsum ii, quos laudas, Augustinus, Ambrosius, Chrysostomus, cum Simonem aiunt dictum Petrum à devotione, ab ignito zelo, à firmitate fidei. Nam cùm hoc nomen acceperit, antequam ullum harum virtutum specimen edidisset, cùm etiam post acceptum hoc nomen quædam admiserint, quæ titulis istis non satis conve-

A niunt, hinc colligitur nominis illius impositionem fuisse ῥεδεπηλω, exhortatoriam, potius quām encomiasticam. Et licet inde petant homines etiam encomiorum argumenta, tamen Deum si speces, ut reliquis, sic & Petro, quòd nomen imponit, id facit, ut & illos & in illorum persona nos omnes admoneat officii. Pii patres cum quemlibet Episcopum sanctissimum vocabant, imprimis cùm ita se vocari videbant, accipiebant id ut comonitorium potius quām ut encomium.

Urget Baronius, non à Christi nomine, sed ab ipso Christo dictum Cepham, quasi nomina rebus convenientia φυσι, non φερον, quasi Silius à suis nomine, ab ipso verò sue Scropha nomen acceperit, aut Asinius quidem ab Asini nomine, ab asino verò ipso nomen mutuetur Asellus, quod absurdum esse quis neget? Illud quoque Baronii, & Eudæmono Johannis quis probet cùm Optatum κεφᾶν à κεφαλῇ pueriliter deducentem laudavit. Christum, in p. 108, quis, ipsum petis, cuius sapientia nomen Cepha Simoni dedit, quod Petram apud Hebreos significaret, & à Græca voce ductum κεφαλῶ, caput notaret. Itane? Ergo quoties ineptient homines, in configendis etymologiis, tu jubebis me labellum digito compescere, & humanæ stoliditati mysterii divini sapientiam adfingere?

Sed & iniquus est Turriano Jesuitæ Baronius, cùm Optatum huius etymologicæ primum authorem facit. Turrianus enim volebat eius authorem Anacletum credi. Re verâ Vigilius ab Optato, Pseudoanacletus à Vigilio, Innocentius III. à Pseudoanacleto puerilitatem istam mutuatis sunt.

Sed tibi non minus placet, quod Cephas Petram significet, quām si κεφαλῶ, Baron. A. caput significaret. Cephas, inquis, Syriacâ D 31. f. 11 lingua non Petrum, sed Petram significat. Ha- § A. D. 33 bes id à Baronio: Cephas, inquit, cùm Syriacè & 19.

*petram* significet, non tamen quamlibet petram, sed quæ sit omnium durissima, nempe cauem. Ita quilibet Episcopus Rom. tibi jam est, non alter Petrus, sed Marpesia cautes. Sed imposuit Baronio Canisius, illi forsitan alias.

P. 105.

*Vox*, inquis, Πέτρες apud Græcos significat petram, nec ante B. Iohannis etatem vox illa unquam aliter accipitur.

Imposuit hinc tibi, ni fallor, Henricus Stephanus tum in Thesauro, tum in novi Testamenti concordantia, properantiūs quām accuratiūs voces istas interpretatus. Sed ne modò in Orientalibus, modò in Occidentalibus linguis insidias truere pergas, paulo altius tem repetam.

Hebræis, Syris, Arabibus, Græcis, Latinis ternè sunt voces quæ videri possunt synonymæ, quæ tamen commode distinguuntur. Latina lingua nobis interpres esto.

Hebræis *Eben*, *Sela*, *Tsur* ita distingui possunt, ut *eben* propriè lapidem, *Tsur* rupem significet, *sela* saxum, sed ita ut sæpe pro rupe, nonnunquam pro lapide sumatur. Certè cum *sela* pro semunciali pondere sumitur, lapidi quām saxo, nedum rupi proprièm significationem habet. Vox autem CEPH, à qua *Cepha* dicit originem, à R. Isaac & a R. Davide Kimchi exponitur *Sela*. Vicissim Paraphrastes chaldæus, cùm occurrit vox *sela*, vertit *Cepha*. Reputatur autem in sacro contextu bis tantum. Jobi 30, 6. ubi 70, vertunt petram, & vetus interpres *glaream*, & Jeremiæ 4, 29. D ubi 70, vertunt ἀλον, vetus interpres *rumen*.

Syris quoq; sunt tres voces *Cipho*, *Schuh*, *Abno*, vel si mavis, *Cepha*, *Shuba*, *Abna*. Et *Abna* quidem Hebræis frequentissima vox, ac lapidem significans, apud Syros est rarissima. Certè mihi semel tantum occurrit 1. Pet. 2. 8. idque pro petra.

*Schua*, paulò frequentius occurrit & petram quoque significat Matthæi 7, 24. 25. 13, 5. 20. Marci 4, 5. 16. 15, 46. Lucæ 6, 48. 8, 6, 13. Supereft *Cepha*, quod petram

A quidem aliquando significat, ut Matthæi 16, 18. 27, 51. 60. Rom. 9, 33. & 1. Cor. 10, 4. Alioqui quæcies Græcus contextus habet λίθον, Syrus habet Κέφα.

Arabs etiam tres voces habet Chagiar, tsacharat, tssepha. Et chagiar quidem passim sumitur pro lapide, tum Proverbiorum Arabicorum Centuriâ primâ Prov. 13. & 19. tum passim in Psalmis & novo Testamento. Tamen etiam pro petra sumitur Psalmo 78, 20. 80, 12. Tsacharat ut plurimum rupem aut saxum significat, ut Psal. 78, 16. 141, 6. Matthæi 7, 24. 25. 16, 18. 27, 51. 60. Marci 15, 46. Lucæ 6, 48. 8, 6. Rom. 9, 33. 1. Cor. 10, 4. 1. Pet. 2, 8. Sic & petrosus locus vertitur Tsacharat Matth. 13, 5. 20. Sed & λίθος, lapis ita vertitur Lucæ 24, 2. Act. 17, 29.

Vox Tssepha ratiore est. Ita vertitur petra Psal. 40, 3. Lucæ 8, 13. Marci 4, 5. 16.

Quod Johan. 1, 42. Arabs vertit, Tu vocaberis Tssepha, fecit affinitas vocis Arabicæ non procul à Syriacâ, Græcâ, Latinâ, abundantis.

Quod autem Matthæi 16, 18. Arabs vertit, Tu es tsacharato, & super hanc tsacharati adificabo meam Ecclesiam, fecit quia vox tsacharat notior & usitator est quām tssepha, significantior autem & εμφαπτινός quām chagiar, quod sciret interpres πέτρον significare rupem, vel saxum, potius quām quemvis lapidem.

Græcae voces λίθος, πέτρος; πέτρη propriè significant lapidem, saxum, rupem.

De priore voce litem, credo, non movebis. Nam etiam si possit nonnunquam occurtere pro rupe, tamen fateberis, opinor, eam vocem significare propriè vel minutiorem lapidem, vel lapidem in genere.

Πέτρη vicissim aliquando quidem saxum significat, ut apud Hesiodum πέτρης ἡλισάτες σικαργής ἐν χερσὶν ἔχοντες, apud Plutarchum de Pyth. orac. πετρῶν γέ φλεγμονῶν, οὐδὲ πυρίματες αιαφρίψεις, apud Xenon-

Xenophontem lib. 4. αναβάστως τελόν ή δέναι αμαξιν περγών ανηλιοντ, quanquam duobus illis locis crediderim legendum potius πέτρων. 70. certè πέτραι usurpant pro lapide Job. 22, 24. χειμάρρης πέτραι & Exod. 4, 25. Δαεδών Σεπφών πέτραι, quanquam emendationes codices legunt Φύφον. Hesiodus Idyllio 111. Lydium lapidem dixit λυδίου πέτραι.

Propriè tamen πέτραι rupem significat, ut cùm Diodorus lib. 17. p. 607. & 608. Arrianus lib. 4, p. 98. & q. 8. rupein ἄσφενον vocant πέτραι. Diodorus quidem decies, Arrianus duodecies. Sic Diodorus p. 606. rupem caucaseam πέτραι vocat. Sic Siracidæ 40, 17. & 2. Mac. 14, 46. Sic 70, nonages circiter πέτραι usurpant pro rupē, novum Testamentum quater & decies, & Theocritus Idyll. 1. 7. 8. q. 21. 26. Homerus passim.

Πέτραι foeminino quidem genere sumit pro rupē. Onestus epigrammaton lib. 3. c. 22. ep. 54. — η δὲ πελαστή.

Πέτραι ἔγω τοι μάτιν χειμάρα πυπάθεν  
ἔχω.

Perse ibid. ep. 30. — αἰγίλιπτος δὲ  
Πέτραι ἀλιεύεται καῖσιν τῶν πεδιῶν.

Antiphilus l. 1. c. 68. ep. 4. Αἰγίλιπτα χούνα  
πέτραις ἐπερχόμενοι. —

At πέτραι masculino genere vel apud oratores, an usquam occurrat pro rupē, haud scio, pro saxo verò propriè sumi docent hæc exempla. Iliad. π. ἐπέρηφι δὲ λαζετο πέτρον. Iliad. η. Βαλλών μυλοειδέ πέτρω. Iliad. ν. ἐπετόρμων βαλλε πέτρω. Xenophon. αναβάσται 1. 4. p. 199. εδεις ἐπ πέτραι αινάθει η. ἔχ. δι. & ἐπηνικῶν 1. 2. p. 277. ὥμεις δ' εἰς τοι καίστρες καὶ δόρατα αφίέντες, καὶ αἴστρα, καὶ πέτραις. & l. 3. ἐπεκυλίδεν πέτραις. —

Sic 2. Mac. l. 16. βαλλοντες πέτραις &c. 4, 41. συσερπόσαντες οι μέν πέτραις. Theocritus Idyllio 22. — ηντε πέτραις δόροις περιστροχοι, επεκυλίδεν χειμάρρης πολύμος μεγάλαις πελέξεσε δίκαιος. Author βατερχομομαχας. Τεωγλοδύται πέτραι μυλοειδεῖ

A τρῶσσεν θητοφύται. Agathias l. 1. c. 5. epigr. 4. Πέτρον αἴστρισιν σῆτε. Εκπέρει.

Ex Sophocle quod proters πέτραι φύσιν p. 123. σύγ' ἀρχάνειας, tam ad laxum quam ad rugem referri potest.

Et lib. 2. ἐπηνικῶν p. 277. ὥμεις δ' εἰς τοι καίστρες καὶ δόρατα αφίέντες, καὶ αἴστρα, καὶ πέτραις, &c.

Sed Grammaticam mittamus, rem ipsam videamus. Cum Ephes. 2, 20. dicimus inædificari, superstrui fundamento Prophetarum & Apostolorum, ecquis horum dici poterit rupes? Apocal. 19, 14. 19. describitur Ecclesia triumphans quidem, sed ab iis dotibus, quarum initia militans acceperat. Hinc Ecclesiæ tribuuntur duodecim tantum lapides fundamentales. Tu dixeris forsitan hos lapides posse dici totidem rupes. Sed Apostolus eos describit v. 19. non ut cautes, sed ut exquisitos & expolitos λίθες, lapides. In eo numero situ, dispositione ne primatu

C quidem est locus. Nam aut octo sunt angulares, aut nullus præter Christum, qui solus est universale totius Sionis fundamentum, omnes angulos, omnes & totos parietes, totam denique totius huius ædificii molem fulciens; Eoque solus Christus est simpliciter lapis angularis, Psal. 118. Solus domus suæ fundamentum, 1. Cor. 3. quia solus omnes angulos, solus totam domum firmat, omnia sustentans verbo potentiae suæ. Quoties Papa se totius Ecclesiæ fundamentum universale prædicat, toties Christum, quod in se est, abolet, & commentitii vicariatus obtentu se quasi Christum, quasi Deum ostentat. Quod si non inter se, sed cum hostibus Apostolos compares, tum omnes & singuli dici poterunt fuisse non tantum lapides, silices, saxa, sed & petra, rupes, cautes, quibus Deus immortam, invictam, inflexam firmitatem præbuit, cùm Paulus descriptis fidelium certaminibus addat, Sed in his omnibus plus quam victores sumus per eum qui nos dilexit, Rom. 8, 37.

D D

## Caput II.

## T U E S P E T R U S .



Um Synodus Tridentina vulgatam versionē authentīcam, ac nullo prætextu recusandam pronuntiet, Baronius tamen ausus est veterem interpretē damnare, quod verterit Matth. 16, *Tu es Petrus*, quasi vertere debuerit *Tu es Petra*. Ita per veteris interpretis latus Pontifices multos, Latinos doctores omnes confudit, quod hunc crassum scilicet veteris interpretis errorem sequi sint.

At quod multo gravius est, & planè sacrilegum, eodem telo petit ipsum Spiritum sanctum per Matthæum Græcè dicentem *Δικαιονός οὐ εἶ Πέτρος, ναὶ θεὸς τούτῳ τῇ πίστεί σε*. Matthæi Græcum contextum secutas esse Græcas Ecclesias non est dubium. Ita tām Latinas quām Græcas omnes Ecclesias damnat Baronius, quod Petram à Petro distinguunt, quod discrimen non habent quidem, aut non ita manifestum habent, Syrus, Arabs; sed ideo non habent, quia distinctionem illam non admittit eorum lingua; distinctionem, inquam πίστεως. Distinctionem enim generis habent & illæ.

Sed etiamsi Spiritus Sanctus per Matthæum loquens, & omnes totius orbis Ecclesiæ Christi verba sic, ut tu flagitas, vertissent, & Simonem constanter vocassent Petram, non autem Petrum, num idè desineret is impius esse, qui vult Simonem eādem quā Christum ratione Cepham dictum, quod eadem sit utrobiq; vocis terminatio? Quid? apud Syros quām multis inditum Cephæ nomen? Syrorum Cephæ, multo minus augustum est quām Hebræorum Tsur. Tamen Tsur nuncupatus est pater Cos bi. Numer. 25, 15. & Midianitarum rex. Num. 31, 8. Josuæ 13, 21. & Gabaonita quidam i. Chron. 8, 30. 9, 36.

A Inter Dei nomina recensetur Elkena, Deus zelotes. Exodi 20, Nomen habuit hoc pater Samuelis. i. Sam. 1, 1.

Inter Dei quoque nomina recensetur Baruch. h.e. Benedictus. Jeremias scriba dictus est Baruch. Ab hinc annis mille quot Benedictos habuit orbis Christianus? Num tamen quisquam eò demen-  
tia venit, ut diceret hos omnes aut ullum eorum eādem quā Deus ipse ratione dici Tsur, El-kanna, Baruch 7. Benedictos? Pontifices 13. an sis excepturus? vide. My-  
sterium habebis Babylone dignum. Nam Bevēdērūs efficit numerum 666. Ita cùm velis Pontificibus omnibus convenire i-  
pfissimum Dei nomen, habes ex Dei no-  
minibus unum, quo tredecim Papæ gavisi  
sunt, efficiens numerum Bestiæ. Qualis  
fuerit Vigilius i. docent ipsius res gestæ.  
Tamen quasi fuerit alter Petrus, alter  
Christus, de eo sic Baronius A.D. 552 §.9.  
Sciebat se maiore fulciri quām Hieremiam au-  
thoritate cui à Domino dictum c. i. Ecce conſi-  
tuit te super gentes, &c. Tanto namq; ipse poten-  
tior est Prophetus effectus, quanto differentius pre-  
illis nomen hereditavit Cuinam aliquando  
Prophetarum dictum *Tu es Petra?* &c. Quid  
superest, nisi ut quemvis Papam omnibus  
Angelis anteponat Baronius, quomodo  
Christum Paulus, cuius Hebr. 1, 5. verba  
mutuatur?

## Caput III.

## S U P E R H A N C P E T R A M .



Ic à contumeliis Baronius a A.D. 33. temperare non potuit: Nor. art. 21. ratores, inquit, eo amentia pro-  
vecti sunt, ut dicere non erube-  
scentes hanc petram non esse intel-  
ligendam de Petro, sed de Christo  
in alienum prorsus sensum & longè à vero diver-  
sum abstrahere hac verba non veriti sint, adeò ut  
non magis Petri quām aliorum Christianorum  
bonum, de quibus Apostolus dicit, Et vos co-  
adificamini in habitaculum Dei in Spiritu San-  
cto, relint habitam esse rationem.

Vides,

Vides, Lector, modestiam, patronorum sedis Romanæ, qui nos Novatores, corruptores, amentes vocant, quod unum Christum totius Ecclesiaz fundamentum esse contendamus. At quod nobis affingitur, quis nostrum dixit? Simonem quidem, quam fidelis, non quam Apostolus à Christo Petri cognomen accepisse dicimus. Non ideo Petrum, in fidelium simpliciter, sed in Apostolorum ordinem cogimus. Fideles omnes sunt lapides vivi, omnes Apostoli lapides fundamenti, sed singulares & in solidum ex æquo omnes. Unus Christus non tantum lapis est, sed & Petra, cautes, rupes, cui reliqui fundamenti lapides, & tota ædificii moles innititur. Hæc fides, hæc, si libet, amentia nostra est.

Videamus quibus nixus rationibus pronomen HANC ad Petrum referre malis, quam ad Christum. Casaubonum ita compellas:

*Quod ait vocem HANC vim relativi habere, ut referatur ad id, quod precedit, verum est; sed, quod proximè precedit, est Petrus; Referunt igitur ad Petrum. Nam qui referunt ad verba præcedentia, Tu es Christus, &c. nimium remota arcessunt.*

Casaubonus non simpliciter affirmat id, quod ab illo dicas affirmari. Sed quia Maldonatus id contendit, largitur id illi Casaubonus his verbis: *Esto, concedamus pronomen HANC positum esse loco relativi, ut vult Maldonatus.* Et paulo post *Duobus modis potest accipi αἰαφορικῶς, relativè, vel δεικνυτικῶς, demonstrativè.* Etiam si relativè sumatur, ad Christum posse referri merito contendit, idque dupliciter, referendo videlicet ad versum proximè præcedentem, aut ad vocem inclusam in illa voce Petrus. q. d. *Tu es Petrus ita dictus à me Petra, super quam, &c.* Posteriorem hanc interpretandi rationem ingeniosam, subtilem, exemplis minimè carentem, sed subobscuram esse fateor ac duriusculam. Illustria sunt exempla quæ profert Casaubonus ex Iliad. *ωνώσον ἀγνοητοῖς: Servavit civitatem*

A *& ipsos, nempe cives, & ex Athenaz lib. 14. πανίζουει γενετι τολυμένος, οὐ εἰ μηδ. nempe ημέρα.* Tertium exemplum quod profert ex Johannis 8, 44. mihi non satisfacit. *Quotiescumq[ue] loquitur mendacium, inquit Christus de Diabolo, de suo loquitur, quia mendax est, & eius, nempe mendacii, pater.*

B Quod autem durum tibi videtur, si versum 18. exponens relativum pronomen referam ad antecedens versu 17, versu proximè præcedente expressum, in eo quis te neget iniquum? 2. Thess. 2, 9. proximum antecedens est Christus; remotius est perditionis filius, οὐ αὔτος, ad quem tamen referendum pronomen relativum cuius.

C Hebr. 9, 4. pronomen εἰ ή, in qua urna aurea referendum non ad proximum antecedens ad *arcam fæderis*, sed ad remotius ex versu tertio arcessendum σκηνὴ λεγομένη αὕτη αἴγιων. Colligitur id ex 1. Reg. 8, 9. & 2. Chron. 5, 10. cùm tamen Hebr. 9, 5. *τοποθετήσαι τὸν τίτλον* sit referendum ad κιβώτιον, non ad σκηνὴν.

Sed mihi nihil convenientius videtur quam ut pronomen, HANC demonstrativum cum sit, demonstrativè sumatur. Habet autem insignem quandam venustatem oratio, cùm scribens, quanto magis cùm loquens seipsum, aut sui corporis partem aliquam demonstrat. Id quia novum quibusdam videri potest, aut rarum, non pigebit hæc verba Casauboni referre exercit. 15, §. 12. p. 395.

D Ita, inquit, interpretati sunt veteres Critici illud Comici, *Tu si hic sis, aliter sentias.* H. C. οὐ πέπει, ego. Apud Sophoclem in Oedipo Coloneo Polynices petit apatre, *ut ignoscat οὐμαλόν τον. Τῶν δ' αὐτοὶ Σύροι πονηταὶ γρύπτε τὸν huic viro. id est mihi ruenti ad ultionē fratri mei.* Et paulo post. *Ω πάτε εἰ, ταῦτα δὲ εἰπεν αὐτῷ θεος Φατων Βίοι πελωτοί.* O liberi venit huic viro. i. e. mihi prædicta oracula mors. In Trachiniis. *Μηδὲ εἰ τὸ θράσον, τὸ δὲ μέγες εἰπεν. Si quid mali paras in meos, nefeceris hac i. e. me superstite.* Ita omnino accipendum quod ait Dominus Iudeus Iohannis 2, 19. *Solvite templum hoc,*

hoc corpus suum indicans. Hæc Cæsaubonus. His exemplis addamus alia. Jobi 19, 26. *Vbi post pelle meam istud os vel corpus con- tritum fuerit.* 1. Cor. 15, 53. Oportet hoc corpus corruptibile induere immortalitatem.

Nec absimiles sunt illæ locutiones quibus qui loquitur, non quidem se, sed ali- quid demonstrat de quo antehac non fuerat locutus, velut intento digito nescio quid indicans ut Psal. 28, 8. *Dominus fortitudo illorum.* Id cum 70. durius putarent, pro Lamo legerunt Amma, quod securus est vetus interpres & Arabs. Dominus est fortitudo plebis sua. 34, 7. *Iste pauper clamavit.* Ruth. 4, 15. *Nurus tua quæ te diligit,* ωρή, genuit hunc.

Ovidius, Tristium lib. 1. elegia 1. *Venit in hoc in meum illâ fulmen ab arce caput.* Servus apud Plautum: *Hero parata sunt verba, huic homini/ de se loquitur) verbæra.*

Sardanapalus apud Ciceronem in Tusculanis:

*Hæc habui qua edi, queq; exsaturata libido  
Hauſit, at illa jacent pulchra & præclaræ relicta.*

*Quis te certum fecit Christum de se  
dixisse super hanc petram, que ego sum, & seipsum  
de ætate tuæ & veluti digito notasse? Hæc  
omnino somnia sunt vigilantium.*

Idem profanus aliquis dixerit de locis illis Scripturæ, quæ recensuimus, qui- bus eandem interpretandi rationem con- venire perspicuum est iis, qui non sponte cœciunt. Sed quidni possim ego quo- que rogare, quis te certum fecit, hæc ver- ba super hanc petram, significare super te. ò Pe- tre? Cum multò verius Christo quam Pe- tro superstructa dicatur Ecclesia, quæ tan- dem hæc est blasphemia somnio depu- re, quod ad Christum potius quam ad Pe- trum referamus hanc superstructionem?

Fero tamen & laudo Patres hoc & illo modo  
verba Christi interpretantes.

Videlicet Patres ad Christum id refe- rentes ita fers, ita laudas, ac si laudes vigi- lantem aliquem argutè somniantem. Quantò verius id non somnio, sed credu-

litati deputarim, cum passi sunt à sede Ro- mana sibi persuaderi hæc ad Petrum re- ferenda, cum interim sedes Romana non vigilans somniaret, sed somniantibus illu- deret?

*Si Christus Syriacè dixit: Tu es cepha, & super  
hac cepha, &c. omnino secundum cepha de eodem p. 125.  
dictum est, de quo primum cepha.*

Quæm sit invalidum consequens tuum, vide. Alibi, Christus, inquis, est cephas genere fœminino, Petrus est cephas genere masculino. p. 122. Christus dixit, super hac cepha, quod & tu fateris & id syrus docet vertens V E A L H A D A C E P H A. Est autem H A D A pronomen fœminini generis. Utique præmissarum cum sit tua, quid supereft, nisi ut nobilcum agnoscas Christum de se, non de Petro loqui?

Præterea super uno lapide non potest integra domus ædificari; super una rupe potest.

At tu fassus es, Christum esse rupem, Petrum lapidem excisum ab illa rupè. Proprius igitur p. 122. & literalis, non, ut tu vis, allegoricus sensus flagitat, ut dicamus Christo superstru- endam hic doceri Ecclesiam.

Tertiò, cui superstruitur Ecclesia, debet esse simpliciter, absolutè, modis omnibus immotus, tam respectu morum, quam re- spectu fidei, cum non minus virtiosa vita quam prava fides Satanæ nos mancipet. At quamcunq; tandem αὐαρετοῖς tribus sive Papæ, sive Petri respectu fidei, certè respectu morum fateris neutrum esse simpliciter immotum. Igitur sibi, non Petro, nedum Papæ superstructurum se dicit Christus Ecclesiam suam, si pro- prium, & genuinum sensum quæ imus.

Quartò, Cui superstruitur Ecclesia, debet habere vim sufficientem præstandæ omnis & singulis totius ædificii partibus invictæ sumitati. Hæc virtus cui mortali convenire potest? Quis igitur te neget esse blasphemum, cum genuinum verbo- p. 125. 126. rum Christi sensum mavis ad Petrum, ad Papam quam ad Christum referre?

Chri-

p. 125.

*Christus vult gratiam reponere Petro.*

Quid? an non gratiam longè maximam reponit, cùm eum docet, sibi superstruetam ecclesiam invictam à se fieri? Huius invictæ virtutis etiam Petrum participem fieri, beatitudine nunquam periturā donari, an non est amplissimæ mercedis loco? Hæc tibi frigent, nisi Petri nomen mentienti tribuatur id quod uni Deo convenit? Sed & affingis verbis Christi cùm ais, dicere Christum: & ideo tibi dico Petre. Nam Christi verba sonant: Ego vero tibi dico.

p. 132.

*Initium verborum Christi, Tu es Petrus, audiens animos erigit, ut aliquid de Petro audiatur.*

Imò Christi præcedens interrogatio discipulorum animos erexerat, ut aliquid eximum auditent de Christo. Si quid etiam de Petro dicit Christus, ut illud: *Tu es Petrus, tibi dabo claves*, an hinc sequitur ad Christum nihil, ad Petrum omnia referenda? Expendi tamen bona fide tuas omnes rationes, quibus persuadere conaris, pronomen HANC ad Petrum potius quam ad Christum referendum. Testimonia quod attinet, fateor à Patribus Petrum sæpe petram, sæpe fundamentum vocari: Sed nec omnes quisicloquuntur censem continuò pronomen HANC ad Petrum esse referendum. Fieri potest, ut id colligan̄t ex his verbis: *Tu es Petrus: nec omnes qui voces has super hanc, &c. ad Petrum retulerunt, continuò putarunt hunc esse proprium verborum Christi sensum: nec quisquis credit hunc esse proprium verborum Christi sensum, continuò putat Petrum esse totius Ecclesiæ: totius, inquam, simpliciter & absolute fundamentum.* Nam omnes Apostoli dici possunt totidem fundamenti lapides, totidem petræ fundamentales totius Ecclesiæ. Unum video, quem mihi potissimum oppónas.

p. 122. 127.  
132.

*Ambrosius, inquis, In sermone de fide Petri: Petra dicitur eo, quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immo-*

A bile totius operis Christiani compagem molemque contineat. Atqui saxum unum domus integræ fundamentum esse non potest. Sed Ecclesia considerati potest instar concameratae fornicis, cuius hic est genius, ut omnes & singuli lapides totius operis compagem molemque contineant. Ita fere nostrum non Pantheon, sed *πάντα τὸ τέμπλον* considerat Paulus Eph. 2. 21. &c. 4. 16. Constat autem ex sermone XLVIII. illos sermones, qui tribuuntur Ambrosio, B non omnes ejusdem hominis esse: Sermonis, quæ laudas, (is est XLVII.) initio legimus: *Petrum in Salvatoris passiones sine erroribus proficisse. Legendum suis. Sic enim paulò post: Petrus temptationibus suis proficit.* Quæ verba docent petram illam non fuisse semper immotam. Addit, *Tanquam bonus pastor tuendum gregem accepit, ut qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum,* & qui ipse interrogationis temptatione nutaverat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Deniq; pro solitudo devotionis Ecclesiæ petra dicitur. Ne post Christi quidem resurrectionem simpliciter immotam fuisse petram illam docet Paulus Gal. 2. Igitur Petrus omnes firmat tum exemplo conversionis, tum doctrinæ prædicationis, quam epistolis suis inseruit, quomodo non tantum Paulus, Jacobus, sed & Job, Jonas, &c. nobis omnibus sunt firmamento. Omnibus scilicet indefinite, non omnibus & singulis absolute, quod cùm Papæ tribuis, tum de D mūm blasphema reddis ea, quæ piè dicta fuerant à Patribus.

Cùm Basilius in Joh. l. 2. c. 12. à te laudatus ait: *Si enim Petra, non ut Christus est Petra, sed ut Petrus petra, Χριστὸς δὲ ὁ ὅλως πέτρες εἰσὶν αἱ τοῦ Πέτρου.* Christus autem revera est petra inconclusa, πέτρες δὲ αἱ τοῦ πέτρου, Petrus autem propter petram. Nō hoc tantum sibi vult Christum per se, Petrus autem pér Christum esse petram; sed & Christum simpliciter, αὐτὸς, absolute petram inconclusam esse, Petrus autem secundum quid, quatenus in martyrio constantem & in-

victum eum reddidit Dei virtus, ut & reliquos Apostolos ac fideles innumeros. Quin & cum Petrum Petram vocat Basilius, perspicuum est, eum per concessione id facere. Eodem modo multi Patres loquuntur. Quoties Petrum Petram dici posse largiti correctionem adhibent, satis innuunt, id ei se largiri, quem videbant hac hypothesi abuti. Quod largiuntur, id paci largiuntur. Quod correctionem adhibent, id dant veritati.

Unus Augustinus instar multorum esse potest, qui cum aliquoties curia Romanæ fraudulentum stylum imprudens secutus esset, tandem Retractionum lib. I. cap. 21. Non es, inquit, dictum Petro, Tu es Petra, sed tu es Petrus. Petrus autem erat Christus, quem confessus est Simon, sicut eum tota Ecclesia confitetur.

p. 124. 128. Sic & curia Romanæ stylum (quem frustra nobis objicis) imitatur Origenes. At in Matthæum tractatu I. locum hunc Matthæi 16, 18. explicans ita differit, ut perspicuum sit eum adversus aliquem disputare, quem honoris & pacis causa nominare non vult, qui videlicet hoc obtentum tam abutebatur. Romanus Episcopus jam tam dicebat: Uni Petro dictum est: Tu es, &c. Origenes respondet, Si dixerimus ita quemadmodum dixit Petrus, &c. sumus & ipsi, quod fuit Petrus. Petra est, (Origenes fortasse scripsit πέτρος) quisquis Christi discipulus est ex quo biberunt de spirituali consequente petra. Super talem petram, non super Petrum, aut non super unum Petrum, constituitur omnis Ecclesiastica doctrina, & secundum hanc vite institutio. q. d. Omnibus & solis his aptatur hoc elogium, quorum tam doctrina quam vita convenit confessioni Petri. Addit: Quod si super unum illum Petrum tantum existimas edificari totam Ecclesiam, quid dicturus es de Iohanne filio tonitrui & Apostolorum unoquoque? Quin alioqui num audebimus dicere quod adversus Petrum unum non prevalit & sint porta inferorum, adversus ceteros autem perfectos (ita veros, adul-

A tos, praestantes Christianos vocat, ut & Paulus Hebr. v. 14.) prevalit & sint, ac non potius in omnibus ac singulis eorum? An vero soli Petro dantur a Christo claves celorum? Quod si dictum hoc TIBI DABO, &c. ceteris quoque commune est, cur non simul omnia & quae prius dicta sunt, & qua sequuntur, velut ad Petrum dicta, sunt omnium communia?

Anastasius Antiochenus Patriarcha Gregorii I. PP. στυγχεοις in Εξαριθμον lib. i. Magnam necesse est ruinam esse domus illius, qua non est edificata super Petram fidei Petri.

B Paulinus Sulpitio epist. 2. Ita fundatus to. 3. col. 148. Paulus in Petra, ut etiam in infirmitatibus glorietur, & cum infirmatur, tunc potens sit, omnia potens, ut ipse profiteretur, in eo, qui confirmat suos, Christo.

C Idem ep. 12. Petra Christus est extra quem col. 213. nemo potest stabilem domum fundare. & ep. 30. col. 265. Sit nobis finis ipse, qui initium est, caput & fundamentum corporis sui Petra Christus, illa Petra, super quam domus stabilita non corruit.

Victor Antiochenus in Marcii cap. 3. Biblioth. Quia Christus Dominus supra Petram, hoc est, in fractam sanamq[ue] / etri doctrinam inconcussamque eius fidem Ecclesiam suam edificatus erat, ob id Prophetico Spiritu Petrum illum appellat.

Anastasius ex monacho Sinaita factus Antiochenus Patriarcha circa sexcentesimum annum Christi in Εξαριθμον lib. 2. Firmi sumus & stabiles super Petri fundamentum & immobilem illius fidei constantiam, h. e. D super inconcussam veritatem, quam Petrus fide complexus est. Passim autem relatorum unum pro altero ponitur. Omnia sunt possibilia credenti. h. e. Deo in quem credimus. Zeno Veronensis de Abrahamo serm. 3. Nihil est difficile fidei, qua tantum habet, quantu[m] credit. Matthæus Blastares M. S. vult lapides Ecclesiæ fundamentales esse canones Ecclesiasticos. ἐποιησόμενοι τούτους, inquit p. 2. οἱ πολὺ μᾶλις τοις καὶ ποικίλοις καὶ διφοροῖς ἔχοντες τίμιοι λίθοι, μιαν δὲ τηλίκην ἔκκλησίας ὑφαίνοντες ὀντοδομίαν, σωτηρίαν καὶ σωτεριολογίαν, ὥν τοις τε ἄδειας πίλας

πολλας μηποτε καπεχγισσεν ο σωτηρη ημων απε-

Φανατο.

Ambrosius: Petrus resppondit pra ceteris cap. 5. Apostolis, in d pro ceteris, & idem fundamen-  
tum dicitur. Et mox: Fides ergo est Ecclesie fundamentum. Non enim de carne Petri, sed de fide dictum est, quia porta mortis ei non prevalebunt, sed confessio vicit infernum. Et hec confessio non unam heresim excludit, Rom. 3, 24 Apostolus cum ait, Spes qua videtur, non est spes: Voce spei metonymicè intelligit, id quod speratur, q. d. Quod speratur, ubi videri incipit, sperari desinit. Sic & Ambrosius hic fidei vocabulo intelligit, non actum, non habitum, sed objectum fidei. q. d. Hoc axioma: Jesus est Christus, filius Dei viventis, non unam heresim excludit, sed omnes, &c, ut ut oppugnetur, tamen nullis hominum conatibus, nullis Satanæ viribus expugnati unquam poterit. Sic

Eph. 2, 20 Apostolus ait, Ecclesiam superstruis fundamentum Apostolorum & Prophetarum, quia doctrina, quam Prophetæ, quam Apostoli prædicarunt, est fundamentum Ecclesie. Cypr. de u-  
nitate Ec-  
clesie. Cyprianus, cum unitatis causâ primatum Petro datum dicit, satis explicat se primatum ordinis, non ullam in reliquos dominatio-  
nem intelligere, maximè cum ibidem dicat: pari consortio honoris & potestatis preditos

Hier. ad Iovinianu-  
l. c. 14. 10. super omnes Apostolos. Sic Hieronymus: Su-  
per Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regno-  
rum accipiant, & ex aquo super eos Ecclesia fortitudine solidetur; tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio. Cujuscunq; rei prima pars caput dicitur, quia ab illa parte prehenditur, ab illâ initium capit. Sic ensis capulum, sic anni caput dicimus, cum tamen reliqui dies primo nihil debeat, & præcipua gla-  
dii vis sit in mucrone, non in manubrio. Itaque ne quis ordinis vocabulo abutens prætexat, Petrum habuisse potestatem ordinandi Apostolos, aut in ordinem cogendi, loco movendi, aut quid simile, Ambrosius etiam ordinis primatum Petro ne-

gat, solum obedientiæ, & fidei, non imperii primatum agnoscit, quod Christo obsequium & fidem debent omnes, atque imprimis Petrus. Taces, inquit, Simon, & Ambros. respondentibus aliis adhuc taces, cum ipse primus de incarsis? q. d. cum primus Christo testimonium nat. c. 4. perhibere debeas, qui fit, ut tamdiu ta- ceas? Tum sic Petrum se excusantem inducit: Ided non respondeo, quia non interrogor meam, sed alienam sententiam. Erit tempus, quando respondeam. Interrogabor et ipse, quid sentiam? Tum ipse excusationem Petri confirmat: Non pigror sensu, voce tardior tacet, nec quasi fastidiosus differt vocis obsequium, sed quasi cautus periculum vulgaris opinionis evitat. Alias exilit è navi ut occurrat Domino, non gloria cupidus, sed obedientia prematur. Deniq; ubi audivit, Vos quid dicitis me esse, statim loci non immemor sui primatum egit. Primatum confessionis utiq;, non honoris, primatum fidei, non ordinis hoc est dicere. Nunc nemo me vincat, nunc mea partes sunt, debo compensare, quod ta- cui. Ita, si Christo serviendum, obsequen- dum, confitendum, primus se offert Pe- trus. Si hotinibus imperandum, ne pri- matum quidem ordinis Petro defert Am- brosius.

Non video, quomodo qui loco primus erat, pri- p. 231.  
mus ordine non fuerit.

Dupliciter accipi potest primatus ordi-  
nis. Est enim vel collateralium, collega-  
rum, vel subordinatorum. Inter collegas licet alter alterum aliquo modo præcedat, D tamen eo ipso quod collegæ sunt, sunt ejusdem ordinis. Negare potes inter eos esse primatum ordinis propriè dictum. At si Petrum Stephano compares, Petro sanè convenit primatus ordinis, quia Diaconatus ordinem antecedit Apostolicus ordo.

Nec defuerunt, etiam inter ipsos Cardinales, qui agnoscerent nihil hic singulariter Petro collatum. Nic. Cusanus de con- cordantiâ Catholicæ lib. II. fol. 23. Nihil est dictum ad Petrum, quod alii dictum non sit. Nonne sicut Petro dictum est, quodcumq; ligaverit, & super terram: Ita alii, quacumq; ligaveritis, &

quoniam Petro dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram, tamen per petram Christum, quem confessus est, intelligimus. Etsi Petrus per petram tanquam lapis fundamenti Ecclesia intelligi deberet, tunc secundum sanctum Hieronymum ita similiter alii Apostoli fuerunt lapides fundamenti Ecclesia, &c. Hæc Cusanus pro Constantiensi Synodo disputans quæ finita est A.D. 1418.

Claudius Seiselius Taurinensis Archiepiscopus adversus Valdenses disputas, cum Lutheri nō meminerit, videtur ab solvisse librum suum A.D. 1516. qui post obitum demū eius editus est A.D. 1520. Eius libri fol. 20. Pontificis quantumvis vitiis dignitatem propugnans sic ait: In eo, velut instrumento Ecclesia virtus Christi exercetur, propter quod quum Petro dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo ecclesiam meam, non super ipsum Petrum adificaturum se Ecclesiam intellexit; sed super se ipsum, qui est vera Petra, sicut dicit Paulus, &c.

Quid quod Hildebrandus ipse, velut alter Caiphas prophetans, veritati testimonium perhibet? Is Rodolphum ad perduellionem incitans A.D. 1077. carmen hoc eum cum corona misit:

*Potra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.*

Videlicet ne tum quidem Romæ dearent, qui monerent in Christi verbis Petrum à Petra distinguendum, quos h̄ic securus est Gregorius VII. non cogitans quò pertineat ista distinctio. Quid? quod tu quoque veluti vero vietus tandem das manus? Sic enim quasi largiens aliquid Casaubono compellas illum, *Vt ipse tuloueris, Christus est rupe, Petrus est lapis ab illa rupe excisus. Christus est fortitudo ipsa, autem diuina: Petrus est duvards, fortis, quia accipit vires à Petra. Christus est cephas genere feminino, Petrus est cephas genere masculino. Aut si Petrus est petra, per participationem est petra. Ideo negat Augustinus Petrum esse petram per excellentiam & excellentiam, que petra Christus est, sed per participationem.*

Hæc tibi vis invictæ veritatis expressit:

A ex quibus quid sequat, vide. Petrus est sanè lapis excisus à rupe, sed & fideles omnes ab eadem rupe sunt excisi. Lapis excisus est ἀρέτη, ipsa rupes est ἀρέτη. Lapis unus omnibus unius ædificii lapidibus firmitatem dare non potest, rupes potest. Non igitur sufficit Petrum à Christo distinguere, quod Christus per excellentiam sit petra, Petrus per participationem: nam sic etiam à divinitate Christi distinguitur eius humanitas. Sed omnino tibi, velis nolis, admittenda distinctio nostra, Christum omnium, Petrum non omnium respectu petram esse.

B Denique cum negare neque possis neq; velis, Patres multos affirmare; Christum dicere se sibi superstructum Ecclesiam, cum vicissim negare nec possimus, nec ve- limus, Patres aliquando dicere Petro superstructam Ecclesiam, superest una qua- stio, utram harum duarum interpretationum magis propriam esse censuerint. Solutio non est difficilis. Quis pius ac pru- dens proprium, genuinum, literalem sensum neget, ut allegoricum, aut minus proprium adstruat? Patres nostram interpre- tationem nusquam negant, ut tuam ad- struant, sed saepe tuam negant, ut nostram adstruant. Nostram igitur, non tuam esse censent propriam, genuinam, literalem.

#### Caput IV. TIBI DABO CLAVES.



C Ec verba, T. D. C. principa- p. 127.  
tum & imperium significant.  
Petrus non ut Jacobo, non  
ut Johanni cœlum aperiret,  
acepit claves. Jam enim  
cœlum illis referaverat ipse  
Christus. Sed tam Johannes, quām Pe-  
trus accepit claves, ut cœlos aperirent iis,  
quibus adhuc clausum erat cœlum. Neq;  
tamen huius reservationis obtenuit sibi  
principatum, dominatum, imperium ul-  
lum in quenquam, arrogavit Petrus, ne-  
dum

dum in omnes, cùm iis quibus claves illas resignat diserte dicat I. Pet. 5, 3. μνδ αις κατεκυρωται των κληρων. Vetus interpres: Ne sis ut dominantes in cleris. Traditione clavium ne solis quidem Apostolis, ne dum uni Petro convenit.

p. 271. Qui afferunt hoc aliis Apostolis à Christo dictum, aut locum ex Evangelio, ubi dictum sit, afferant, aut imponere se faciuntur.

His verbis quād multos Patres falsi damnas? Nusquam quidem id totidem verbis aliis Apostolis à Christo dictum. Sed dicimus cum Patribus peccato nobis occludi cœlum, eoque peccatorum remissionem, vinculorum peccati solutionem esse ecclie reservationem, eoque Christum idem omnib. Apostolis conjunctim mandare, quod hic Petro nominatim.

p. 272. Optatus Milevit l. 2. Bono unitatis B. Petrus, cui satis erat, si postquam negaverat, solam veniam consequeretur, & preferri omnibus Apostolis meruit, & claves regni cœlorum solus accepit.

Hoc est, illi soli nominatim dictum: tibi dabo claves, factus est Apostolorum primus, idque ne περιδιπαι affeſatio vinculum unitatis infringeret.

p. 272. Vis uno verbo expedire te, dic mentiri Optatum, & claves alias Apostolis à Petro communicatas esse nega.

Nego sane, pernego fultus autoritate longè graviore quād Optati, quem etiam si falli, impropiè locutum, plusculum curiae Rom. blanditum dicerem, nihil alienum à ratione dicerem. Tu vide, velisne Paulum mentitum cùm negat sibi ab ullo vel præstantissimorum Apostolorū quidquam collatum, Gal. 2, 6. Quinam enim sint οι δοκεωντες explicat v. 2. & 9. nempe Jacobus, Cephas, & Johannes. Ab his, inquit v. 6. εστι μου Δικαιοειδη, nihil mihi discrepat. Ne Milevitanus quidem ipse dicit claves reliquis Apostolis à Petro datas, multò minus id dicit Scriptura, & tamen fateor, inquis, Patre eandem interdum Apostoli in grege Dei pascendo potestatem, eundem cla-

A vium usum tribuere. Ubinam verò non à Christo, sed à Petro claves illas Apostolis collatas contendunt Patres? Si vel unum Patrum id affirmantem animadvertisses, tu nobis id decies objecisses.

Non tamen unum in Ecclesia caput esse n-p. 272. gant, à quo efficientia omnis & virtus in reliqua membra derivetur.

At ecquem dabis Patrem, qui contendat, Petrum ita reliquorum Apostolorum esse caput, ut ab eo efficientia omnis & virtus in reliquos Apostolos derivaretur? Etiam cum Petrus Babylone, Thomas in India prædicaret, à Petro scilicet omnis efficientia, virtus omnis in Thomam derivabatur? O te miserum, hæc si credis, miseriorem; si cùm non credas, scribere tamen verecundatis!

S. Maximus serm. ult. de Petro & Paulo: Pe-p. 274. tro clavis potentia, Paulo clavis sapientie data est.

Non septimi demum seculi vir unus, sed sex priorum seculorum omnes synodi debuerant hanc distinctionem agnoscere, si quid in eâ veri subesset. Quid? Petro negatur clavis sapientiæ, Paulōve clavis potentia, qui potentius, efficacius quād quisquam aliis tot Gentibus regnum cœlorum aperuit?

Augustinus in Ioannem tract. 50. & 124. do-p. 275. cit: Dei Ecclesiam in Petro claves accepisse, & in se Petrum totius Ecclesia figuram representasse.

Sic & in Andrea, non minus quād in Petro pastores omnes facti sunt pescatores hominum, Matth. 4. Non ideo tamen huic pescationi facienda Johannes aut Jacobus ab Andrea Petróve, sed ab ipso Christo retia spiritualia acceperunt. Idem autem præstant hæc retia quod claves. Tum demum enim eripimur pelago, cum inferimur cœlo. Sic & in Timotheo, in Tito prædicandi verbi, rebelles reprehendendi, censuris Ecclesiasticis subjiciendi jus acceperunt omnes pastores, cùm eos S. S. per Paulum loquens instruit auctoritate sui munetis executioni necessariâ. Num ideo tamen per Titum, per Timo-

theum, aut à Timotheo Titōve potesta-  
tem suam accipiunt omnes? An idē Creta  
vel Ephesus dominatum aut etiam pri-  
matum aliquem accepit super omnes Ec-  
clesias?

p. 277.

*Claves Petropromittuntur singulariter, Mat-  
thai 16. Dantur communiter cum aliis Aposto-  
lis, Ioh. 20.*

Nominatim quidem Petrum alloqui-  
tur Christus Matth. 16, 18. Sed non idē  
singulariter Petro convenit quod Petro  
promittit. Nam & nominatim Petro di-  
cit Matth. 16, 17. *Beatus es Simon.* Nec ta-  
men hæc beatitudo convenit illi singula-  
riter, sed communiter cum omnibus iis  
quæ verâ fide Jesum ut Christum & Dei  
filium amplectuntur. Sic & Timotheum,  
Titum nominatim alloquitur S.S. in Pau-  
linis epistolis. Non idē singulariter illis  
convenit, sed communiter cum aliis au-  
thoritas pascendi, quam eis tribuit S.S.  
Sic & traditionem clavium Petro cum re-  
liquis Apostolis communem esse rectè  
colligis ex Joannis 20.

p. 277.

*Omnino Apostoli, quanquam non inter se pa-  
res fuere, claves tamen accepere.*

Variæ quidem fuerunt dotes ingenii,  
quibus hunc plus, illum minus exornavit  
Deus. Sed si non alias claves accepit Jo-  
hannes quam Matthæus, cur alias accepit  
Matthæus quam Petrus? Imparitatis il-  
lius limites, modos, gradus, quibus Scri-  
pturæ, quibus ullius cœcumenicæ Synodi,  
quibus ullius veteris Ecclesiæ Doctoris D  
decretis definies?

p. 278.

*Omnes Apostolors eandem in oves Christi po-  
testatem habuisse prouisio, fuisse tamen inter se  
pares districte nego:*

At quis prudens dixerit quenquam in  
regno potestatem in subditos habere pa-  
rem Regiæ? Si Petrus est Rex, Monarcha,  
Dominus, multò minorem in oves habe-  
bunt potestatem quam Petrus. Quis no-  
strum negat Petrum fuisse primum? In  
hoc certè pares illi non fuerunt reliqui.  
Sed primatum illum constituere diversi-

A tem clavium, jurisdictionis, ordinis, Pe-  
tro dare dominatum in reliquos Aposto-  
los; hoc illud est, quod non ullius Pontifi-  
cis, sed Synodum aliquot cœcumenicæ  
decreto, vel potius ipsius Scripturæ  
testimonio fuerat confirmandum.

*Habent Apostoli reliqui claves à Christo, sed p. 278.  
per Petrum.*

At hoc nusquam Scriptura, nusquam  
ulla Synodus Ecclesiæ primitivæ sanxit.  
Sed nunquid etiam beatitudinem à Chri-  
sto suam acceperunt Apostoli per Pe-  
trum?

*Petrus Ecclesiæ figuram gerebat, ait Aug. serm. p. 278.  
13. de verbis Domini.*

EIAM Antiochus Antichristi figuram  
gerebat, nec tamen per Antiochum acci-  
pit aut impietatem, aut damnationem  
suam Antichristus. Pastorum omnium fi-  
guram gerebant Timothæus, Titus, cùm  
illos auctoritate publica per Paulum in-  
struebat S. S. nec tamen aut illi in omnes  
Episcopos, aut illorum Ecclesiæ in omnes  
Ecclesiæ dominatum ullum acceperunt.

### Caput V. PASCE OVES MEAS.



Aronius ex his verbis: *Pasce oves meas*, mira conatur ex-  
piscari. Huius gloriatio-  
nem eruditè, disertè, solidè  
confutantem Casaubonum  
adi, & τὸν ἄντευ Archiepiscopum Antonium de Dominis. Interim Cardinali  
Baronio Cardinalem Cusanum opponi-  
mus: *Si Petro dictum est: Pasce oves, tamen Nicolaus manifestum est, quod illa pascientia est verbo & de Cusa de exemplo.* Ita etiam scilicet Aug. in glo. super eo-  
dem verbo omnibus idem preceptum est ibi: *Euntes in universum mundum, &c. nihil reperitur Petro aliud dictum, quod potestatem importet ali-  
quam. Ideo recte dicitur omnes Apostolos in po-  
testate cum Petro æquales.*

*Ecquis autem tam impie yesanusest, ut  
credat*

credat Petrum, cui à Christo adjunguntur socii æquales, pares, esse parem, æqualem ipsi Christo Domino, ac Redemptori suo, qui est *Deus in nivis* Deus in secula benedictus?

Baronius tamen ita loquitur, ac si credere nos jubeat, quod nemo pius non potest non abortinari. Munere suo, inquit, *Christus jam prope perfunctus consulturus Ecclesie sua, eandem, quam ut homo acceptit à Patre, potestatem dimittendi peccata per Spiritum sanctum, quem insufflationis visibili signo est impartitus, transfudit in discipulos suos, & illi in posteros succedentes sibi invicem ad presentem usq. diem.*

Hic Casaubonus meritò monet, à Baronio potestatem eandem appellari non solum ab eodem principio manantem, verùm etiam parem & aqualem.

Aliā interpretationē admittere Baronii verba non possunt. At si cuivis Presbytero parem Christi potestati potestatē largiatur Baronius, Pontificis majestatem quantam faciet? Ut jam Presbyteros, Episcopos omittam, quī potest Thomas, aut Thaddeus eandem cum Christo potestatem habere? Annon maior est omnium Apostolorum simul congregatorum, quam singulorum? Unus vero Christus etiam quā homo nunquid universis Apostolis, universis etiam Prophetis major est? An non Pater illum unxit oleo lātitiae supra sodales? Distinguenda quidem semper, sed nunquam disiungenda Christi divinitas ab ejusdem humanitate. Itaque quoties Christi potestas cum creaturarum potestate comparatur, considerandus semper est ut *Iesus Christus*, Emanuel, Deus & homo. Sed & ipsam humanam Christi naturam tantis donis locupletavit Deus, ut ea cuiusvis Angeli, nedum hominis, quin & omnium simul Angelorum præstantiam longè supereret. Instat Baronius: *Si Deus auferens de Spiritu quierat in Moyse ac tradens LXX. viris eandem prophetandi gratiam in illos contulit, quomodo non magis decuit Spiritum Christi in posteros propagari?* Contra si pro-

Bat. A.D.  
34. §. 197.

Cas. exer-  
cit 16. §.  
227.

A phetatum illorum LXX. nullus habuit eandem gradu parem, aqualem Mosi prophetandi gratiam, quanto minus ullus Apostolus acceperit potestatem æqualem potestati Christi? aut ullus Episcopus potestam Apostolicā parem? Moysis ministerium erat præstantius ministerio LXX. seniorum. Christus verò licet ratione Patris sit minister, tamen ratione nostri Magister est, atq; adeò solus Magister. Itaque rectè Scholastici ministerii claves

B Apostolis traditas ajunt, uni Christo competere claves authoritatis. Christo cùm tribuitur pascendi, cœlum aperiendi, remittendi peccata potestas, tum vox illa potestas *duāsūrū, ἐξοικεῖαν, αὐτοκρατορίαν* significat. Hominibus cùm tribuitur hæc potestas, ea significat officium, ministerium, obsequium, ut eruditè Casaubonus confirmat autoritate Patrum. Hieronymus: *Pro officio suo cùm audierint peccatorum varietates, sciunt qui ligandus sit, quive solvendus;* imò ne id quidem semper sciunt, sed tenentur inquirere, scrutari, perpendere.

Ambrosius: *In remissione peccatorum ministerium suum exhibent, non jus alicuius potestatis exercent.* Isti rogant, divinitas donat. Humanum enim obsequium, sed munificentia est supremæ potestatis. Imprimis Chrysostomi, quo potissimum abutitur Baronius, authoritate Baronium confutat Casaubonus exercitatione 16. §. 130. Tu, Bulengere, nobis opponis Ambrosum in c. ult. Lucæ dicen- Ambros. de S. Spir. tu l. 3. c. 19. p. 45.

D tem: Petrum à Domino nobis relictum quasi vicarium amoris sui, Chrysostomum dicentem, hac Domini verba principem Apostolorum Petrum constituant, & universi gregis curam gubernationem mandant lib. 2. de Sacerdotio; Sed nihil promoves. Nam Christus ita Petrum amoris sui veluti vicarium nobis reliquit, ut reliquos etiam Apostolos quasi totidem amoris sui vicarios nobis reliquerit, ita Petrum Apostolorum Principem his verbis institutum ait Chrysostomus, ut hæc institutio spectet Apostolatum, non illum, quem somnias, dominatum. Exciderat

derat enim per abnegationem Apostolatus jure. Christus his verbis Petrum Apostolum instituit, hoc est: **A**postolatum Petro restituit.

Pascendi munus cum Deo Patri, Filiove Scriptura tribuit, tribuit id illi singulariter, omnium hominum respectu singulariter. Micheæ v. 2. Matthæi 2, 6. Ex te, ô Bethlehem, orietur *ış̄ ȳp̄l̄w̄ Ḡ ə̄s̄ t̄p̄m̄v̄n̄*, dux qui pascet populum meum Israel. Psal. 23, 1. *Dominus est pastor meus.* Johannis 10, 11. *Ego sum pastor ille bonus. Bonus ille pastor ponit animam pro suis oibis,* inquit Christus, cui convenit utrumq; *x̄v̄ēl̄w̄ d̄t̄w̄s̄*, singulariter. At Ephesini pastorum cum dicitur Act. 20. *Pascite gregem qui est à oibis,* convenit id illis communiter, quatenus id illis est commune cum reliquis pastorum, Episcopis, Presbyteris. Cum autem illorum pabulum sit Dei verbum, cum illorum pascere, sit docere Dei verbum, prædicare Evangelium, quando Christus ait Petro: *Pascit oves meas, non aliud officium illi mandat, quam quod & reliquis Apostolis, cum ait illis: Docete omnes Gentes, &c.* Baronius autem, cum inquit A. D. 34. §. 207. *Non nisi omnium ovium dicat Christus Iohann. 10, 16. unum ovile esse futurum, unumq; pastorem, cuius Dominus oves suas, omnes & agnosca subjecerit, illum ipsum fuisse Petrum, nec alium prater ipsum eadem potestate, quam ipsum, in universali Ecclesiâ unicum institutum esse pastorem.* Ex his que dicta sunt, neminem puto, nisi forte delirum. & mente captum, non intelligere. Baronius insanos, Roma cruciarios omnes pronuntiat, quotquot dubitant an pascendi munus, authoritas, potestas tam singulariter Petro, & Papæ Petri successorem se dictitanti conveniat, quam ipsi Christo, quod perinde est ac si contendat Baronius, Papam tam verè Deum esse quam Christum ipsum.

Christus respiciens mandatum singulare, quod dum in terris verberatur, obiturus erat, ait Matthæi 15, 24. *Non sum missus, nisi ad oves que perierunt ex domo Israel.*

**A** Atne verborum horum obtentu credemus, ut Josuæ, sic Jesu potentiam Chananaæ finibus circumscriptam post resurrectionem ait: *Omnis potestas mibi data est, tam in cœlo, quam in terra.* Petro nihil tale dictum, quanto minus Papæ! Baronius tamen in Petri persona num Pontificem Christo æquare pergens: Non quia Petrus, inquit, eos potissimum, qui ex circumcisione erant, erudiendos suscepit, angustioribus finibus Apostolatum suum coarctavit. Christus quidem ḥingrouinw̄ ad tempus suam missionem intra Judæos coarctavit. Non ita Petrus, cuius coarctatio non ab ipso, sed à Christo facta, non ita quidem, ut solis Judæis, sed ut Judæis potissimum Petrus predicaret. Chrysostomus in Galat. 2. *Iudeos Petro tradidit Christus, Grecis Paulum prefecit.* Dixeris: Quando nam distributionem illam instituit Christus? De tempore non constat. Divisionem autem ab Apostolis authore Christo factam, non est dubitandum. Quin & eo ipso quod Christus ante resurrectionem Judæorum peculiariter pastor fuerat, hinc Apostoli merito collegerunt Judæos peculiariter Petro commissos à Christo, cum ille dixit: *Paste oves meas.*

**C** Quod autem ter id repetit, ter interrogat Petrum: *Méne diligis?* Oecumenius sic in Acta c. 2. interpretatur: ὃ γέ πέτε Καὶ σωλῶ, γέ τε τοῦ διδασκάλου οὐχί τε τελοῦτος ἐρωτοτοκόντελητι. Chrysostomus fulsius in Iohannem hom. 87. *Ἐκκεπτος λεῖ τῷ Απόστολῳ &c.* Eximius erat inter Apostolos, os discipularum, καγενφὶ δὲ χορῆ, Chori choriphæus. Quamobrem & Paulus eum prater alios invisit. Similiter indicat: ὅτι δὲν θρήψει τὸ λοιπὸν, οὐ τὸν αγνοτοειδέντας ἐξεληλαμόντος τὸν Χριστὸν τὴν περιστοιχίαν τὸν αἰδελφὸν, debere deinceps ipsum animo bono esse, quippe depulsā abnegatione primatum inter fratres ipsi committi. q. d. Christus idem ter repetit, tum quia Petro quid eximium conferebat, tum quia Petrus ter Domini abnegaverat.

Chrysostomus ad cap. 21. Iob. ait: οὐ τοῦ αἰρετοῦ p. 127. 132.

πόστος ἔξελπλαμψός ἐγχειρίδη τῷ περιστέρᾳ τῶν αἰδελφῶν. Si prefectura ei reliquorum Apostolorum commissa est, imperium in Apostolos & fratres ei datum.

Contra cùm Christum his verbis docet Chrysostomus expunxisse Petri negationem, satis indicat, non dominatum novum ei datum, sed restitutum id, quod per abnegationem amiserat. At fateris ipse, Christo cum discipulis versante, alio Dominu[m] tum opus non fuisse. Ergo ne postea quidem dominatum ullum Petro dedidit, sed Apostolatum restituit. Προστοιχία autem jam habebat, Nam & primus nominabatur, & primus loquebatur, saltem ut plurimum. Nihil igitur hīc novi datur. Quin & ipse negabas ante solūm προστοιχίαν, ἢ πεντακοσίαν Petro datam, sed & imperium. Tum igitur, cùm illa scriberes, vis veritatis tibi dictabat, aliud esse προστοιχίαν, aliud imperium sive prefecturam. Præterea frattum nomine potissimum eos intelligit Chrysostomus, quos Christus vocat oves suas. Tales autem propriè sunt, qui sunt tantū oves. Apostoli verò non erant tantū oves, sed & pastores.

p. 122. *Vni Petro datam dicunt omnium ovium προστοιχίαν, prefeturam.*

Petro datam dicunt; uni Petro datam, non dicunt. Omnibus in solidum Apostolis datam fateris omnium ovium curam sub uno quidem pastore, principe, capite. Sed is est Christus unus, si propriè loqui volumus. Etiam Petrum caput Apostolorum vocant. Vocant, sed ut primum, non ut Dominum, nec propriè loquendo, sed figuratè, sed hyperbolicè, ut in encomiis fieri amat.

p. 123. *Cum Petrus appelleretur à Patribus coryphaeus, magister, cantus, chorodidascalus; aliquam ei prefecturam attributam esse oportet.*

Quanquam ministerio Prefecturæ nomen non satis conveniat, tamen demus vocabulum convenire. Accepit Petrus Prefecturam in oves Christi, quibus Evangelium prædicavit, ut Johannes in eas

A quibus prædicavit. Cùm simul erant, ne semper quidem primus loquebatur Petrus, aut primus nominabatur, tantum abest ut Apostolis imperaret instar Præfetti, Prætoris, aut Regini. Ubi suam quisque provinciam sortitus est, tūm primatus, ne dum principatus aut dominatus, ne minimum quidem usquam comparet vestigium, nec in sacris, nec in Ecclesiasticis scriptis. Itaque demagogicas illas, allegoricas, encomiasticas loquendi formulas ad

B vivum resecare, urgere, id verò est Patribus vim inferre, cum ipsi, quibusunque tandem titulis Petrum cohonestent, disertè testentur, Petrum nihil auctoritatis, nihil auctoritatis egisse, prout Casaubonus appositè notat. Exercit. i. §. 12. p. 375. Comelini codex habet auctoritatis. & pro eo quod Casauboni codex paulo post subjicit enītōs πεντάτετρα προστοιχίαν auctoritatis. Comelini codex habet βλέπε πώς μεταχειρίζεται λόγον in Actor. i. hom. 3. p. 468. Erasmus interpretatur: *Vide quo pacto dicendi sumat exordium.* Merito tamen contendit Casaubonus licet multis auctoritatibus maximè quorundam, quibus nullo modo liceat auctoritatem ostendere.

p. 124. *Quod Chrysostomus ait Petrum nihil facere auctoritatis cum authoritate, auctoritatis imperiosè, pro jure Magistratus, quod Oecumenius dixit & ait εξοτιας, nego, pro imperio aliquid fecisse, modestia adscriendum est.*

D Debuisti scribere auctoritatis, & επιμετέξοτι. Sed & Chrysostomi verba fideliū reddit Erasmus, quam tu. Sic enim veritatis: Considera quam Petrus agit omnia ex communis sententia discipolorum, nihil autoritate sua, nihil cum imperio. Hęc non soli modestiæ tribuit Chrysostomus. Et quis prudens laudet Duxem in bello, Regem in regno, Patriæ familiās in ædibus suis, nihil autoritate sua, nihil cum imperio, unde auctoritatis, auctoritatis, μετέξοτι facientem? Quis Papa pretita sibi faciendum? Imò farum se credit, non modestum, si sic se gerat. Petrus

autem ita se gessit, quia sciebat sibi commissum ministerium, non imperium, se non Dominum, sed collegam Apostolorum esse. Quamobrem illis non imperat, sed suadet cum alibi, tum imprimis Auctor. 1. Ne nominat quidem ordinandos, non eligit, sed quales eligendi sint, monet. Tum v. 23. Lucas ait: *καὶ ἐνοίκει δός, σταυροῦται γίγνεται δύο.* Hic Chrysostomus: *Quid? an non licebat ipse eligere?* Licebat & quidem maximè. Certe tam illi licebat, quamvis iis qui elegerunt, quicunque tandem illi fuerint. Verum id non facit, ne cui videretur gratificari. Quanquam alioqui nondum erat particeps Spiritus; Adde, ne sibi videretur omnia vindicare. Non eosipse statuit, & non a navres, sed cuncti. Ceterum sententiam ipse protulit, sed hanc quoque declarans suam non esse, sed è supernis profectam juxta prophetam: *ώστε εξηγηθήσεται οὐδέποτε θάσιον αλλοτριόν.* Itaq; recitator fuit, non preceptor. Certe simplicium ovium respectu θάσιον αλλοτριόν, preceptor erat: Apostolorum respectu non erat, quanto minus princeps propriè dictus, Dominus, Monarcha?

p. 271. Os fuit Apostolorum, ut ait Chrysostomus: Os vero in capite esse amat. Os quidem est in capite, sed non est caput. Lycaonii credebant Paulum os esse Barnabæ, nec tamen credebant illum esse caput Barnabæ, sed contra. Aaron erat os Mosis, sed Moses erat caput Aaronis. Tamen quidquid aliquo modo primum est, id aliquo modo caput dici potest. Sed ut Doctor, sic caput & pastor propriè fuit Petrus eorum, quos in Christo genuit, qui tam reliquis Apostolis, quam Petro comparati erant oves Christi. Si mutuum pabulum spectes, tam Paulus Petri, quam Petrus Pauli fuit pastor. Si quid non mutuum Petro datur, pertendis, cum Christus illi dixit: *Pasce oves meas,* eos designat Christus, qui tantum erant oves.

p. 269. 274. Quid amabo de te male meruerunt Apostoli, ut eos è grege Christi submoyerent?

A Non submovet Casaubonus, non ego. Sed κυριως, propriè Petro commissas oves dicimus, quæ κυριως oves sunt, & tantum oves, non etiam Apostoli. Sic opus habuit Petrus aliquando fratrum suorum Apostolorum consolatione, consilio, confirmatione, quin & censura, prout constat ex Galat. 2. Fuit hoc mutuum charitatis & pietatis officium. Quod si quid non mutuum Petro datur, cum conversus confirmare fratres jubetur Luc. 22, eos propriè designat Christus, quos lapsuros, sed reversuros ad penitentiam prævidebat. Hos confirmatus erat Petrus, sed non solus, non ab illis confirmandus.

*Chrysostomus ait fratrum πρεσβυταριαν p. 269.* commissarum illi commissarum.

Πρεσβυταριαν illam nego collegarum respectu præfecturam fuisse propriè dictam. Apostolos inter se si compares, alter alterum mutuo pavit, docuit, confirmavit.

C Nunquam Petrus de Iohanne interrogasset, si p. 271. putasset omnibus dictum: *Pasce oves meas.*

Sciebat sibi non nominat id dictum, idque ter, quod lapsui suo ter repetito ternam instaurationem convenire sentiret. Johanni vero, quod reliquis junior, & Christo charior esset, credidit aliquid speciatim à Christo reservari.

D Augustinus sive quis alius est auctor questio- num veteris & novi Testamenti quest. 75. Sicut in Salvatore erant omnes causa magisterii, ita & post Salvatorem in Petro omnes continentur.

Nunquid & post Christum à Petro redimuntur omnes? Absit. At ut in Petro, sic in Tito, Timotheo, Philemone continentur omnes pastores, omnes patres familiæ. Quod tribus illis, quod horum unum dicitur, omnibus dicitur. Non ideo tamen horum quisquam dominatum ullum in omnes Ecclesias obtinuit.

## Capit. VI.

BULENGERI RATIONES PRO  
DOMINATU PAPÆ.

A de tenus de Petro potissimum egimus, de Papa nunc agendum, ac videndum, an necesse sit utrumque polum uni Papæ subesse. Nos negamus, Deum hanc legem utriusq; poli incolis tulisse, negamus Deum unquam permisisse, ut omnes utriusque poli Christianas Ecclesias unus Papa regeret. Tantum autem abest, ut id expediat, ut id piis optandum sit, ut contra nunquam pejore loco fuerit res Christiana, quam cùm latissimè dominabatur Papa. Cùm autem non magis Arcticus, quam Antarcticus poli incolis imperarit Deus, ut Papæ subsint, quam iniquè suum in multis Ecclesias dominatum usurpavit Papa, tam licuit nobis, tam omnibus licet tyrannicum illius jugum excutere. Videamus, quānam contra sint tuæ rationes quibus dominatum Papæ propugnas. Non est, inquis, potestas, nisi à Deo. Quae à Deo sunt, ordinata sunt, qui resistit potestati, resistit ordinationi Dei. Vera sanè sunt hæc axioma Paulina, Rom. 13. Sed, iis quam turpiter abutaris, vide. Mahometes contendit sè misum à Deo. Resul allari. Nihil amplius illi tribuunt, qui Mahometi sacramento dicunt. Hoc prætextu magnam potestatem est consecutus. Num ideo qui restiterunt illius potestati, restiterunt ordinationi Dei? At quem titulum à Christo Petróve profert Romanus Episcopus, ut doceat se generale esse Christi vicarium, potius quam Mahometes, ut persuadeat sè Dei legatum esse? Neuter certè titulum hujusmodi potestatis habet à Deo. Uterque mortali bus imposuit. Igitur utriusque potestati per vim & imposturam usurpatæ licet resistere.

*p. 12.* Si ad rerum, inquis, civilium administra-

tionem, ad corporum gubernationem ordinaria & legitima potestas necessaria est, si Duces, Reges, Imperatores in rebus publicis & imperiis publicis saluti procuranda instituendi sunt, in animis & eorum salute procuranda quæ longè corporum salute dignior est, non erit unus aliquis in quo summa potestas reperiatur, qui summo jure presidet?

Erit certè, nec unquam deerit. Is est Christus in secula benedictus. At ut Deus ex quo mundum post diluvium reparavit, nunquam passus est unum hominem esse

*B* Regem omnium Regum, sed hunc honorem uni sibi reservavit, sic, ex quo per totum orbem promulgavit Evangelium, non passus est Deus unum Episcopum Episcoporum omnium Episcopum esse, multò minus Christianorum omnium, quam Christiani sunt, Dominum: hunc honorem uni Filio suo reservavit, nec eum potest mortalis ullus sine sacrilegio sibi vindicare.

*Suum aves, suum apes regem, suum in aquis p. 17.  
C ingentia cetæ, suum quadrupedes agnoscent.*

Quem regem pisces, quem quadrupedes agnoscant, tu videris. Sed nec apes, nec grues omnes unum regem agnoscent, sed apum, sed gruum singuli greges suum.

*Homerus omnis eruditiois antistet, inquis: p. 17. & 119,  
& ix. 12. πιλαντοι εργανη, εις γεγραφησω.*

*Eis βασιλε. Huc pertinet oraculum Apollinis: Εὐδαιμον πολιτε τεον ενδε κηρυξ. ανεψι. Lycurgus cùm moneretur populare imperium Spartæ instituere, dixit monitori, fac prius domi tne democratiam.*

Habet sanè Democraticus, habet Aristocraticus status in commoda sua: sed habet & Monarchicus sua, quæ Samuel quovis Homero, quovis Apolline, quovis Lycurgo sapientior Israelitis edisserit ipsius Dei nomine, cùm vocat Regum Mischpath, εσων id quod pleriq; Reges in consuetudinem quasi jus facientem converterunt. Habuit Roma quadringentos circiter annos, habuit diu tota ferè Græcia, habent Veneti iam ab hinc mille ducentis annis, habent Helvetii trecentis ab hinc annis suas ra-

tiones, eur suum statum Monarchico præferant, quas expendere quid opus est? Quem authorem alicuius nominis dabis, qui necessarium aut optandum censuerit, ut mortalis unus utrumque polum regat?

P. 18. 186. Cū Monarchia prima partes deferenda sint, omnino in Ecclesia singulare imperium & agnoscendum & summo studio retinendum.

Habet omnino totus orbis, habet Ecclesia tota suum Monarcham. Sed quid necesse est, ut omnes Ecclesiarum, potius quam omnes provinciarum generalem habeant Vicarium? maximè cū toties increpuerit Christus discipulos de primatu disputantes? cū illis ministerium indixerit, dominatum interdixerit, ut toties moneret Bernardus?

Cū hac Ecclesia sit apud nos visibilis, caput babeat apectabile necesse est.

Omnis Ecclesiarum Christianarum post Evangelii promulgationem nulli mortali fuerunt unquam visibles, nullus eas videre, sed ne fama quidem nosse potuit omnes. Quid igitur opus fuit, immo quomodo fieri potuit, ut haberent omnes unum caput apectabile?

P. 18. Christus ad Patrem abiens, Ecclesia visibili caput visibile Petrum, ac deinde successores eius attribuit.

De successoribus illis, quos somnias, ne verbum quidem unquam protulit Christus aur quisquam Apostolus. Petrum vero nominatim quidem officii suis sepe monuit Christus, sed ne quis somnio tuo locus esset, cū terras reliquit, non Petro separatim, sed omnibus Appstolis coniunctim totius Ecclesiarum regimen commisit Matth. 28.

P. 12. & 18. In Ecclesia Iudeorum, quam umbram & typum Ecclesie Christianae fuisse fateris, unus Pontifex fuit, in quem spiritualium ac divinarum rerum oura incumberet, una civitas, ubi Sacerdotij caput esset.

Aaron ejusque posteri Iudeorum summi sacerdotes fuerunt typi quidem, sed unius Christi, qui solus est Ecclesiarum Chri-

A stianæ Rex simul & sacerdos propriè dictus, ut docet Apostolus ad Hebreos copiosè. Aaronem autem fuisse figuram Petri, nusquam dicit Scriptura, multò minus fuisse figuram eius, qui se mentitur hædem Petri: Hodie, cū unus quisq; grecus Christianus sit instar Sionis, eius quoque præfert imaginem, ut cuique gregi sit suus Pastor, ut Hierosolymis suus erat sacerdos summus. Hinc est quod Patres sibi persuaserunt, cujusq; civitatis unum tantum Episcopum esse debere, prout Hierosolymis unus tantum erat sacerdos summus. Hoc porisma, cū nusquam extet in fœderis novi tabulis, possumus uno verbo dicere cum Scholasticis, Theologiam Symbolicam argumentativam non esse. Habuit speciotum titulum, habuit suum usum hic ordo, sed non necessarium, non in æternum obligatorium, quia nihil æternam omnibus hominibus necessitatem imponit, nisi quod est divinitus institutum. At certè multò minus obligatorium est illud porisma, quod nec Deus prescripsit, nec puriora Ecclesiarum Christianarum secula prædicaverunt unquam aut agnoverunt. Contra contestatur passim Cyprianus: unum Episcopatum esse, cuius in solidum pars ab omnibus tenetur, tam à Carthaginensi scilicet Episcopo quam à Romano.

### Caput VII. HOMONYMIA VOCUM UNIVERSALIUM.



Ntequam singillatim expendamus, quænam fuerit primis seculis sedis Romanæ potestas, prius generales quædam observationes nobis sunt præmittendæ, ac imprimis quis sit vocum universalium usus. Vocum universalium aliis est usus in cuiusvis disciplinæ præceptis, aliis in historicis. In fidei dogmatis, in tra-

den-

## 37 Cap. VII. Homonymia vocum universalium. 38

dendis disciplinis, in legibus ferendis voices universales verè, propriè, simpliciter sunt universales. In historicis varias proportione subjecti restrictiones admittunt.

1. Thess. 1, 8. *A vobis*, inquit Paulus, *non solum personam sermo Domini in Macedoniâ, & Achaia, verum etiam in omni loco fides vestra, que est in Deum, dimanavit.* Quid opus est, ut quæramus, quomodo potuerit jam tum ad Mexicanos aut id genus populos pervassisse Thessalonicensium fama? Sufficit, ut intra totum orbem Romanum celebris esset Thessalonicensium fides. Idem dici potest de verbis Rom. 1, 8. *Fides vestra prædicatur in toto mundo.* & Rom. 10, 18. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terrarum verbacorum.* Etiam si nondum ultra fines imperii Romani processisse prædicationem Apostolorum fateri cogitemur, tamen Pauli verbis constaret sua fides.

At cùm Christus ait Matth. 24, 14. & prædicabitur istud Evangelium regni in universa terra, jam id dogmaticum est, non historicum tantum, eoque non est universalis illa particula finibus imperii Romani concludenda.

Exempla consimilia tu ipse Bulengere suppeditas, cùm laudas Gregorium Nazianzenum dicentem: Cyprianum prefuisse non Carthaginum tantum, sed universis totius Orientis, ac penedixerim, Orientis, Austri, Septentrionis Ecclesiis: dicentem Athanasio commissam Alexandriæ, hoc est: *Tuī διακόνος ἀποστολῶν, totius orbis præfeturam:* cùm laudas Constantimum Eusebio scribentem: *Beatum te in hoc existimato, quod testimonio universi orbis, ut uno verbo dicam, dignus habitus es, qui sis πάντων ἐκκλησίων ὅμιλος omnis Ecclesie Episcopus.* Melius veritates totius quam omnis. Nec Eusebius opinor orbis toti notus fuit, nec Antiochia totius orbis, ne Romani quidem principatum unquam obtinuit. Sed hujusmodi locutiones hyperbolicas scriptoribus omnis generis frequentes sunt in rebus hi-

A storicis. Jam aliquot exempla ad præstantium pastorum encomium pertinentia produximus antecedenti capite. Superest, ut alia quædam insuper adjiciamus.

Africanus codicis canone xxii. Aurelius Carthaginensis ita loquitur: *Ego cunctarum Ecclesiarum dignatione Dei, ut scitis fratres, sollicitudinem Justineo. Numidius Episcopus: fuit semper haec licentia huic sedi, ut unde vellet, & de cuius nomine fuisset conventus, pro desiderio cuiusq; Ecclesia ordinare Episcopum posset.* In Græco Tiliæ codice canon hic est LVI. Hunc codicem qui transcripsit absurdam arbitratus Aurelii propositionem, pro *μητρῶν omnium* posuit *πόλεων multarum.* Justillus noster nec in Græcâ, nec in Latinâ editione quidquam mutatum voluit & meritò. Sed certè Numidii responsio Latinam editionem confirmat. Igitur universitas illa concludenda limitibus quibusdam. Quibusnam autem? Sustinebat Aurelius sollicitudinem omnium Ecclesiarum,

C quarum pastores videbat Synodus, quam alloquitur. Toletanum Concilium tertium A. D. 589. can. 3. *Permaneant in suo vigore conciliorum omnium constituta. Quid?* etiam ab Arianis, aut aliis hæreticis habitorum? Abfit. Sed *διακόνως* indicabant codicem canonum continentem aliquot conciliorum collectionem, quorum omnium statuta deinceps volebant Hispani vim legum obtainere.

D Gregorius I. A.D. 593. Mauritius A. scribens ep. 100. *Ex illo iam tempore Dominus mens fuisti, cùm Dominus omnium non eras.* Atqui ne vicepsim quidem totius orbis partem obtinebat Mauritius.

## Caput VIII. EPISCOPORUM ELOGIA.



Vi titulos sibi cum collegis communes ad se trahit, is hominibus est injurius, qui hominum collegam se dignatur, Dei collegam atq;

adèò Deum se facit. Multos titulos magnificos Episcopis Romanis, dum veræ fideli patrocinabantur, tribuerunt veteres; sed eo ipso, quod eosdem titulos cum multis aliis communicabant, docebant quām procul abessent ab eâ sententiâ, quām illis affingunt Papæ patroni, cùm volunt hæc elogia totidem esse supremi, quem in omnes Christianos sibi vindicat Papa, dominatus argumenta. Exemplis aliquot id confirmare plurimū ad rem faciet. Ex quo visum est expedire, ut cuique gregi plures quidem Diaconi, plures Presbyteri, sed Episcopus unus assignaretur, ut quævis Christiana civitas esset velut altera Jerusalem: hinc factum ut Diaconi quidem Levitæ dicerentur, Presbyteri Sacerdotes, Episcopus verò summus Sacerdos, vel Pontifex Maximus. Sidonius Domino Papa Græco l. 7. ep. 2. Oneras consummatissime Pontificum, verecundiam meam multifaria laude cumulando. *Vos Eustachium Pontificem (is erat Massiliensis Episcopus) ex ase digno ha-rede deceſſisse monstrabitis, si ut propinquis testamenti, sic clientibus patrocinii legata solvatis.* Vaisonensem Episcopum ita compellat: *Domino Papa Fontejo S. ep. 4.* Nec tamen ex hoc quicquam Pontificali deperit persona, quod sacerdotii fastigium non frangitis comitate, sed fletatis ep. 5. Bituricas decreto civium petitus adveni. Causa evocationis titubans Ecclesia status, qua nuper summo viduata Pontifice utriusq; professionis ordinibus, h. e. tam monachis quām clericis ambiendi sacerdotii quoddam clasticum cecinit. Bituricas ipsos ita compellat: *Mibi peculiariter pagina decretalis oblatu Pontificis eligendi mandasti arbitrium coram sacrosancto & Pontificatu maximo dignissimo Papa: qui cùm sit provincia sua caput, &c.* Senonessem intelligit, ep. 6. Burdegala, Petrogorii, Ruteni, Lemovices, Gabalitani, Helusani, Vasates, Convene, Auscenses, multoq; major numerus ci-vitatum (summis sacerdotibus ipsorum morte truncatis, nec ullis deinceps Episcopis in defunctorum officia suffectis, per quos utiq; minorum ordinum ministeria subrogabantur) latum spiritua-

A *lî ruine limitem traxit. Claudio Mamer-ci Viennensis Episcopi frater, Presbyter cùm diceretur, tamen Episcopale munus obibat. De his Sidonius l. 4. ep. 11.*

*Germani decus & dolor Mamer-ci*

*Mirantum unica gemma episcoporum*

*Hoc dat cespite membra Claudianus*

*Antistes fuit ordine in secundo*

*Fratrem fasce levans Episcopali,*

*Nam de Pontificis tenore summi*

*Ille insignia sumpsit, hic laborem.*

B *De Lugdunensi Episcopo sic loquitur l. 2. ep. 10.*

*Quisquid Pontificis patriq; nostri*

*Collaudat. Patientis hic laborem.*

C *Bibliothecæ Patrum tom. 2. col. 276. Gaudentius Brixianus serm. 17. Tali conclusus articulo & autoritate sanctorum presulum: subjugatus suscepit hoc summi sacerdotii munus, h. e. Brixianum Episcopatum. Tomo 3. col. 540. Hieronymus Theophilo Alexandrino: Si quam habes epistolam Synoda-lem, mitte, ut tanti Pontificis autoritate confir-matus, &c, ô Beatisime Papa. De hac voce Baronius in Martyrologio Januarii X. Transit in dignitatis nomen, ut clerici venerandi, eo nomine appellarentur. Postea tamen nomen illud coepit esse peculiare Episcoporum, ut iidem Pa-pa dicerentur. Sunt de his innumera exempla apud Cyprianum, Hieronymum, Augustinum, Rufinum, Prudentium, Sulpitium Severum, Sidonium Apollinarem, Venantium Fortunatum, & novissimè apud S. Eulogium Cordubensem, qui floruit anno Domini 850. Vsg; enim ad illud tempus id nomen commune fuit omnibus Episco-pis, licet frequentius ac peculiarius tribui consue-visset Romano Pontifici. Quid mirum, si tan-to potentis urbis Episcopo frequentius tri-buueretur hic honoris titulus quām inferiorum ci-vitatum Episcopis? Quod au-tem peculiarius huic quām illis tribui soli-tum vult, id confirmandum fuit, non sim-pliciter affirmandum. Pontificis vocem*

D *quod attinet, Baronius in Martyrologium Aprilis 9. vult cum Scævola Pontificem dictum à posse facere potius quām ut Varro de*

linguâ Latinâ lib. 4. Dionysius Halicarnassensis lib. 2. & Zozimus à ponte faciendo, verbumque facere vult tum idem significare, quod sacrificare, eodem sensu Luce 22, 19. cùm Christus ait: *Hoc facite in mei memoriam.* Sed perperam argumentatur Baronius. Nam neq; Græcæ voces τέτο πιεῖται, nec Syriacæ γράπενται significationem illam admittunt. Sed nec Latinè quisquam simpliciter dixit: *Hoc facito, pro sacrificato,* maximè si de re quis loquatur, quæ naturâ suâ propriè loquendo sacrificio non est apta. Sed tum demum facere sumitur pro sacrificare, cùm additur quid aptum ad restringendum generalem vocis significationem, ut apud Cenotinum c. 1. facere hostiâ, apud Virgilium ecloga 3. Cùm faciam vitulâ, apud Varrorem lib. 5. facere diis manibus, apud Ciceronem pro Muræna facere Iunoni. Quod autem apud Plautum Aululariâ Scenâ 18. servus ait facere fideliam, id est vernilis licentia, quæ vocis proprietati demonstrandæ nullo modo convenit.

Igitur si rectè Pontificem Scævola deducit à posse facere, tum generali significatione dictum crediderim, cui licet id facere, quod alteri non licet. Sic & pontificium est ἔξοδια, faciendi potestas, auctoritas apud Symmachum paſſim lib. 3. ep. 17. lib. 7. ep. 27. lib. 10. ep. 44. & c. Th. de fide catholica lege 1. Neg. his penitus obtinendarum pontificium facultatemne permitti. Consimilia plura colligit Juretus in Symmachum lib. 7. ep. 27. Colligis tu quoq; nonnulla Imperatoris tui lib. 1. cap. 18. Quòd autem Bernardus de considerat. l. 2. Papæ primatum vocat singulare Pontificium Petri, fecit id pro recepto jam pridem errore. Et erat sanè non vulgaris hic honor; sed quem honorem aīs à Basilio deferristi Damaso, eundem & multo majorem defert A. D. 370. Athanasio ep. 49. ἐποντῶν ἐκκλησιῶν τὸ αἱρωσμάτῳ θόπο τὸ μεῖζον πρόσωπο, ποσὶν πάντες θόπο τῶν σὺν αἱρεσίᾳ φέρεται τελεότητε, μιαν ἑαυτοῖς ὑποτείπαθε τῶν

A δεινῶν τῷ θρησκευτικῶν, τῶν σὺν τῷ πεπονικόν. Antuerpiensis editio Latina Budæum harum epistolarum interpretem laudans sic habet ep. 43. *Quanto Ecclesiarum languores auctiores evaserunt, tanto universi ad tuam convertimur integritatem, unam nobis malorum consolationem in tuâ tutelâ reliqtam esse credentes.* & ep. 48. *ώστε τὸ πόλυ τὸ λύπης τῶν σὺν τελεότητε περιῆσται, εἴτε τὸ ηγέμονα τελεοῦντο καὶ τὸν θεό τῶν ἐκκλησιῶν μετέμνη τὸ πλέον τὴν σῇ Διεφέρεντα φροντίσθ.*

B Budæus ep. 42. quemadmodum multa tuam integritatem mœstitia occupatur, ita arbitramur & prudentia tua competere, ut excellentem de conservandis Ecclesiis sollicitudinem adjunctam habeat. ep. 51. ὅταν πέρι τῶν σὺν αἵρεσι μητροπολέπαν, καὶ λογισώμεθα, ὅποις ιατρὸν τῶν τοῦ ἐκκλησιῶν αἱρωσμάτων ὁ κύριος ημῶν ἐπαγγελλοτρόπος, αἰσθανταίνομεν ἑαυτῶν τὺς λογισμούς, καὶ ἐπειδὴ τῶν δοτόγνωσιν πλάνατρος τρεψί τὸν επιπλέοντα τὸν χρηστόπερων Διεγνωσμέθα.

C ep. 45. *Quando ad honestam illam gravitatem tuam convertimur, ac cogitamus quod te Ecclesiasticarum infirmitatum Dominus noster medicum constituerit, animos resumimus, & ex desperationi lapsu ad spem rerum meliorum erigimur. Sic & Matthæus Blaſtæs Athanasiūm vocat τὸ τῆς ἐκκλησιᾶς θρησκευτικόν. Ecclesia firmamentum, cuius tropheis πλεῖστη μῆτρα γεννᾷ, ἐπ τὸ ἐπτρόπον, πλεῖστη δὲ θελασσα, plenam esse terram, plenum & mare dicit. Basilius ep. 75. Nec cælaream vocat σημνοτάτω τῶν πολεων urbis maxime venerabilem, οὐ μην ἀπτερέπων, ποθενότατην αἰδελφοί, ἐφ' ἑαυτῶν ποιήσασθε τῶν ἐγκαλεσθεῖσῶν ημῶν τῶν ἐξεργασθεῖσῶν. ep. 69. *Vobis, fratres desideratissimi, permitto, ut inter vos ipsoſ eorum, de quibus incusamus, examen faciatis.* Rursus Athanasiūm ita compellat ep. 52. τῶν μῆτρῶν αἱρεσίοις ἐξαρχεῖ τὸ καθ' ἑαυτὸν ἔμεσον αἵρεσικόπειν, οὐδὲ δ' ὅχι ικανὸν τέπο, αἷλον η μέλεμνα σὺν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ποιῶνται, οὐδὲ καὶ τῆς ιδίας τῷ θρησκευτικῷ δεσπότῳ ημῶν ἐμπιστεύοντος ἀπίκειται, οὐδὲ καὶ δεῖσα χρέοντος Διελείπεις Διελεγόμενος, ναθετῶν, ἀπτεράων, ἐπιπέμπων πίνας ἐκάστο τῆς ὑπακούθεμέν ταῖς βέλτισται. h. e. Reliquis pleris-*

plerisq; sufficit sua quernq; circumspicere, Occidentales innuit & Damasum imprimis, cui satis erat, si posslet adversus Ursicinum se tueri. Tibi verè non sufficit hoc, sed tantam Ecclesiarum omnii curam geris, ut non cesses disdere, monere, scribere, mittere quotidie quod sda, qui optima quaq; suadeant; ὃντενομίσθε τὸν πρότιθην αὐτῷ τοῖς πράγμασι διδόντα, εἰ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ τῶν ὅλων τῶν σων αναδρόμοις τελεῖται, καὶ σὺ συμβάλλω πελεγοσαίμεια καὶ ἡγερόντι τῶν πεάξεων. Budaeus ita vertit ep.

46. Accommodissimum rebus istis initium fore arbitratissimus, si velut ad omnium nostrum verticem, ad tuam integratatem refugiamus, teq; & consultore, & rerum gerendarum duce & Principe utamur. Hujusmodi laudes cum Episcopo Rom. tribuuntur, non magis illi quam Neocæsariensi, vel Alexandrino Præfulti dominatus asseritur in omnes Christianos, aut in omnes Episcopos.

## Caput IX.

## APOSTOLATUS PAPÆ.

p. 114.



Asauponum merito laudas, quod doceat propriè Apostolos dictos, qui à Christo immediate electi & misi sunt, ut testes essent eorum qua viderant, ut per universum orbem Christi fidem disseminarent.

Hoc modo post Johannis obitum Apostolum nullum vidit orbis terrarum, sed vidit Apostolorum successores, quot vidit fidos verbi divini præcones. Analogicè tamen Apostoli dicuntur Junias Rom. 16, 7. Epaphroditus Philip. 2, 25. Timotheus à Salviano scribente ad Salonium p. 318. Apostolus etiam is dici quodammodo potest, qui potestatem habet id faciendi, quod in Apostolatu fuit præstantissimum. Id autem est Evangelii prædicatio, Sacramentorum administratio, eoque lupos & hircos à Sacramentis arcendi, placidas oves ad spirituale pabulum, ad Sacramentorum communionem admittendi pot-

A stas. Hanc autoritatem habet quisvis Ecclesiæ Christianæ pastor. Hinc est quod olim Apostoli vel Apostolici dicebantur omnes Episcopi. Sidonius l. 6. ep. 4. Domino Papæ Lupo (Trecensis erat is Episcopus) Præter officium, quod incomparabiliter eminenti Apostolatui tuo sine fine debetur, eti absg; intermissione solvatur, &c. Idem ep. 1. Benedictus Spiritus sanctus & pater Dei omnipotens, quid pater patrum, & episcopus episcoporum, & alter seculi tui Iacobus de quadam specula charitatis nec

B de inferiore Ierusalem tota Ecclesia Dei nostri membra superinfringit, dignus qui omnes consoleris infirmos, quiq; merito consularis ab omnibus. Ergone, cum sis procul ambiguè primus omnium toto, quā patet, orbe Pontificum, cum prerogativa subjiciatur, cum censura tua atremat etiam turba collegii, cum in gravitatis restra comparationem ipsa etiam grandevorum corda puerascant, cum post desudatas militia Livinensis excubias, & in Apostolicâ sede novem jam decursa quinquennia, utriusq; ordinis quandam te clamatisimum primitarem spiritualia castra venerentur, &c. Quis unquam plura tribuit ulli Romano Pontifici, saltem ante quam hæc scriberet Sidonius, h. e. ante A.D. 480. vel circiter? Idem Vaisonensem Episcopum ita compellat. l. 6. ep. 7. Domino Papæ Fontejo. Ad Apostolatus tui notitiam pleniorum cum prerogativa domestica familiaritatis accedo. & lib. 7. ep. 4. postquam affabilitatem Fontei commendavit: Nec tamen, inquit, ex hoc quicquam pontificali deperit persona, quod Sacerdotii fastigium non frangitis comitate, sed selectis. Apostolatus vestri patrocinium copiosum, &c.

C Pacianus A.D. 388. ep. 1. Bibliothecæ Patrum tom. 3. col. 420. Deniq; & Episcopi Apostoli nominantur, sicut de Epaphroditio Paulus differit Philip. 2. &c. Quod etsi nos ob nostra peccata temerarie vindicamus, Deus tamen illud, uti sanctis & Apostolorum cathedram tenentibus non negabit, qui Episcopi etiam unici sui nomen indulxit. Legendum videtur, qui Episcopi etiam unico suo nomen indulxit.

Tertullianus de præscriptionibus Apo-

stoli-

stolicas cathedras, matrices Ecclesiarum A vocat eas, quas Apostoli fundatunt. Apostolicæ quoque dicuntur omnes Ecclesiæ, quæ doctrinam Apostolicam profidentur, licet ab Apostolis non fundatae. Alexandrinam Ecclesiam à Marcō fundatam constat: Tamen apud Theodoretum I. i. c. 9. Synodus Nicenabz Alexandrinam Ecclesiam vocat Catholicam & Apostolicam.

Nilus Archiepiscopus Thessalonicensis de primatu Papæ 1.2. A.D. 1360. probabat ex Sexti Conalii, quod habitum est A. D. 681. actis, quinque primarias sedes, sive Patriarchatus passim dici solitas Apostolicas: Sozomenus hunc illis titulum dat I. i. c. 16.

A. D. 507. Clodoveus Rex Francorum Autelianensem, quæ prima dicitur, Synodum compellans: Dominus, inquit, Sanctis Episcopis Apostolicâ sede dignissimus. A. D. 596. Indictione XV. Gregorius I. lib. 6. ep. 37. Eulogio Episcopo Alexandrino: Suavissima mibi Sanctitas vestra multa in epistolis suis de sancti Petri Apostolorum Principis cathedral locuta est, dicens: quid ipse in ea nunc usq[ue] in successoribus suis sedeat. Et quidem ego indignum me esse non solum in honore præsidentium, sed etiam in numero sanctuum agnoscó. Sed cuncta, quæ dicta sunt, in eo libenter accepi, quod ille mihi de Petri cathedral locutus est, qui Petri cathedral insidet. Cùm multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum principis sedes in auctoritate convaluit, quæ in tribus locis unius est: q. d. Ut Petrus fuit Apostolorum primus, sic primariæ cathedral sunt Petri cathedralē: cumq[ue] tres sint primariæ cathedralē, trium illarum οὐ φαστές, primatus unius Petri primatum unum repræsentat. Nugæ! Eulogius ideo Petri cathedral insidebat, quia Petri doctrinam docebat. Sed hunc titulum primariis potissimum ac potentioribus Ecclesiis deferebant. Inferiores speciatim Apostoli vocantur, qui imittuntur ad imbuendas vera fide gentes, quæ vel Christum prorsus ignorabant, vel et-

iam foedis erroribus diu manserant obsecratae. Hujusmodi missionis dandæ potestatem habet quævis Ecclesia Christiana, quin & id procurare quævis Ecclesia debet, quoties ei Deus viam ad tantum opus aperit. Nam cùm omnes dicere teneantur: *sanc& tificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum,* etiam tenentur omnes amplificandæ Dei gloriæ, propagando Christi regno pro virili incumbere: Id credidisse primitivam Ecclesiam docet eius praxis, quam

B ne tu quidem ausus es diffiteri. *Pantayum,* p. 114.

inquis, à Demetriano Alexandria Episcopo missum esse in Indianam, ut Christum apud Brachmanas predicaret, Frumentum à S. Athanasio Episcopo saltum, & in Indianam missum ad prædicandum Evangelium, Episcopos à Patriarcha Constantinopolitano ad Abasgos & Barbaras ad Euxinum & Mæotim gentes missos, à populis quibusdam ex illa barbarie legatos venisse, qui à Justiniano Episcopos peterent, non diffiteor. Sed hoc assero, si locorum temporumq[ue] ratio fert, ut Episcopi à Romano Pontifice commode peti possent, qui barbaris & ignotis gentibus Evangelium prædicerent, ab eo potius petendos, quam ab aliis Patriarchis. Omnidè si Carthaginem hodie mitten-dus esset aliquis Apostolus, à Romano forte potius quam ab ullo alio Patriarcha peteret Apostolum Africa, quod id postulet loci commoditas. Tamen nec Carthaginem, nec in ullam Africæ partem misit Apostolos Roma, prout ex Augustini ep. 162. colligi potest, tantum abest, ut ulla

D trans Cancri tropicum, vel trans Euphratem Ecclesia sibi peruerterit à solâ sede Romanâ, vel à Romanâ potius, quam ab ulla aliâ civitate sibi petendos Apostolos. Sed licuerit Romam ignorantibus jura Romanæ sedis ignorare, quæ fit ut non magis intra quam extra Romanum imperium ulla totis quadringentis & amplius annis Ecclesia prædicaverit Papæ Soli, vel Papæ κατ' εξαιρετινού convenire jus illud, quod hodie sibi vindicat, faciendi Apostolos? Vel hinc colligas per illa secula nullam Ecclesiam, id, quod vis agnovisse,

nempe Papam universalis Ecclesię caput esse, totius Ecclesię Dominum. Apostoli, inquis, dicuntur non tantum æquivocè, verum & univocè, qui misit à Pontifice Rom. &c. Nempe si mittantur ab aliis, quantumvis munere suo probè fungantur, vel Apostoli nullo modo dici debebunt, vel æquivocè tantum. Hoc discrimen velim alicuius Ecclesię præter Romanam testimonio confimes intra sex octóve priora secula.

Quo longius discedis ab eorum mente, qui titulum Apostolatus æquivocè sumptum multis præter ~~τοὺς δώδεκα~~ tribuerunt, eò propius accedis ad mentem Papæ, qui tantam vult credi suam authoritatem, ut possit facere Apostolos propriè, κυρίως, univocè dictos. Quid superest, nisi ut ipse credatur non tantum univocè, sed eminenter, antonomasticè, καὶ ἐξαιρετῶς Apostolus? Hinc est quod non tantum Apostolicum se dici velit, aut sedem suam Apostolicam, palatium suum Apostolicum, notarios suos Apostolicos.

Qui Petrum, Paulum, Johannem videbunt, nec ædibus, nec famulis eorum hos titulos tribuerunt.

Ita cuivis Papæ tribuitur Apostolatus eminentiore modo quam Paulo, Petróve. Superest, ut eo quo Christus Hebr. 3, 1. modo dicatur à suis Apostolos.

### Caput X.

#### VICARIATUS PAPÆ.

**I**nterelogia collegarum quę Romanus Episcopus inquit sibi soli vindicat, etiam illa sunt, quod vult se credi solum saltem jurisdictionis ratione Petri successorem, Christi vicarium, & ita quidem, ut sit non tantum hominibus iniquus, injurius Deo, sed & sibi discors. Quippe qui se modo huius, modo illius vicarium facit, docet se neutrius esse vicarium. Papa modo Christi, modo

A Petri, modo Romæ vicarium esse clamat. Igitur etiam ipse nos imprudens docet, se non magis Christi, quam Petri vicarium esse. Romæ vicarius sit, per nos licet. A.D.

729. Gregorii II. factio cultum imaginum adversus Leonem III. Imp. propugnans sic exclamat, & acclamationem illam tu nobis ostentas: *Nos sedem Apostolicam, quę est p. 57. caput omnium Dei Ecclesiarum, judicare non audiemos.* Nam ab ipsa nos omnes & vicario suo judicamur, ipsa autem à nemine judicatur. Quo

B turpius adulatur sedi Romanæ Romænum istud conciliabulum, eò minus tibi licet testimonium illius respuere. A. D.

592. Gregorius I. Indictione X. lib. 2. ep. 33. *Nos, qui (licet immeriti) sedem Apostolicam vice Petri Apostolorum principis suscepimus gubernandam.* Bibliothecæ Patrum tom. 3. col. 584. 585. Symmachus Anastasio Imp. scribens circa quingentesimum annum Christi, modo Petri, modo sedis Apostolicæ Vicarium se nuncupat. D. 63. can. 30.

C Sic Ludovicus I. Imp. loquens inducitur: *Ego Ludovicus Imp. Rom. Augustus statuo & concedo per hoc pactum confirmationis nostra tibi beato Petro Principi Apostolorum, & per te vicario tuo Domino Parchali & successoribus eius in perpetuum.* Atqui multa fecit Ludovicus huic decreto pugnantia, ut meritò credatur esse supposititium. Utut sit, hinc colligimus, quis sit curiæ Rom. stylus, ut passim Papam vocet Petri vicarium.

D Sed ne videamus in verbis insidias collare, demus varias illas loquendi formas ita posse conciliari, ut quod frequentius usurpat, id semper intelligat Papa, se videlicet propriè loquendo generalem esse Christi vicarium, Petri successorem, ac hæredem & quidem ex ase. Saltem quam id meritò sibi tribuat, & quo jure debuerat id disertissimis, tum Scripturæ, tum celeberrimarum quarumque Synodorum & Ecclesiarum testimoniis confirmare.

In Constitutionibus Imperatorum Orientis 287. xc. Sic legimus apud Balsamonem

monem in Photium tit. 2. p. 39. ἐπὶ τῷ γένεται τῷ δευτέρῳ τῷ γένεται καὶ προνόμῳ, μὴ ταῦθεις δικτησίς τονογεῖται, οὐ ἐκκλησία τῇ τόπῳ, καθ' λινὸν τοῦ πελατητικοῦ δοκῆ γεγενέθει. Agylæus sic interpretatur. p. 57. Si quis Christum Dominum heredem scriperit, neq; oratorii appellationem addiderit, ecclesia loci, in quo defunctus habitabat, scripta videtur.

Quod Paulus suo & Timothei nomine Corinthiis dicebat 2. Cor. 5, 20. id quivis Pastor gregi suo dicere potest, tum suo, tum collegarum nomine, ωντες χριστού προς Εκκλησίαν pro Christo, (vel Christi nomine) legatione fungimur, Deo vos preante (vel hortante) ωδησαλουσθες per nos reconciliamini Deo. Etiam Christianus quivis fratrem suum officii monens hac in parte quodammodo Dei vices agit, & Dei nomine legatione fungitur apud fratrem. Sed quod privatus privatim ex officio charitatis ut Christianus, ut frater agit, id publicè Pastor agit, non tantum officio charitatis, zelo pietatis impulsus, sed & autoritate publicâ, quâ pastor, instructus. At cum Christus nusquam dixerit necessarium esse, vel expedire, ut unus Vicarii generalis nomine, præsit omnibus & singulis totius orbis Christiani gregibus, nemo titulum hunc sibi potest arrogare sine tyrannide, sine læsa majestatis criminе.

Paulus Ephesinæ civitatis Ephesios ita compellat, Actor. 20, 28. Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos ad pastendum Ecclesiam Dei, quam proprio sanguine acquisivit. His verbis ita suum cuique pastori gregem commendat, ita verat nos αὐτοτελεοποιεῖν, φιλοπερτεῖν, 1. Pet. 4, 15. & 3. Johan. 9. h.e. in alienam messem curioso vel ambitioso spiritu falcem immittere, ut tamen jubeat nos meminisse communionis sanctorum, episcopatum unum esse cuius in solidum pars ab omnibus tenetur, ut toties Cyprianus affirmit. Fidus igitur pastor conatur prædece non tantum suæ, sed & omnibus, quod inse est, Ecclesiis. 1. votis & preci-

A bus. 2. charitatis officiis ac elemosynis etiam ad longinquas Ecclesias missis, ut Patiens Lugdunensis apud Sidonium. 3. sanctitate morum & exemplo. 4. consiliis, si forte consulatur. 5. monitionibus, si forte justa se præbeat occasio. Ut etiam non rogatus det consilium. 6. scriptis, quibus non tantum in præsens, sed & in posterum omnibus utilia tradat documenta. Hoc modo fidissimi quique pastores olim, prout vel pluribus pollebant dotibus, vel potentioribus præsidebant Ecclesiis, conabantur pluribus prædictis, eoquè nomine vel à pluribus consulebantur, vel pluribus elogii à collegis cohonestabantur.

B

## Caput XI.

## PETRI SUCCESSOR.

C

Hristus se futurum in æternum cum Apostolis pollicitus, nec uni promissionem suā adstringit, nec Apostolis solis fidem suam obstringit. Igitur quis, quis in Evangelici munera executione præsens numinis auxilium experitur, is in eorum est numero, quibus in Apostolorum persona favorem hunc pollicetur Christus. Vicissim hunc obligat Christus D ad fidam sui munera executionem, quoties sive Petrum nominatim, sive cunctos Apostolos conjunctim alloquitur Christus. Ita quivis fidelis Ecclesiæ pastor est Apostolorum, est Petri successor, sive mandatum generale spectes, quod fit Apostolos, sive promissionem huic mandato conjunctam. Hoc ipsum agnoscent Patres. Ambrosius, sive quis alias de dignit. sacerd. c. 2. Quas oves, quem gregem non solus tunc beatus suscepit Petrus, sed & nobiscum eas suscepit, & cum illo eas suscepimus nos omnes, & c. 1. Claves regni cœlorum in B. Petro Apostolo

runcti suscepimus Sacerdotes. His verbis docet Ambrosius pastores omnes esse totidem Christi vicarios, totidem Apostolorum, totidem Petri successores. Hinc est, quod Gregorius I. lib. 6. ep. 37. fatetur Eulogium Alexandrinum Episcopum in Petri cathedra sedere. Mox tamen restrictionem adhibet absurdam, de qua præcedente capite diximus. Sed Eulogius cum scriperat, se Petri cathedram in suis successoribus insidere, veram potius quam falsam Gregorii rationem respexerat. Hieronymus ad Evagrium ep. 85. laudatus à Gratiano D. 93. c. 24. *Potentia divitiarum & paupertatis humilitas, vel sublimiorum, vel inferiorem episcopum non facit. Ceterum omnes Apostolorum successores sunt.*

### Caput XII.

#### PAPÆ POTESTAS PRIMO SECOLO.

**P**ater cœlestis, cùm Filium suum in terras misit, non contentus hunc adventum ante tot secula prædictissime, voluit eum ab *au' n̄lais* & omni exceptione majoribus testibus prædicari, mortales omnes disertè commone fieri, Jesum Nazarenum esse Messiam promissum, Dei Filium, Regem Israelis, atque adeo totius orbis, veritatem hanc miraculis infinitis ac planè stupendis confirmavit.

Si voluisset Episcopum Romanum haberi pro PAPA, h. e. ut ipse jam interpretatur, pro Patre Dominoque totius orbis Christiani, pro solo Petri successore, privilegiorum ejus omnium herede, Christi vicario generali, quod tu, Bulengere, vis persuadere, Deus ille φιλανθρωπός, ac misericordiarum Pater, qui Filii proprii sanguini non pepercit, ut nos servaret, num prædictionibus, monitionibusque disertis pepercisset, ut rem tanti momenti testa-

A tam & indubitata redderet per Prophetas, per Apostolos, per eos qui Christum & Petrum viderunt? At tantum abest, ut tale quidquam fecerit Deus, ut contra præsumtum providentiam voluerit nullū extare Petri seculo scriptorem, qui dixerit Episcopum Rom. ullo, nedum eo, quem Papa vult, modo Petri successorem esse: qui dixerit, se Petrum Romæ vidisse, vel Petrum Romanum ivisse, vel Episcopum Romanum dominatum ullum, primatum ullum Christi, Petri jussu consecutum. De privilegiis omnibus, quæ sibi nunc arrogat Episcopus Romanus altum apud Apostolos, altum apud omnes genuinos Apostolici seculi scriptores, silentium. Contra, ne quis huic suspicioni locus esset, voluit Deus Johannem Petro superstite esse triginta circiter annos, & in Asia vel in insula Pathmo procul ab Italia degere, Romæ nusquam nisi sub Babylonis elogio meminisse. Johanne vivente, quis Christianus ab eo provocasset ad Papam?

*Initium affectata monarchie Romanis Pontificibus ab Anacleto Papa petis, & tamen eius decretalem 3. atq; adè omnes priuorum Pontificum epistolas veluti spurias, adulterinas, suppositicias repudias. Facile te multis difficultatibus uno verbo expidis.*

Curliteras, quæ Clementi, Cleto, Anacleto, ceterisque Romanis Episcopis Sircium antegressis tribuuntur? A.D. 68. Nauic faciam, cùm eas ne Romana quidem sedes nullo loco, nullo numero habuerit ante Leonem IV? Scilicet, si tum extitissent, exclusisset eas à suo codice Leo IV. carum nullus Doctor, nullus E. R. rationem habuissest ante Leonem IV. ante A.D. 855? Annon agnoscis in his barbariem nono seculo, non trium priorum seculorum ulli convenientem?

*Grecis verbis primum scripta, deinde parum politè rudiori seculo Latinitate donata sunt.*

Commentum istud multa refellunt.  
1. Cùm nec interpretem proferas, nec seculum, nec locum, in quo Latinitate do-

natae sunt, nec Græcum ullum codicem, ex quo petitæ videri possint: quo jure iubes hæc me credere? 2. Cùm Episcopi Romani Latinè scribant, etiam cum ad Synodos Græcas scribunt, quo jure me iubes credere, triginta circiter Episcoporum Rom. omnes literas Græcè primū scriptas? 3. Cùm hæ literæ totis octo minimum seculis, non minus Græcis quām Latinis scriptoribus ignotæ fuerint, quis cor-datus credat eas tum apud Græcos potius quām apud Latinos extitisse? 4. Ubi vetus interpres Latinus à Græcâ versione differt, harum literarum author semper veterem interpretem sequitur, nusquam Græcam editionem, & tu me tam fatuum esse vis, ut credam has quisquilias Græcè primū scriptas?

Hic, tu, Bulengere, suppetias venis, sed invalidus. Quid, inquis, fidei tribuis Isidoro qui vixit sub annum Christi 615. & apud omnes magne auctoritatis habetur? In proœmio collectanei sacerorum canonum ait: se è concilio 80. Episcoporu[m] collegisse canones Epistolarū Clementis, Anacleti, Eucharisti & aliorū Pontificum Rom.

Pro concilio scribere voluisti consilium. Quin & precibus potius quām consilio tot Episcoporum ad id inductum refert hic Isidorus, quem tu vis Hispalensem Episcopum esse. Nec desunt qua tuæ sententiæ faveant. Non extat hæc collectio typis edita, sed eam egregiè manuscri-tam habet Bibliotheca Sedanensis. 1. Titulus præfert nomen Isidori Episcopi. 2. Cùm constet duabus partibus, posterior conciliorum seriem perducit tantum ad secundum usque concilium Hispalense, cui præfuit Isidorus Hispalensis. 3. Dicit se collegisse literas Pontificum ad sanctum usq[ue] Gregorium, sub quo floruit Isidorus Hispalensis. Sed omnino mendum est, & scribendum secundum pro sanctum, vel sancti nomine intelligit secundum, non pri-mum. Nam columnā 911. refertur con-cilium habitum Leonis sexto, Constanti-ni secundo, cui Gregorius II. præfuit.

A Convenit id A.D. 722. Adduntur qui-dem eodem volumine col. 924. & 928. quædam Nicolai II, & Gregorii VII. de-creta. Sed hæc non Isidori, sed alicuius Isidoro recentioris esse constat. Nam antiqiuorem Gregorio septimo collectio-nem hanc vult Baronius A.D. 865. §. 5. & probat auctoritate Hincmari Rhemen-sis, qui Laudunensem Hincmarum, quod has literas laudasset, ita reprehendit: *Sicut de libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Moguntinus Episcopus in huiusmodi, sicut & in capitulis regis studiosus obtinuit, & istas regiones ex illo repleri fecit. In cuius prefatione Isidorus dicit, de cano-nibus Apostolorum, &c.* Riculfum hunc ibi-dem Baronius docet subscriptissime testa-mento Caroli magni, qui mortuus est A.D. 814. ad Moguntinum autem Episco-patum evectum A.D. 786. Addit: *Audiſti ne res illas Isidori Mercatoris per eundem Ricul-fum primū illatas in Gallias ex Hispaniā, ne*

**C** quis calumniari posset, ab Ecclesia Romana ali-qui d huiusmodi commentum esse? Demus in Hispaniā confictas illas epistolæ, & ab Hispano. Quisquis fuerit impostor ille, in cuius gratiam imposturam fecit? Num in Hispanorum? At in illis literis Hispaniæ nihil seritur, metitur nihil. In sedis Romanæ gratiam, ad evehendam illius sedis amplitudinem confictæ sunt: Edi-tendunt omnia. Cujus igitur nisi Roma-næ sedis arte, justiisque confictæ dici pos-sunt, hæc quaæ Baronius ipse agnoscit esse spuria scripta? Sed fuit non levis ars Sedis illius. Jam extabant illæ literæ, prius quām Riculfus fieret Moguntinus Episcopus, h.e. ante A.D. 786. Itaque Adrianus I. A.D. 787. ad Nicenam II. Synodorum scribens fabulorum Sylvesti aëtorum meminit. Eorundem meminit Leo IV. D. 20. c. de libellis, & tamē ea suo codici in-serere non ausus est, nec reliquorum ejusdem nupu[n]t scriptorum meminisse, vo-lens videlicet, ut prius à peregrinis aliquo-  
suscipierentur, & pro probis haberentur,

quām Romē disertē propugnarētur. Postquam autem vidit Isidorum Mercatorem in Hispania, Riculfum in Germaniā, Hincmarum Laudunensem in Galliā venales obtrudere merces illas, tum demum adversus Hincmarum Remensem illas propugnavit Nicolaus I. A.D. 865.

p. 11.

Eusebius, inquis, lib. 5. c. 6. scribit: sub Clemente Petri successore, cūm fides Corinthi collabaseret, Romanam Ecclesiam misisse scripta opportuna & idonea Corinthiis, quibus eos inter se conciliaret, eorumq; fidem innovaret, & traditionem quam non ita pridem ab Apostolis acceperant.

A. D. 68. Miserit. Quid hoc non dicam ad dominatum, sed ad primatum ullum Episcopo Rom. adstruendum? Nonne potest etiam inferior superiorem consolari, docere, monere? Vel hinc colligat lector, quām te deficiant primo seculo, quod reliquorum omnium validissimum esse debuit, solidae rationes. Festucas videlicet istas colligeres & nobis objiceres, si quid solidi tibi suppeteret? Ut autem scias, nos non solo primi seculi silentio niti, accipe paucas, sed quovis Senatus, Synodive consulto longe validiores primi seculi decisiones. CHRISTUS Matthaei 20, 25. Marc. 10, 45. tuum illum dominatum funditus uno verbo subvertit. De primatu cūm disceptarunt Apostoli, & Zebedæi filiis primatum exambientibus succenserent, Scitis, inquit Christus, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt (Melius dixeris magnates) potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicunq; voluerit inter vos major fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus, nempe quomodo Cain & Esau dicuntur futuri servi, h. e. mancipia maledicta. Genes. 9, 25. 27, 29. 37. quomodo minimus ἐλαχιστός, sumitur pro nullo, γνώση. Matth. v. 19. Ita non dominatum tantum, sed & aliquam primatus speciem dominatu minorem ab Apostoli usuppari vetat, quanto magis prohibiturus, ut

A unus universis totius orbis Ecclesiis imperitet? PETRUS 1. V. 2. Pascite Dei gregem, qui penes vos est, θησαυροῦντες μὴ αὐλαγασθεῖτε, αὐλαγασθεῖτε, μηδὲ ὡς κατέχετε διοντες τῶν κλήρων, αὐλαγασθεῖτε γνόμοντες πιμπλί: quibus verbis dominatum & auctoritatem coactivam disertē pastoribus negat, Petrus, tantum abest, ut sibi vel cuiquam sibi successore tribuat, supremum in omnes greges dominatum, & vim coactivam. PAULUS Rom. 11, 20. Μὴ ψηλοφρόνετε: Ne effertor animo, q.d. cave ne tibi dominatum, αὐλαγασθεῖτε, αὐλαγασθεῖτε arroges. JOHANNES ep. 3. Scripsi Ecclesia, cuius videlicet membrum erat Caius. Ea fuerit Romana, vel Corinthiaca, nihil refert. Sed Diotrepheς ὁ φιλοπειλόδοτος εἰτῶν ἐκ Θηβαίης ήτας, qui primatum inter illos ambit, non recipit nos, & eos qui volunt nos recipere, prohibet, & ex Ecclesia ejicit. Si suspicari licet, quem audacie tantæ potius insimulabimus, quām Clerum, quem C ex albo Romanorum Episcoporum, forsan ὁ αύγουστος, expungunt Irenæus l.3. c.3. Augustinus ep. 165. Sed quisquis ille fuerit, hæc singularis enuntiatio expeditare potest universalem hujusmodi sententiam, quisquis vult inter pastores primus esse, respuit Apostolicam doctrinam. Si Pastoribus non licet φιλοπειλόδοτος, κατέχετε δια, κατέχετε δια, αὐλαγασθεῖτε θησαυροῖν, quanto minus despoticum in omnes imperium sibi arrogare?

D

### Caput XIII. PAPÆ POTESTAS SECUNDO SECULO.



Arcion, inquis, Romanum p. 52. Pontificem Ecclesie caput agnoscit & appellavit.

Omen hoc non abominariis? Primus Episcopo Romano dominarum aliquem adstruere conatus est hæreticorum perditissimus. Sed

A. D. 146.

Sed infelici planè successu, quod nondum A  
iniquitatis mysterio tantum studuerat  
clerus Romanus, ut tanto impuro mon-  
stro vellet manum porrigeret, nec dum ea  
cleri Romani potestas erat, ut posset ho-  
minem tam justas ob causas damnatum,  
Episcopatui suo, vel Ecclesiæ communio-  
ni restituere.

p. 7. 127.  
133. & 275. Mirer, inquis, te, Casaubone, cùm adverte-  
ris Romanam sedem primam inter Patriarchales  
habitam, non item attendisse eandem à Patribus  
recari omnium Ecclesiarum, qua toto orbe sparsæ  
sunt, dominam & parentem. Certè D. Irenæus  
l. 3. c. 3. errorem tuum ante mille quingentos an-  
nos clarissimè damnarit, his verbis: Ad hunc A-  
postolatus Petri principatum propter, &c.

A. D. 140. Atego te, Bulengere, miror tam confi-  
denter loqui, cùm duobus primis seculis  
unicum testem proferres, eumque turpi-  
ter à te corruptum. Hoc ipso capite, quod  
tu laudas, profitetur Irenæus scribere se  
post obitum Soteris, qui mortuus 1445.  
circiter annos, antequam hæc scribebas.  
Itaque vix 1430. annis ante te scripsit Ire-  
næus. Quid attinebat addere lxx. circi-  
titer annos? Sed tibi liceat hæc insuper  
habere. Non puduit te voces Irenæo,  
quibus non usus est, affingere? Sensum  
ab illius mente alienum comminisci? Ali-  
bi recitas Irenæi locum integrum: Ad hanc

p. 133.  
p. 7. & 275. Ecclesiam, inquit, (non, ut tu bis refers, ad  
hunc Apostolatus Petri principatum) propter po-  
tentiorē principalitatē necesse est omnēm con-  
venire Ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt undiq; fi-  
deles, in quā, semper ab his, qui sunt undiq;, con-  
servata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Ro-  
manæ testimonium Ecclesiæ duobus no-  
minibus commendat Irenæus, 1. quod  
ad eam undecunque confluerint omnes  
Apostolorum traditiones, h.e. scripta. 2.  
quod ad eam tum quoque confluerent  
undecunque fideles multi. Romanorum  
more loquitur, qui passim totius orbis no-  
mine Romanum designabant imperium.  
Igitur undiq; Romano more significat ex  
toto Romano imperio. Sic Germanus

dixerit: Francofurtum undiq; concurrere  
mercatores.

Jam utriusque prærogativæ causam ad-  
scribit, non ulli dominatui clerti Romani  
in reliquias Ecclesias; sed potentiori principa-  
litati urbis, h.e. non quod Petri, sed quod  
imperii Romani sedes esset. In illa enim,  
inquit Theodoretus in Rom. c. 1. Impera-  
tores regiam suam habebant, & illinc mitteban-  
tur & qui gentibus praesent, & qui vestigalia à  
civitatibus exigerent. Iam verò in illam quoq;  
B decurrebant omnes, qui regalia profitebantur be-  
neficia. Sic concilium Antiochenum c. 9.  
vult Metropolitanum curam suscipere to-  
tius ἐπαρχίας provinciæ, Αγ. τὸ ἐπαρχιακόν μη-  
τροπολιτικὸν τε καθέδραν συντεχόντες τοῖς τελείωματοῖς  
ἐχοντες, quod ad metropolim undiq; ex tota  
provincia concurrent, quibus est aliquod ne-  
gotium.

Eusebius, inquis l. 5. c. 6. scribit: Victorem p. 11. & 49.  
quartodecimanos in Asia piorum communione  
moveare voluisse, quod quartadecimā Lunā Pascha  
C celebrarent.

Voluit, ἐπειδὴν, tentavit, sed temer-  
itatem ejus tam iniquam, quam ambitio-  
sam & insuper habuerunt, & fortiter re-  
pellerunt, non tantum Asiani, quos la-  
cescebat Victoris superbia, sed etiam Galli  
Lugdunensis Irenæi calamo Papæ fastum  
retundentes, ut ibidem docet Eusebius.

#### Caput XIV.

#### PAPÆ POTESTAS TER- TIO SECULO.



Ertullianus de præscript. cl  
20. Tot ac tanta Ecclesia una est  
illa ab Apostolis prima, ex qua o-  
mnes. Sic omnes prima, omnes  
Apostolica, dum unam omnes pro-  
bant unitatem. OMNES, inquam, transeu-  
phratenses & transmeroenses non minus  
quam ciseuphratenses & cismeroenses.  
Ecquæ tamen transeuphratensium aut  
transmeroensium Ecclesiarum Romanā  
notat?

norat? Si nihilominus tam ultra quam cis Euphratem & Cancrum meritò dicuntur omnes prima, omnes Apostolica, quæcunque retinent Apostolica doctrinæ puritatem & unitatem, non potest Roma sibi principatum Monarchicum in alias omnes sibi arrogare. At Baronius A.D. 45. §. 3. Si ex omnibus Apostolicis una est confusa, atq. una demonstranda Ecclesia, eam non alterius esse posse, quam eius, qui inter Apostolos primatum gerebat, nemo non vider, nisi qui sua ipsorum malitia execrant & offenduntur, & quod est in Psalmis oculos habent & non vident. David Psalmo 114. cætitatis huius damnat omnes statuarum cultores, non minus quam statuas ipsas. Quod crimen nullè jam Ecclesiæ fœdius incurrit, quam Romana, & quas sibi subjecit, ut vel hinc constet, illam Apostolicam dici non posse, nedum Apostolicarum omnium principem. Principatum illum, quem somniant, nulli prorsus Ecclesiæ tributum à Christo videret Baronius, nisi cæcitate, quam nobis objicit, laboraret.

p.7. 45. 49. Tertullianus, inquis, de pudicitia lib. 1. cap. 128. 132. 13. & 21. Pontificem Romanum vocat Pontificem Maximum, Episcopum Episcoporum, bonum pastorem, Benedictum Papam, Apostolicum: A.D. 286. Quo plures congerit hujusmodi voces Tertullianus, eò luculentius impugnat Papæ dominatum. Nam hæc omnia Tertullianus ironicè dicit, Zepherini fastum fugillans, ambitum increpans, adulatores gnatonum zepherini μητρῶς traduens, denique Zepherini scriptum, quo cum mœchis, quam cum iis, qui per vim idolis sacrificaverant, clementius agebat, quam vehementissime potest exagitans:

Tert. p.742 Idololatram, inquit, & homicidam semel dominas, mœchum verò de medio excipis? Personæ acceptatio est, miserabiores personæ reliquisti. Si presumis, & ad te derivasse solvendi & ligandi potestatem, id est, ad omnem Ecclesiam Petri propinquam, qualiu eserventis atq. commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem? Super te, inquit, edificabo

A meam Ecclesiam, & dabo tibi claves, non Ecclesia. Et quacunq. solveris vel alligaveris, non qua solverint vel alligaverint: Ecclesia videlicet. Non opponit Tertullianus Petrum Apostolis, sed Ecclesias, sed Episcopis sui temporis. Quod dicit super te, οὐ γένεται, dicit, ut sit sensus, demus hæc verba, super hanc petram, significare super te. Saltem id erit personaliter intelligendum de Petro, quatenus erat vir sanctus, aut Apostolus, aut propheta, non transferendum id in

B quamvis Ecclesiam, vel in eas omnes, quæ se Petri propinquas gloriantur. Hinc colligere potes Zepherinum gloriatum non suam solam, sed omnes à Petro fundatas Ecclesias habere, nescio quid, eximium. Quid nunc, inquit, & ad Ecclesiam, & quidem tuam Psychice? Secundum enim Petri personam spiritualibus potestas ista conveniet, non tui similibus, aut Apostolo aut Propheta. Hæc cùm Bul. p.130. ostentas, Zepherini turpitudinem ostentas. Peccabat sanè Tertullianus: Sed & peccabat Zepherinus, tum in doctrinâ, quod mœchum voluntarium veniâ dignorem crederet, quam idololatram coactum, tum in vita, quam sic describit Tertullianus de jejuniio. p.781. Ita pañim indagandis turdis studes: apud te agape in caccabis fervet, fides in culinis calet, spes in ferculis jacet.

Hinc est quod Psychicum vocat Tertullianus tum Zepherinum, tum totum eius p.779. clerum. Planè vestrum est, inquit, in carceribus propinas exhibere martyribus in certis. Psalmore non facile nosti, nisi quo tempore cum pluribus cœnas. Nimis parum pastoribus tribuebat Tertullianus. Sed nimium sibi tribuebat Zepherinus, licet multo minus sibi trubueret quam hodiè Papa.

Tertullianus lib. de prescript. Statu felix ecclæsia, cui doctrinam totam Apostoli cum sanguine profuderunt. Doctrinam totam transmiserunt, dominatum nullum. Sed quam adulterari jam inciperet hæc doctrina Romæ, docent ea quæ diximus ex Tertulliano de pudicitia, de jejunio.

Quam alienum esset tertium seculum ab

ab eâ sententiâ quam propugnas, vel hinc A liquet, quod tertii seculi Patres Romanum Episcopum passim vocant fratrem, collegam. At Dominum si vocarent, tu nobis id ad nauseam plus decies obje-  
cisses.

p. 126. 127. Vocatur, fateor, à Cypriano frater & collega, sed in illo pietatis collegio superiorem omnes eum agnoscunt. An quia Christus se fratrem nostrum appellat, inde sequitur, eum nobis non esse superiorem?

A. D. 251. Imò toties se Romano pares contenden-  
dunt, quoties reliquos Apostolos Petro  
fuisse pares affirmant. Imperator milites  
suos subinde commilitones appellat, &  
Rex subditos suos eminentioris dignita-  
tis cognatos suos nuncupat. An idem sibi  
vicissim licere putant homines cordati?  
Si Cornelius Cypriani Dominus fuisse, si  
talem eum Cyprianus credidisset, an au-  
sus fuisse eum simpliciter fratrem, colle-  
gam, idque passim nuncupare?

p. 129. 271. Principatum, quem Pontifex Rom. οὐειρολαῖ, evertit Cyprianus libro de u-  
nit. Ecclesiæ. Tu post Pamelium vocas ep. 59. & passim urges quasi Papæ domi-  
natum adstruentia. Hoc erant, inquit, utiq.  
& ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio  
prædicti & honoris & potestatis, sed exordium ab  
unitate proficiscitur. Primatus Petro datur, ut  
una Christi Ecclesia & cathedra una monstre-  
tur. q. d.

Ut constet omnium Ecclesiarum unum  
caput esse Christum, in unaquaque Eccle-  
siâ primatus uni dandus, ut in Hierosoly-  
mitana primatus Petro datus. Hic prima-  
tus euicunque datur in quacunq; tandem  
Ecclesiâ, huius cathedra vocatur cathedra  
Petri. Siquidem Episcopatus, inquit, unus  
est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ubi  
semel alicui delatus est ille primatus, Epis-  
copatus ille, sive Romæ, sive Carthagine,  
quicunque in illum insurget, is Cypriano  
cathedram Petri dicitur deserere, in Petri  
cathedram insurgere, eoque jam in Ec-  
clesia non esse. Itaque de suæ, non minùs

quam de Romanæ cathedralæ desertori-  
bus loquens: Qui Ecclesia, inquit, renititur  
& resistit, in Episcopum ab eâ ordinatum  
insurgendo, qui cathedralam Petri, super quam  
fundata est Ecclesia, deserit in Ecclesia se esse con-  
fidit? Hæc nominatim Novatiano & No-  
vato Romanæ adversus Cornelium Ec-  
clesiæ perturbatoribus applicat lib. 1. ep.  
11. Fortunato verò suæ, Carthaginensis,  
inquam, Ecclesiæ turbonibus applicat lib.  
2. ep. 3. & lib. 3. ep. 8. 9. 10. Sed imprimis  
lib. 1. ep. 3. in qua metuens ne Fortunatus

B Cornelium in suas partes pertraheret;  
plusculum illi tribuit, Pseudopisco sibi ab  
hæretico constituto. Fortunato navigare au-  
dent, & ad Petricathedram, atq; Ecclesiæ prin-  
cipalem, unde unitas sacerdotalis exorta est à  
schismatice & profanis literas ferre, nec cogitare  
eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædi-  
cantelaudata est, ad quos perfidia habere non pos-  
sit accessum, nempe quandiu talis erat illo-  
rum fides, qualem laudavit Paulus, qua-

C lem optabat ac exigebat Cyprianus. Hæc  
autem verba unde unitas, &c. docent Ro-  
manæ profectum ordinem illum, qui specie  
uniratis in una quaque civitate, dein &  
provincia primatum aliquem uni defe-  
rendum censuit. In hujus ordinis institu-  
tione, quo spectaret Satan per Rom. E-  
piscopum, non est obscurum, nempe ut  
ordinis specie tyrannidem illam, quam  
debellamus, inveheret. Nondum tamen  
tantum fastigium arrogabat sibi Roma-  
nus Episcopus, nedum illi deberi conten-  
deret Cyprianus, ut tu vis.

Cyprianus, inquis, l. 3. ep. 11. ait unum Epi- p. 45.  
scopum in Catholica Ecclesia esse debere, à quo ca-  
teri pendeant.

Hæc voices, à quo ceteri pendeant, sunt tuæ, A. D. 251.  
non Cypriani, nec lucem affundunt, sed  
tenebras offundunt Cypriani verbis. Qui  
Cornelii loco Novatianum eligendum  
censuerant, ii dicebant Cornelium Epis-  
copum indignum, perperam institutum,  
eoque nec Episcopum esse, Ecclesiam Ca-  
tholicam, h. e. orthodoxam, vocabant

eam quæ Novatiano, non quæ Cornelio parebat. In eo fuerant errore Maximus, Urbanus, Sidonius, confessores; & Africanum essent, Africanas aliquot Ecclesias suis literis in Novatiani partes abduxerant. Tandem Carthaginem delatos Cyprianus l. 3. ep. 11. sic locutos refert: *Nos Cornelium Episcopum sanctissima catholice Ecclesiae euctum à Deo omnipotente & Christo Dominino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur, &c. nec ignoramus unum Deum esse, & unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, in vinculis scilicet, unum Spiritum sanctum, unum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere, h. e. in una quaque civitate vel Ecclesiâ bene constitutâ.*

p. 49.

*Cyprianus, inquis, ait eos esse Romanos ad quos perfidia habere nō posset accessum. Illud autem non posset, pro non debeat accipi, docent sequentia, in quibus non obscurè de Cornelio conqueritur, quum addit: Quæ autem causa veniendi ad te & pseudoeipscopum contra episcopum contra me factum nunciandi? Ergo nec tibi, Cornelii, fuit turbones istos admittendi causa. Aut enim placet illis, quod fecerunt, & in suo scelere perseverant, aut si disperdunt & recedunt, si sunt quod revertantur, ad me videlicet. Nam cùm statutum sit nobis omnibus, & equum sit pariter ac justum, ut uniuersus causa illuc audiatur, ubi est crimen admisum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque ac gubernet, rationem sui actus Domino redditurus, oportet utique eos, quibus præsumus, non circumcursare, &c. Viden' ut neget Cyprianus cuiquam extra suam Diœcesim constituto jus esse judicandi de iis, quæ ipse de consilio episcoporum suæ diœceſeos judicarit? Quod si non licuit hostibus Cypriani circumcursare, & episcoporum concordiam coherentem subdola & fallaci temeritate collidere, ne Cornelio quidem licuit circumcursoribus illis aurem præbere. Hæc certè tui Pontificis dominatum non stabiliunt, sed evertunt. Fallis igitur, Bulengere, cùm laudas hæc ex eadem epistola Cypriani verba: Neque*

p. 9.

A *enim aliunde hereses oborta sunt, aut nata schis- P. 9. mata, quām indē, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesiâ ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: quasi de Cornelio, de Româ loquatur Cyprianus, cùm de se, de suâ sede loquitur, conquerens quod sibi non obtemperetur, & quod Cornelius aliquo modo faveret rebellibus.*

B *Decretum, inquis, (hoc Cypriani est Fabiani p. 49. Martyris in epist. ad Hilarium, ubi haec verba habentur: Peregrina iudicia salva in omnibus Apostolica autoritate generali sanctione prohibemus, &c. Bene & vere sentiunt SS. Cyprianus & Fabianus. Non ideo tamen vel in civilibus, vel in Ecclesiasticis iudiciis appellatio ad superiorem judicem est tollenda. At Romanum Pontificem in Ecclesia supremum judicem esse, probavi: Non Cyprianus à Fabiano decretū suum mutuatus est hoc de-*

C *tuatus est, sed is, qui Romanis priorum trium seculorum Episcopis affinxit epistles, ex Cypriano mutuatus est hoc decretrum; led ita ut seculi, quo vivebat Cyprianus, barbariem adspiceret, & restrictionem illam adhiberet, quæ prorsus adversatur Cypriani menti. Non tollebat Cyprianus omnem appellationis usum, sed volebat ut à minore sede ad majorem ejusdem diœceſeos sedem fieret provocatio, puta ab Hipponeſi ad Carthaginem; deinde, si effet opus, ad Synodus Diœceſeos totius. Ultra diœcesim appellationes porrigerere, quod tentaverant*

D *ii, qui volebant authoritate Cornelii Carthaginensis Ecclesiæ decretum evertere, id Cyprianus vocat coherentem Episcoporum concordiam collidere, & Ecclesiasticæ disciplinæ Episcoporum omnium suffragiis confirmatae fundamenta labetare. Non agnoscebat igitur Cyprianus Romanum Episcopum, ut supremum iudicem. Ne ducentis quidem post Cyprianum annis id ab Africanis obtinere potuit Papa, nedium id obtinuerit ante Cyprianum. Primum quidem illum etiam ante Cyprianum exambiabat, sed illius ambitum*

A.D. 251.

bitum represserunt Irenæus, Tertullianus, A Cyprianus. Quam ob causam tu ipse re-  
licto Casaubono cogeris Cyprianum i-  
plum confutare. Quam feliciter, videa-  
mus.

**P. 49.** Addit, inquis, B. *Cyprianus*, nisi paucis  
desperatis & perditis videtur esse minor  
authoritas Episcoporum in Africa con-  
stitutorum, qui jam de illis judicaverunt,  
&c. Respondeo minorem non esse authoritatem  
ceteris Africa Episcopis, qui ad hoc judicium advo-  
cati non sunt, sed minorem esse Petri successore,  
quem Dominus Ecclesia caput constituit. Pergit  
**p. 50.** B. *Cyprianus*. Nemo nostrum Episcopum  
se Episcoporum constituit, aut tyrannico  
more ad obsequendi necessitatem adigit.  
*Agnosco & aio Rom. Episcopum*, licet à Christo  
Episcopus Episcoporum constitutus sit, quenquam  
tyrannico more ad obsequendi necessitatem adi-  
gere, sed eo more qui pastori consentaneus est. Iterum B. *Cyprianus* addit, quando habeat qui-  
vis Episcopus pro licentia libertatis &  
potestatis suæ arbitrium proprium, tamque  
judicari ab alio non possit, quam nec ipse  
potest alterum judicare. Respondeo verba  
*Cypriani estimanda esse ex re, de qua agitur, &c.*  
Hic tamen mibi nota Rom. Pontificem à B. *Cypriano* Episcopum Episcoporum vocari.

Videlicet eo modo Tertullianus & Cy-  
prianus Romanum Episcopum vocant  
Episcopum Episcoporum, quomodo  
Paulus Corinthiis dicit, 1. Cor. 4, 10. *Nos infirmi sumus, vos autem validi, &c.* Incre-  
pant eum, quod sibi, nescio quid, supra  
alios arrogaret. Ac si Episcoporum Episco-  
pus esset, Cyprianus hanc usurpationem  
tyrannidem vocat: Negat Episcopo Rom.  
jus esse judicandi de Carthaginensi, quo-  
modo nec Carthaginensi jus est judicandi  
de Romano: & consequenter negat, eum  
esse caput totius Ecclesiæ, cum ne uni qui-  
dem Africanæ Ecclesiæ imperandi jus ha-  
beat. Hæc autem contestatur Cypria-  
nus non suo tantum, sed Africanarum Ec-  
clesiarum nomine. Eandem autem fuisse  
tum omnium Ecclesiarum fidem, hinc

constat, quod eo nomine nemo Cypria-  
num damnavit. Damnarunt quidem Cy-  
prianum quidam, quod ab hereticis ba-  
ptizatos rebaptizandos crederet: At eum  
nemo damnavit, ne Romanus quidem  
Episcopus, quod dominatum in omnes  
Ecclesias sibi jure divino debitum ausus  
esset, vel prouersus negare, vel in dubium re-  
vocare. Si conquestus eo nomine fuisset  
Cornelius, nihil nisi ludibrium debuisset.  
Maluit igitur tacere, & alia via per cu-  
niculos tentare, quod aperte non audebat  
profiteri.

**B** At enim, Cyprianum lib. 2. ep. 8. tu Bu- p. 7. II. 45.  
lengere, vis afferere, Deum unum esse, Chri- 130. 274.  
stum unum, unam Ecclesiam, & cathedram u- 275.  
nam super Petrum Domini voce fundatam, aliud  
sacerdotiorum constitui non posse. Multiplex hic A.D. 251.  
error est, fraus multiplex, Bulengere.  
Quod librum secundum pro primo no- p. 7.  
tas, potestis error esse calami, vel typogra- 130.  
phi. Alibi cum Pamelio, cum Coccio no-  
tas epistolam XL.

**C** Quod autem super Petrum scribis, in eo  
Pamelium aut Coccium secutus es. Nam  
& illi ita scribunt. At editio, quam An-  
tueriæ Crinitus exhibuit A.D. 1541. quæ  
in libros quatuor Epistolas Cypriani di-  
stribuit, habet super Petram, non super Pe-  
trum.

**D** Sed etiam, si plures codices & meliores  
haberent Petrum, etiamsi Cyprianus ita  
scripisset, tamen id ad Episcopi Romani  
dominatum afferendum nihil faceret.  
Nam quæ tua tuorumq; præcipua fraus  
est, tuperinde gloriaris, ac si de Roma Cy-  
prianus loquatur. De suâ, de Carthagin-  
ensi cathedra loquitur, non de Romanâ,  
nec Romanam, sed suam plebem allo-  
quitur adversus φλωρου. Felicissimum,  
à cuius factione jam aliquot annos turba-  
batur. *Conjurationis*, inquit l. 1. ep. 8. p. 49.  
sue memores & antiqua illa contra Episcopatum  
meum, imò contra suffragium vestrum & Dei  
judicium venena retinentes, instaurant veterem  
contra nos impugnationem suam. Si quis So-

phista diceret, Cyprianum Ecclesiæ Carthaginensis primatum adstruere, multò probabiliùs loqueretur, quàm tu. Sed & is ridiculus esset. Hoc unum vult Cyprianus, in unâ quaque Ecclesiâ sive Carthagine, sive Cæsareæ cathedram unam, unum sacerdotium, unum Episcopum esse debere. Eò legitimè semel constituto, criminis nullius reo, si quis alium Episcopum obtrudat, quod infelicissimè tentaverat Felicissimus, eum cathedralam novam, altare novum erigere. Idem affirmat Augustinus ep. 162. de Majorino adversus Cæcilianum, Carthaginis Episcopum insurgente.

P. 7. 45. 128.  
B. 32. 278. Ut ut sit, inquis, Cyprianus l. 4. ep. 8. Romanam Ecclesiam, ab omnibus aliis pro matrice & radice Catholica Ecclesia esse agnoscendam. Atqui nec ita loquitur Cyprianus, neceo, quo vis, sensu. Cyprianus eo loco comparat non Romanam Ecclesiam cum reliquis, sed in Ecclesiâ Romanâ Novatiani factionem cum Cornelii communicazione. Illam schismaticam vocat, hanc matricem & radicem ejus Ecclesiæ, quæ Romæ pro catholicâ, pro orthodoxâ haberi debebat. Mensem suam explicat, cùm ait: placuit ut per omnes omnino in provincia ista positos litera fierent, sicuti sunt, ut te universi collega nostri & communicationem tuam, id est, catholica Ecclesiæ unitatem pariter, & charitatem probarent firmiter, ac tenerent. Novatiani fautores haberi volebat Cyprianus pro turbonibus, Cornelii fautores pro patronis unitatis & concordie. De his igitur non cum totius orbis Episcopis, sed cum Novatiani parte comparatis ait singulari in Italiam navigantibus, ne cumullo scandalo navigarent, rationem reddidisse nos scimus & hortatos esse, ut ecclesia Catholica matricem & radicem agnoscerent ac tenerent, h. e. ut tibi potius adhærerent, quàm Novatiano. Ex his, & aliis, quæ à nobis expensa sunt, locis, vide, Bulengere, quàm meritò tuum illud porisma colligas. Si quid in teoris esset, inquis Casaubono homini candidissimo,

A agnosceres utiq. in veteri Ecclesiâ Romanam sedem non modo inter Patriarchales primam habitam, verum & omnium Ecclesiarum Domianam ac parentem, quod diserte Patres supra docuerunt. Atqui Patrum, quos laudasti, nullus dominatum ullum in alias Ecclesiæ Romanæ tribuit. Falsò quoque Baronius A. D. 58. §. 52. colligit ex his Cypriani verbis Africam à Petro, quin & à Romanis Evangelium accepisse, cùm id neget Augustinus ep. 165. neque multo plus fidei Gregorio I. lib. 2. ep. 75. habendum puto dicenti: Numidas à Petro suam ordinationem accepisse.

B Stephanus, inquis, ut patriâ curâ consulueret p. 19. & 50. Asia Ecclesiæ, scripsit sècum iis non communicaturum esse, quia hereticis respisscentibus baptisnum iterarent Eusebio teste, l. 7. hist. c. 5.

C Erat hoc mutuum. Nam quisquis A. D. less. animadverterat hæresim ab una vel aliquot Ecclesiis, ab uno vel aliquot Episcopis foveri, ne latius serperet malum, ab innovatorum communione sese subducebat, ac etiam vicinos, ut idem facerent, monebat, in hæresiarchas aut schismatis authores sententiam ferebat, quo modo Hilarius in Lyberium, Cyprianus, & multi, tum Africæ, tum Asiae Praesules, in Stephanum eodem jure quo Stephanus in illos.

D Nihil mirum, si malam causam propugnanti p. 230. verba quedam minus ferenda exciderint. At ne Stephanus quidem ausus est contendere non ferendum esse fastum tot Africanarum, tot Asiaticarum Ecclesiarum, quod putarent tam sibi licere in sedem Rom. quàm sedi Rom. in illas sententiam ferre. Audeat hodie tale quidam Rhemensis, Senonensis, Colonensis Episcopus, quas turbas sedet Romanus?

E Errones nostri saculi, qui B. Stephanum, quod p. 50. hac autoritate usus fit, ut Helenum & Firmilianum communione Ecclesiæ excluderet, Antichristum egisse aiunt, ipsi totius Ecclesia judicio, que B. Stephani decretis acquievit, sunt Antichristi.

Ergone

Ergone Cyprianum Antichristum pronuntiavit Ecclesia tota? Ne una quidem Ecclesia, (nendum omnes) tam tristem sententiam tulit. Utrumque peccatum. Stephanus nullos rebaptizandos pronuntiabat, Cyprianus omnes, Neutrum Ecclesia. Quin potius Synodus Laodicena & duæ Nicenæ proprius ad Cypriani, quam ad Stephani sententiam accedunt. A.D. 325. 368. & 789. concilium inquam Laodicenum can. 8. Nicenum I. can. 19. Nicenum II. can. 7. Sed ut demus vero propiorem fuisse Stephani quam Cypriani sententiam, tamen tam Stephani, quam Victoris temeritatem, damnarunt Ecclesiæ multæ, laudavit nulla. Tam Stephanum, quam Victorem indebitum sibi, us usurpare contestatae sunt Ecclesiæ multæ, negavit nulla.

p. 19. & 50. Aurelianus, inquis, Imp. Antiochia jussit Paulum Samosatenum Ecclesiâ cedere, eiq; gubernationem permitti, cui vijsum esset Rom. Pontifici, quem summum esse intellexerat.

A.D. 264. Tuum est istud glossema quem, &c. Quid mirum, si Romanus Imp. Romanum quam Samosatenum Episcopum pluris faciat? & tamen non hæc sola cauila movit Aurelianum, sed quod sciret Paulum à Synodo damnatum, τεγετὴν νεμαν Τύρον, δις αὐτὸν καλὰ τὸν Ἰακώπιον καὶ Παπαῖον Θησίονοι τὴν δόγματος θησικοὺς. Eusebio teste l. 7. c. 30. h.e. jubensem Ecclesiam iis tradere, quos scripsissent Episcopi dogmatis in Italia & Roma probati.

Damnatus est autem Paulus Samosatenus primùm A.D. 264. dein A.D. 270. quo sententiam Ecclesiarum confirmavit Aurelianus. Damnatus, inquam, fuit Episcoporum Orientalium sententiâ, qui pro seculi more, simul ac resciveterunt, quam hæresim doceret Paulus, Antiochiam confluxerunt, non expectatâ Præfusilis Rom. sententiâ, ut docent Eusebius, Matthæus Blaßates, alii. Sed cum prætexeret Paulus ab Orientalibus injuriam sibi fieri, quid mirum, si decreverit Aure-

lianus ab Occidentalibus rei denuò ventilari?

Athanasius ait Pentapolitanos accusasse Roma Dionysium Alexandrinum apud Dionysium Rom. Pontificem, tanquam apud primarium omnium Episcoporum judicem.

Illud, tanquam, &c. tuum est, non Athanasiu. A.D. 265.

Cum potentissimæ quæque civitates potentissimos etiam haberent Episcopos, cuius potius quam Romani potentis & vicini sententiam rogare poterant Pentapolitani? Num quisquis consulitur, continuò princeps est eorum, à quibus consulitur? Contra quantò pluris fecerint Ecclesiæ Dionysium Alexandrinum, quam Romanum hinc collige, quod Alexandrini, non Romani responsa canonibus ecclesiasticis accensuerint. Sic & Gregorii Neocæsariensis Thaumaturgi, dein Petri, qui quarto post Dionysium loco præfuit Alexandriae, quædam epistolæ canonicas annumeratae sunt, Romani

C Pontificis nullæ, qui quidem intra tria prima secula decesserit. Causa discriminis non inde tantum penderit, quod illi tres Episcopi pluris siebant, quam Romani temporis ejusdem Episcopi, sed & quod trium illorum epistolæ fuerint Synodicæ. Romanorum verò tribus primis seculis ea fuit superbia, dicam an supinitas, ut vix ullam Synodum habuerint, prout illis exprobrat Tertullianus adversus psychicos p. 779. quo nomine Romanos designari, D quod illis Sabbathi jejunium exprobrat, quod tum sola Roma celebrabat.

### Caput XV.

#### PAPÆ POTES TAS QUAR-TO SECULO.



I quando, inquis, apud Eusebium aliosq; nonnullos, depote-state sedis Apostolicae paulò obscurius agi videris, sic habeto, ante beatum illud Constantini secu-

lum Christi Domini Ecclesiam, velut in tenebris delituisse, neq; Pontificum in illa perturbatione temporum in perpetuis illis crucium ac suppliciorum certaminibus eam fuisse amplitudinem, qua postea data est.

A.D. 30. Frigidum est commentum tuum. Nam nec semper crucibus infesta fuerunt illa tria secula, & quo furiosius grassabatur Ethnicorum in Christianos tyrannis, eo constantius à Christianis propugnabatur supremus Christi dominatus. Quidni potuissent igitur eadem constantia Papæ quoque dominatum propugnare? Sed ut demus excusandos fuisse Christianos, quod eorum nemo contendenterit, Papæ competere dominatum illum, quem in Reges sibi vindicat, quidni saltem inter se propugnassent, agnovissent dominatum illum, quem in Episcopos sibi vindicat? Certè si tam Papæ, quam Christi dominatus esset juris divini, ut Christi, sic Papæ dominatus nunquam illustrius enitiisset, quam tribus primis seculis. Sed age videamus, quanto felicius dominatum illum sis demonstratus quarto seculo, quam tribus primis.

p. 52. De Miltiade quod objiciunt, evincitur illis Optati verbis lib. I. Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis, innocens est pronunciatus etiam Miltiadis sententiâ, quâ judicium clausum est. Vnde sequitur controversias de fide Miltiadis Rom. Pontificis sententiâ decisas esse ante Constantini Magni etatem.

A.D. 313. Itane? Miltiades' etatem antecessit Constantini? Atqui, quod Miltiades de causa Cæciliiani cognovit A.D. 313. Octobris secundo, feriâ lectâ, fecit id, ut ad eam rem à Constantino delegatus cum Arelatensi, Murino, Augustodunensi Rhœtico, & Agrippinenſi Materno, & aliquot Episcopis Italiae: quod ex eodem Optato discere potueras. Cùm jam toto septennio conflagrasset illud incendium, & non semel pronuntiatus fuisset innocens Cæcilianus, quid mirum, si Miltiades quoq; Cæcilianum absolvit? At num ideo cau-

A sam decidit Miltiades, aut major eius quam aliorum fuit authoritas? Imò minor. Continuò post recruduit incendium, & Synodi Arelatensis authoritate Donatistarum protervia compescenda fuit A.D. 314. Fuit hæc ultima cognitionum Ecclesiasticarum. Nam quæ securæ sunt, imperiales potius fuerunt quam Ecclesiastice. Certe multò justius Synodus Arelatensis, quam Romana dici potest Donatistarum causam decidisse. Sed Optatus B passim de sede Romanâ, cùm loquitur, adulatioñis est manifestus. Habebat enim cleris Romanus etiam in Africa gnatones suos.

In Aria causa sub annum 318. Alexander A. p. 52. lexandrinus Episcopus, scripsit literas ad Sylvestrum Papam, quibus ea que gererat, probaret. Rationem facti sui inferior apud superiorem, ut oportuit, reddebat.

C At superioritatem illam nusquam prædicat, nusquam agnoscit Alexander, nusquam agnovit Alexandria, sed ut ad alios, imprimis ad 14. imperii Rom. Dioceseon Exarchos, sic & ad Sylvestrum scripsit Alexander.

Nicene Synodi canon 6. act. 16. concilii Chalcedonensis ita concipitur, Ecclesia Romana semper habuit primatum. Mos autem perduret, &c. Item: In Synodi Nicene can. 6. desiderantur in ipso vestibulo verba maximi ponderis, qua citantur in Concilio Chalcedonensi à Paschasio Episcopo, Act. 16. Ecclesia Romana semper habuit pri-

matum.

D At hæc verba non conficiunt partem A.D. 325. canonis, sed suat instar rubricæ, quam dolose cum ipso textu confundebat Paschasinus, vel Lucentius Leonis I. legatus à Faustino Bonifacii I. legato stellionatum edoctus. Paschasini fraudem licet sannis non exceperint Chalcedonenses patres, tamen ipso facto falsi consergerunt productis & recitatis authenticis Synodi Nicenæ exemplaribus, in quibus illud Paschasini assumentum non habetur. Sed Synodi Nicenæ authoritas invitat nos ad cano-

canonem hunc paulò penitus introspicendum, quem obscurum reddidit, tum interpretum varietas, tum etiam quatuor vocum adjectio. In codice Tilius verba Graeca sicut habent: Τα αρχαῖα Ἐν κερτέτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ λιβύῃ καὶ Πενταπόλεις ὥστε τὸν ἀλεξανδρέαν ὅπουκοπος πάνταν τέτων ἔχειν τὰ δέξιαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ εὐ Ρώμῃ ὅπουκόπω τέτων συνίθεται. Apud Gratianum sic habetur D. 65. c. 6. *Mos antiquus perduret in Aegypto vel Lybia & Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & Romano Episcopo parvulus mos est.* Ita nunc habent plerique codices Graeci, & Latini. Etiam Gelasius Cyricenus, nisi quod habet λιβύαις pro λιβύῃ & omittit vocem τέτων planè necessariam: Pentapolis etiam ac Lybiæ meminit manuscripta Cretconii collectio.

Ego quatuor has voces καὶ λιβύη καὶ πενταπόλεις & Lybia & Pentapoli non à Nicenis Patribus expressas, sed ab aliquo notatus ad marginem, atque hinc pridem in contextu illapsas puto. Suadet id primùm Constantinus Secretarius concilii Chalcedonensis act. 16. qui canonem hunc recitans, quatuor istas voces non apponit. Secundò Leonis I. legatus, qui quantumvis Ἀρχαῖα τέτων, vitiosè citans hunc canonem, tamen ne ipse quidem harum vocum ullum habet vestigium.

Tertiò Rufinus quoque lib. 1. cap. 6. solius Aegypti meminit. Quartò solius D Aegypti meminit huius canonis paraphrasis, quam habemus in canonibus Alexandrinis à Turriano Nicenorum nomine promulgatis can. 8.

Sed siue Pentapolis & Lybiæ diserte meminerint Niceni, siue quatuor istas voces expunxeris, omnino credo voces istas πάντων τέτων, horum omnium, non ad loca referendas esse, sed ad res can. 14. & 5. memoratas, ut videlicet Patrum Nicenorum mens sit esse penes Alexandrinum Episcopum καὶ οὐ, jus confirmandi o-

mnes Episcoporum in Aegypto factas ordinationes, judicandi ταῦτα κακονήσων, sive ἀποωαγώγων, h.e. de excommunicatis, ac denique binas quotannis in dicecessi sua synodos convocandi, quod Romanus etiam Episcopus eadem in sua Diœcesi jura habeat.

Ita verba canonum horum concisa sunt, sententia tamen non est ambigua. Sicut & manifestum est crimen falsi, quod admisit Leo Papa, qui in Chalcedonensi Syn. Chale. syn. B nodo per legatum suum Paschasinum ca- act. 16.

nonem hunc recitans contra codicum omnium fidem præmisit hæc verba: *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum. Deinde sequentia pro arbitrio intervertit hoc modo, tenuit autem & Aegyptus, ut Episcopus Alexandriae omnium habeat potestatem, quoniam & Romano Episcopo est hec consuetudo,* quæ non tam falsum sensum continent, quām nullum. Leonis falsitas, et si non fibris excepta, patuit tamen omnibus op-

C positiæ lectione eius articuli ex archivis, in quo hoc Leonis additamentum non erat. Baronius vult mutilata fuisse archiva illa. S. 115.

Sed oculis & mente captus sit, necesse est, qui non videat Baronium scientem mentiri, cum hodieque innumeri codices tam Latini, quām Graeci, Leonem & Baronium mendacii convincant, sive tomos Conciliorum sive Photium, sive Gratianum ipsum consulas Dist. LXV. ca. VI. Obiter monebo plerosque Latinos interpretes ita vertisse, ac si Graeca sic haberent: τα αρχαῖα Ἐν κερτέτω εν Αἰγύπτῳ, &c. Nam alii verterunt: *Antiqui mores serventur in Aegypto, alii: Antiqua consuetudo servetur.* Alii: *Mos antiquus perduret, pro quo Gratianus & alii inepte legunt, perdurat.* Graeci vero codices habent: τα ἀρχαῖα Ἐν κερτέτω τα εν Αἴγ. Quod discrimen tamen exiguum est.

Nicenorum patrum mens perspicua est, ut quisque Metropolitanus Episcopus, siue is Alexandrinus, siue Romanus, siue Antiochenus aut Cæsariensis iisdem finibus

bus circumscribatur, quibus civilis illius urbis præfectorus. Cùm ergo Augustalis Alexandriæ præfectorus non modo Ægyptum, sed & Lybiā & Pentapolim regat, iisdem quoque provinciis Niceni præfector volunt Alexandrinū Episcopum. Hujus canonis condendi causam præbuerunt Meletiani, qui Thebaidem ab Alexandrii Episcopi jurisdictione subducere volebant. Hujus interpretationis Rufinum & alios autores habemus. Baronius pro suâ modestiâ eam fatuam, deliriis ac somniis simillimam vocat. Baronii dictatorius fastus tolerabilius esset, si saltem Nicenos patres suâ lingua loquentes intelligeret. Rufinus hist. l. i. c. 6. canonem hunc sic explicat: *Vt apud Alexandriam, & in urbe Româ vetusta consuetudo conserveretur, ut vel ille Ægypti, vel hic Ecclesiarum Suburbicariarum sollicitudinē gerat.* Hic Baronius A.D. 325. §. 133. Horum, inquit, verborum, nec ullus quidem sensus elicetur. Imò commodus, siquidem eo seculo & sequentibus, vel sèpe sumebatur pro &. Præcipua quæstio est, quid per suburbicarias Ecclesiás Rufinus intelligat. Erant in imperio Rom. quatuor Præfecti Prætorio.

Jam ut intelligas non tam Græca Nicenorum verba, quam Rufini paraphrasin, res nobis est paulò altius repetenda.

Romæ præter Præfectum Prætorio duo erant alii Præfecti, Urbarius, & Annonarius. Erat cuiq; sui officiales, Urbaniciani, & Annonarii. Valentinianus Imp. jubet: *ut Præfector urbi Participe Præfecturâ annona-riâ omnia disponat.* Codice Theodosiano lib. XI. tit. XIV. lege 1. & 2. Urbicariæ regiones propriè suberant Præfecto Annonario, & ad species horreaticas pertinebant. Honorius Imper. Ibid. lege XIII. *Quod de Annonariis functionibus per urbicarias regiones clementia nostra concessit.* & lib. XIV. Tit. XV. lege 3. idem Honorius: *si quid frumenti vel olei urbicarii canonis remissione indulatum est.* Et lib. XIV. Tit. XV. lege 6. *Quos ex urbicario canone quidquam usurpare*

A *confiterit, in quadruplum presumpta poscantur.* Titulus autem est: *De canone frumentario urbis Rome.* Huic canonī potissimum obnoxiae erant regiones maritimæ & fœcundæ, puta Byzacena, Ægyptus. Italiā Urbicariam non fuisse docet Constantinus Imp. Cod. Theod. lib. XI. Tit. XVI. lege 9. Non n. inquit, per Italiā tantum, sed etiā per urbicarias regiones & Siciliā patrimonialiū & emphyteuticorū fundorū vires servandas esse perspeximus. Sic Imp. Gratianus ad Probus

B item præfectū Prætorio scribens: *Igitur, inquit, sinceras tua id ipsum per omnem Italiā, C. Th. I. 1. tum etiam per urbicarias, Africanasq; regiones, ac*

*per omne Illyricū prelata oracula huius autoritate firmabit.* Etiamsi igitur Baronio daremus urbicarium idem significare, quod suburbicarium, tamen extra urbicarium canonem videmus collocari Siciliam, Illyricum, Africam, ac proinde multas alias regiones. Sed omnino aliud est urbicarium, aliud suburbicarium. Nam ab urbicario canone tam Italiā ipsam, quam Siciliam eximi videamus. At suburbicario canoni subjacebant Italiae regiones, exque non omnes. *Vrbicarius canon annonam, suburbicarius tributa respicit.* Honorius Palladio P. P. Preter C. Theod. consules, inquit, functiones Compania, quam & lib. II. tit. 28 retulatis onerat adscriptio, & post hostium vastavit incursio, per aquatis territoriis non ampli partem tantummodo preteriti assis publicarum toleret functionum. Picenum verò & Tusciā suburbicarias regiones septimam tributorum ad

D supputationem professionis antique per universos titulos jubemus agnoscere. Viden' Campaniam extra suburbicarium canonem constitui, eoq; definiti non annonæ, sed census & tributi modum? Urbicarii igitur canonis cura erat penes Præfectum annonæ, suburbicarii penes Præfectum Urbi, utriusque penes Præfectum Prætorio. Canon septimus Nicenus, est velut sexti exceptio. Επεδὴ αὐτῷ ἡ κεκρατημένη περιφέρεια δεχθῆ, ὥστε τὸν ἐπιλέξατο πολιτεῶν, ἐχέτω τὸν ἀργλεσίαν τῆς πόλης, τῇ μητροπόλει συζητήσω τὰ δικέας αἰγιώματα. Pho-

Photii interpres sic vertit: Quoniam obtinuit consuetudo, & antiqua traditio, ut qui est in Aelia Episcopus, honoretur, habeat honoris consequentem, Metropoli propria dignitate servata. In Graeco & Latino mendum est, quod virgula ponitur post Metropoli. Melius in conciliarum tomis ambiguitatis vitrandae causa vertitur: salvo à Metropolis propriâ dignitate, h. e. Hierosolymitanus Episcopus retineat eum honorem, quem hactenus consecutus est, nempe ἀρχιεπίσκοπος, Metropolitano, h. e. Cæsariensi in reliquis servato suo jure. Hanc esse Synodi mentem, patet ex eo, quod in Synodi subscriptionibus inter Palæstinae Episcopos, primus nominatur Macarius Hierosolymitanus. Et in Epistolâ Synodicaâ ad Sylvestrum, post Hosuni Synodi patrum nominatur Macarius, ante legatos Episcopi Romani. Idem docet sequentium Synodorum praxis. Malè ergo Baronius: Quid, inquit, contulit Magna Synodus Hierosolymorum Episcopo? Nihil prorsus. Hunc canonem ita ἀρχιεπίσκοπον Alexandrini, verbis Synodo Nicenâ multò recentioribus utentes: Quia est consuetudo honorandi Episcopum Aelia nomine Patriarcha, cum est dignus honore, propter sanctitatem loci, & propter probitatem eius, presit illi provincia & locis ei vicinis, redditq; Archiepiscopo eius loci debitum honorem, & vocetur ille Exarchus, id est, maior, quam Archiepiscopus. h. e. Cæsariensis quidem Metropolitani jus retinebit in reliqua sua provinciæ loca, exceptis iis, quæ Hierosolymis sunt propria, in quibus Hierosolymitanis obtinebit jus Exarchi.

Inter quarti seculi testimonia primo locotibi, Bulengere, memorandum fuerat, si modo genuinum esset, quod authore Gennadio p. 10. & Imperatoris tui lib. 1. cap. 3. p. 37. laudas Constantini decretum. Vultigitur Gennadius Constantinum ita loqui: Αποφαινόμενα, ἵνα οὐτε συγγένειαν ηὔκλησιν εἴχει τις δοπιά πατέρος θρόνοις αἰλιαδρεῖας, Αντοχήας, Ιερεσσαλήμ,

A Κωνσταντίνου πόλεως, ἥτις ἡ γὰρ ἐν πάσοις ἡ καθόληκτος ἐκκλησίας. Si Constantinus edicto publico subjecisset Ecclesias omnes Romanæ, maluissent ne Zozinus & Bonifacius Nicenæ Synodo falsum canonem affingere, quam sui dominatus tam insigne decretum proferre? Non vides haec petitia ex commentitio Constantianæ donationis instrumento, fabulis scatenti, quartu quodringentis annis post Constantini morte meminit nemo, quas falsi damnant tot Constantini seculi scriptores? Hanc, inquis de Imperatore Romano, l. 1. c. 4. Constantini donationem Isidorus Hispanensis ante mille plus minus annos veram & legitimam esse afferuit, cuius instrumentum Latinis verbis expressit, & disertis verbis in historia sua Sylvestro Papa factam à Constantino firmavit. Nauclerus generatione secunda Isidori verba adfert, que sic habent: Constantinus Urbe cœpit Pontifici ornamentiq; imperialibus, diadematè videlicet & equo albo, quo rectabatur. Photius Patriarcha Constantinopolitanus haudequidem ille Pontificia dignitatis assertor, equalis Caroli Crassi temporibus Nomocanonicis c. 1. donationem hanc legitimam adstruit. Nolim ego hic in re obscura & ancipiiti quidquam temere adstruere, maximè cum nec Constantinus ipse, nec ceteri deinceps Imperatores donationem hanc aut agnoverint, aut ratam haberint. At Τιονέλλος, qui donationem illam confinxit, inducit Constantinum æternis flammis addicente eos, qui vel hilum huic sua donationi D subducere tentaverint. Isidorus Hispanensis obiit A.D. 635. Isidorus autem ille, quem laudat Nauclerus, Mercator dicitur, floruitque post Gregorium II. qui decessit A.D. 731. cum eius constitutionem inseruerit collectioni sua. Omnis, quisquis hanc donationem confinxit, id eo fecit animo, ut quod Gregorius II. Leonis III. subduxerat, & sibi vindicare tentaverat, id jure factum videretur. Haec donationis fragmentum est fabulosoru Sylvestri actorum, quorum, opinor, nemo meminit ante Adrianum I. ad Synodum Ni

cenam II. scribentem A. D. 787. Post eius obitum annis circiter LXX. suum Nomocanonem scripsit Photius, & quidem, ut videtur, antequam Patriarchatum esset adeptus, & consequenter, antequam eam ob causam à sede Rom. infestaretur, antequam sedi Rom. infensus esset. Tamen, quod instrumentum illud Photii Nomocanoni legitur insertum, fecit id non Photius circa A.D. 860. Sed Balsamon circiter A.D. 1190. Is donationis huius meminait in Photii Nomocanone tit. 1. cap. 36. p. 27. & tit. 8. cap. 1. pag. 62. Et Græci quidem forte potuerunt huius instrumenti falsitatem subolfacere, sed quandoquidem eo gloriانتem videbat Romanam sedem, & ipsi non recusarunt eo saltem οντα συγχωνευτικού uti, quod scilicet, ut Balsamon ipse p. 27. notat, dissentē sanctum sit, ut iisdem privilegiis fruatur nova, quibus vetus Roma, in duabus scilicet Synodis œcumenicis secundā & quartā. Quamobrem Michael 'O κυριος', vel, ut alii scribunt, Cerularius, qui Michaelem VI. & Isaacium Comnenum coronavit A. D. 1065. & 1057. & alii quidam Patriarchæ Constantinopolitani commentitiæ donationis huius fragmentis abutentes ἐπεχειρησαν τοῖς αὐτοῖς διποτεμνινεδιης τεγμονίοις, & γέροντοις αὐτοῖς εἰς καλὸν ή λύχειον, tentarunt iisdem sese decorare privilegii iisdem ornamenti uti, quæ fibi concessa à Constantino fingit sedes Rom. Sed hic conatus illis non bene cessit, ut monet Balsamon in Photium tit. 8. cap. 1. pag. 64. Tu, quo literarum humaniorum peritiores, eo liquidiū vides, quam A.D. 308. 313. 315. quam etiam seculo Constantini non convenientista pro continuatione luminarium, cuncta signa atq; banna, tenentes frenum equi ipsius, per pragmaticum constitutum decrevimus disponenda, in byzantia provincia optimo loco nomini nostro civitatem adificari, & nostrum illic imperium constitui profeximus.

Inter argumenta falsi non minimum illud est, quod præbet exemplorum di-

A versitas. Aliter donationem illam referunt Latinæ editiones, aliter Græcae. Inter Latinas aliter Gratianus, aliter Isidorus Mercator, aliter Conciliorum collectiones Colonenses. Inter Græcas, aliter Balsamon, aliter Marquardus Freherus eam refert, aliter tu. Quam tu refers ex Bibliotheca Regiâ, sic habet inter cætera: ησι δι αναιροτα κληρικούς, εκ της ιμαύ σωματικής γένεθλια την περιφερειαν της περιφερειας εγγεγρατούσι. Tu sic vertis: eum qui lectus sit clericus Romanus, à nemine impediri posse, quo minus sit Senator. Quam id sit alienum ab illius seculi moribus, vide. Salvianus inter cæteras sui seculi, quod à Constantiniano non multum abest, corruptelas etiam hoc memorat de gubernatione Dei lib. 4. p. 110. Iam illud quale, quam sanctum, quod si quis ex nobilibus converti ad Deum coperit, h. e. clericus fieri, statim honorem nobilitatis amittit, aut quantus in populo Christiano honor Christi est, ubi religio ignobilem facit? Consimiles quærimonias habet in suo Timotheo.

*Patres, inquis, Niceni Concilii in Synodica Epistola ad Alexandrinos scribunt: id apud omnes in Oriente Provincias de Paschate se perfecisse, ut eorum Romanis consentirent, & eorum fidem sequerentur, teste Theodoreto hist. l. 1. c. 10.*

Imò Papæ dominatum jugulat hęc epistola. Nam is dominatur Episcopis, cuius jusli congregantur Episcopi. Profitentur autem Nicæni, se congregatos à Constantini, Sylvestri, ne meminerunt quidem. 2. D quod Alexandrum Alexandrinum Episcopum, vocant κύριον καὶ πριωταρχόν συλλειτογένεν, Dominum, & honoratissimum collegam ac fratrem. Addunt: Is omnia vobis accuratius renuntiabit ἀπε δη κύριον καὶ καγινώδε τῶν γεγνητικῶν τοῦ χάρακον. Ut qui fuerit Dominus & particeps eorumque gesta sunt. Si de Sylvestro Silo locuti fuissent Nicæni, quos plausus ederes? Secunda Synodus œcumonica Damaso quidem eadem tribuit elogia, sed & Ambrosio, Brittoni, &c. apud Theodoretum l. 5. c. 9. Quoties igitur de Romanis Episcopis tale quidam

piam dicunt Synodi posteriores, non erit opinor, quod putes dominatum propriè dictum ab illis intelligi, sed honoris titulum, cum etiam Gregorius I. A.D. 592. ep. 91. Constantinopolitanum Patriarcham sic compellat: Et semel, & bis sanctissimo fratri meo, Domino Iohanni scripsi. Titulum hunc, tum Græci, tum Latini tam frequentem reddiderunt, ut hinc natus sit ille jocus:

— αὐτῷ ἔγωγε

Oὐν ἐθέλω Δόμινε, καὶ οὐκ ἔχω δομένων. Arii dogma vel Pascha quod attinet, nihil plane tribuunt authoritati Papæ, sed vestris, inquiunt, precibus controversia de Paschate suscepta, prudenter & commodè sedata est: ὥστε τὸν τῆς ἑωρακτικῆς τὸν μετὰ τῶν Ιερούλων τὸ περὶ τερον πολεμίας σύμφωνα Ρωμαῖοις, καὶ ηὗν καὶ πάσι τοῖς ἐξαρχήσις φυλατθεσι τὸ Πάτριον ἐκ τῆς δεύτερης μεθ' ὑπών οὖται. Sicenim potius quam, ut tu, legendū, h.e. adeo ut fratres Orientis, qui prius cum Iudeis Pascha faciebant, deinceps nobiscum celebrent, convenienter Romanis, nobis & omnibus iis qui retinent id, quod à principio fuerat constitutum. in Palæstina scilicet Synodo, circa ducentesimum annum Christi, dein A.D. 314. in Arelatensi Synodi, quæ Romanum ipsum Pontificem iussit Synodi decretum significare & exequi.

Marcus ad S. Athanasium scribens Ecclesie Rom. principatum adstruit his verbis, &c. Sic & Iulius, &c.

Has literas suppositas esse, nobiscum agnotceres, si verum amares.

Epistolam Iulii cur oppugnant, non video, nisi quia vera oppugnare amant. Adit Iulius potestatem convocandarum generalium Synodorum penes sedem Apostolicam residere.

A.D. 336. At vel hinc quisvis veritatis studiosus colliget, quām falso tribuantur hæc Iulio, quām multis post Julii mortem seculis hæc conficta sint: Nam qui poterit Iulius, aut quisquam quatuor, ne quid amplius dicam, priorum seculorum Episcopus id affirmare, cùm ne unam quidem

A extra Diœcensem suam Synodum convocat Episcopus Romanus intra priora quatuor secula?

Theodoreus l. 2. c. 4. Eusebius inquit, ad Iu- p. 51. lum misit criminationes adversus Athanasium. Iulius secutus legem Ecclesie ipsos Romanos venire, iusit & Athanasium in ius vocavit. Paruit ille, & maius imperium agnovit, ut debuit.

Athanasius Alexandriæ pulsus Romam A. D. 343. quidem bis confudit, sed nec in exilio suo, & 346. nec unquam testatus est clerum Romanum Alexandrino, Antiochenone impe- randi jus habere. Eusebius autem cum suis ad Julianum literis videretur consentire, ut Julianus contentionis esset sequester, merito Julianus negavit eā de te se statuere posse, nisi tam reum quām accusatores audiatur. Quam igitur utrique parti diem dicat, id facit, ut arbiter ab utraque parte electus, ut utriusq; partis literis hanc men- tem affingens, & suæ sedis dignitatem, quantum poterat, extollens. Athanasio verò jam suâ sede pulso, quod aliud op- portunius patebat perfugium? Tamen ne Romæ quidem id, quod sperabat, in- venit.

P. 51.  
P. 51.  
A.D. 336.

Per literas, inquis, confessi sunt Ecclesiam p. 12. Romanam omnibus honori & reverentie esse. Imò negant A.D. 342. apud Sozomenum l. 3. c. 8. se διατεταγμένα φέρειν inferiores esse, quod Ecclesiæ magnitudine superarentur cùm ipsi virtute præstant, Romam πάτον φέρειν φιλοτικῶν ambitione sua molestam

D omnibus esse, quasi sit Apostolorum φερούσιον, pietatis Metropolis, revera Christiani dogmati authores ab oriente pro- fectos. Dein Iulium ipsum Episcopum Rom. excommunicarunt, A.D. 347. καθεῖλον, abdicarunt ὡς δεξαῖον τὸν τρέσαντες κατενομωντας, ut qui primus cum illis Athanasio & Asclepa communicasset, tum Osum Confessorem, dein Maximum Treviris Episcopum, quod primus cum Paulo Constantinopolitano communicarat, & eius Constantinopolim reversionis author extite- rat, & Protagenem Sardicensem, quod Marcelli suscepisset patrocinium, teste Sozomeno l. 3.

cap.10. Non jam quām rectē fecerint, quārto. Certum est utrinque peccatum. Tām enim indignus erat Marcellus, qui restitueretur, quām Athanasius, qui pelle-retur. Sed, si potestatem spectes, major fuit Trevirensis potestas, qui jam Paulum Constantinopolitanę sedi restituerat, quām Julii, qui nondum potuerat Athana-sium Alexandrinę sedi restituere.

p.19. & sc. Concilium, inquis, Sardicense can. 4. jubet ut si quis, &c. & can. 9. ibidem precipitur iis, &c. Item: c. 3. & 4. conceditur appellatio ad

Rom. Pontificem ab omnibus Episcopis, velut ad supremum judicem. Synodum Sardensem

nuper edendam curavit, & eruditis notis

illustravit Chr. Justellus, amicus noster,

Ecclesiasticaꝝ politiaꝝ peritissimus, quem

tu vide: Paucis tantum & obiter mone-bimus.

1. mirum mihi videri, qui fiat, ut ex quatuor canonibus Synodi Sardicensi

in gratiam Episcopi Rom. sanctis vel

confictis tibi satis fuerit tres tantum lau-dare?

2. quī fit, ut vix tandem memine-ri eos in medium proferre? Certè videris

tu quoque canones illos parvi facere, ut

multis eruditis jure merito suspectos, ca-

nonum certe tertii & quinti lacinias eas,

que plurimū Episcopo Romano tri-  
buunt. Has omnino puto spurias, & ad-

jeclitias esse, &c. Cur ita credam, hæ cau-  
ſæ suæ: 1. Si jam censuisset Synodus id

quod habet, illud tertii canonis addita-  
mentum, ει δὲ αρχης, &c. frusta Gau-

dentius id rogasset, quod quarto canone

postulat. At eum prima tertii canonis

pars Gaudentio non satisfaceret, hinc oc-

cessionem accepit postulandiprivilegii cu-

juspiam saltem ad tempus, ut sibi vicinis-

ve suis ob Valentis & Ursacii viciniam ac

potentiam necessarii. Non generalem ca-

nonem, sed topicum & speciale privile-

gium à Gaudentio postulati docent ipsius

verba: έαν τις θέτοντας παθεψεῖ τῇ κειστ

τιτων τῶν θέτοντων ταῦτα ἐν Αλίᾳ, (vel ut

habet manuscriptus Bibliothecæ Palatine

codex γρ. 19. 2. τυγχανόντων, νομοφάρμη, &c.

A Emphasim pronominis τιτων impruden-tes an scientes omiserunt Latinæ verio-nes, quæ nuac extant. Sed pronomen il-lud arguit δεκτικῶς indicari vicinos quof-dam præpotentes, à quibus sibi male me-tuebat Gaudentius, Episcopus Urbis Naisslo in Mysia. Ii qui sint, non est dif-ficile conjicere. Vicinos habebat Gau-dentius, Valentem & Ursacium Ariano-rum & pessimos & potentissimos. Adver-sus hos sibi vel aliquot suis vicinis specia-lis alicuius privilegii præsidium postulat.

B Tu petitionem illam ita laudas, quasi non Gaudentii, sed ipsius Synodi verba conti-neat. Imposuit tibi Zonaras, qui brevita-tis studio tertio, quarto, quintoque cano-nibus interlocutorum nomina detraxit,

quæ tamen extant tum in Tilii codice Græco, tum in Latinis editionibus collec-tionum Coloniensium, ex quibus titulis colligitur, quid Hosio Synodi præsidi,

quid postulantibus, quid ipsi Synodo tri-bui debeat? Cùm autem speciale privile-gium postuleret Gaudentius, tale quoque privilegium annuit Hosius, quo nihil aliud Episcopo Romano largitur, nisi ut

rogatus ab eo qui sibi injuriam fieri con-questus fuerit in Mysia, scribat ad aliquot Mysia vicinos Episcopos, ac roget, ut ac-curatius indagat rei veritate sententiam ferant. Quod additur de legatis à latere

Romā, si Papælubeat, mittendis, id adul-terinum esse contendimus, quod Africani

disertè contendant de legatis hujusmodi nihil quidquam in ulla Synodo constitu-tum, cùm tamen interfuisset Sardensi Synodo Gratus Carthaginensis Episco-pus vix septuaginta ante contestationem

illam annis mortuus. Ex canone nono p. 19.

Synodi Sardensis quod petis, id Episco-pi Romani primatum parum admodum juvat. Agitur de duobus ejusdem ιπε-χιαꝝ Episcopis inter se litigantibus, & Ca-

sarem appellantibus. Non prohibentur, non jubentur litigantes Episcopi Rom.

sententia stare. Nihil minus. Sed ad Comi-

Comitatum profecturis jubetur Episcopus Metropolitanus, Diaconum & dños, h. e. supplices ad Imperatorem libellos suppeditare, tum etiam Commendatitias ad Episcopos & amicos literas, si modo Metropolitanus norit aliquos Episcopos aut illustres viros eo loci, circa quem tum fuerit Imperatoris comitatus. Quod si litigantibus, ut ad Principis aulam perveniant, Româ transfundum sit, tum dilecto fratri nostro & coepiscopo Iulio, quas habuerint petitiones, h. e. libellos supplices praebeant, ut prius eas expendat & m̄n̄ t̄ves ἐξ αὐλῶν αὐτοῦ, Interpres perquam ineptè verit: si honeste & juste fuerint, cùm verba Græca significant, nisi quadam eorum, nempe litigantium impudentes fuerint, h. e. Si modo litigantium utraq; pars consenserit, ut Romanus Episcopus prius expendat petitiones illas, οὐτε τὸν ἔαυλην πρεσβυτέρων οὐδὲ φροντίδα παρέχειν εἰς τὸ σπατόν πόδον αὐτοῖς διπέμπειν. h. e. tum demum arbitrium suum accuram adhibeat, ac eos ad comitatum dimittat. Ecquis est iste dominatus, cui nec contumaces ac impudentes coercendi ius sit, nec de causa partibus invitatis cognoscendi. Imò, qui, ne siquidem partes consentiant, ut petitiones expendat, potest institutam semel appellationem ad Cæsarem irritam facere, de causâ definire, sed tenetur rem integrā ad comitatum deferre? Certè tenebatur Episcopus Romanus etiam in manifestissimâ causâ dicere, quod Actorum 26, 32. dixit Agrippa Festo: *Dimittipoterat homo iste, nisi appellasset Cæsarem.*

Sardicense concilium Oecumenicum vocant Socrates. l. 1. c. 16. Augustinus p. 51. ep. 162. Eulpius hist. l. 1. Athanasius apologia 2.

Certe Constantis & Constantii sanctionem si spectes, tam Oecumenicum fuit, quam Nicenum I. Sed oborta dissensio fecit, ut neutra pars dissentientium, neutra Synodi pars oecumenica censetur.

Quin vide quantula fuerit Synodi Sar-

A dicensis authoritas. Statim initio pronuntiat, ne laicæ quidem communicationis participes eos esse debere, qui transiliunt ab urbibus minoribus ad majores. Tamen duodenagesimo post anno cùm A. D. 434. Proclus Cyricenus Episcopus factus fuisset Constantinopolitanus Patriarcha, nemo translationem illam improbari sibi testatus est, ut ex Socrate collimus l. 7. c. 40.

Sed circa quingentesimum annum

B Christi Ferrandus Carthaginensis Diaconus Sardicensium canonum aliquoties meminit suæ breviationis tit. 19. & 20. quo notatur Sardicensis concilii canon duo & vicesimus, qui tamen est duodecimus, & §. 42. notatur Sardicensis concilii canon nonus, qui septimus dici debuerat. Quamobrem §. 59. & 60. laudat Ferrandus Sardicensis concilii canones 5. & 6. quos Zosinii Bonifaciique legatus Faustinus, Synodi Nicenæ nomine laudaverat; unde colligimus sedem Romanam etiam Carthagine tum habuisse fautores aliquot & in eo numero Ferrandum fuisse.

Socrates. l. 2. c. 8. refert Eusebiūm Antiochiae p. 10. & 57  
Synodus habendam eurasse, que nihil facta est, quia neq; Iulius maxima Roma Episcopus aderat, nec quenquam, qui suas vices ageret, miserat, cùm tamen canon Ecclesiasticus vetaret, ne prater sententiam Romani Episcopi Ecclesia canones & decretalia facerent.

D Socrates refert summam epistola Julli, A.D. 348. qui pro ceterâ sedis suæ calliditate sibi vindicat, quod ipsi cum reliquis Patriarchis erat commune. Non licebat, inquam, κανονιζθεῖσαι canonēs Ecclesiæ totius imperii Romani præscribere, nisi in Synodis, ad quas invitati fuissent omnes quatuordecim imperii Romani Diœceseon Exarchi, quin & omnes aut pleriq; Metropolitan. Tu κανονιζεῖς pejus vertis p. 11. quam p. 10. Nam p. 11. vertis: *decretem aliquod & canonem condere: Malè. Quivis Episcopus, certè quivis*

Metropolitanus, quivis Exarchus potuit aliquos canones, quædam decreta condere, sed intra suæ diocesenos, ἐπαρχίας suæ, suæ προσκοπίας ambitum. Κανονιὸν δὲ ἐκκλησίας augustius aliquid sonat, nempe canones omnibus imperii Rom. Ecclesiis præscribere. Præterea cum duos Patriarchas exauthorassent Orientales, Constantinopolitanum, & Alexandrinum, non debuerunt certè rem tantæ molis tentare sine Dioceseon Occidentalium sententia.

p. 10. &amp; 50.

*Socrates l. 2. c. 11. ait Iulium ὅτε τεγνόμενος ἐν πόμην ἐκκλησίας ἀχέσθη, cum privilegiis Romana Ecclesia emineret, per literas libertate & potestate plenissimas confirmasse multos, ad Orientem remisisse, suo cuius loco restituto, & iis acerrimè correditis, qui temerè Episcopos sustulerant. Addit Sozomenus l. 2. c. 8. mandasse, ut pauci ex omnibus statu die Roma adessent.*

p. 11.

Athanasius Alexandriæ cum esset, eadem fere ratione vicinis ac remotis opem ferebat, quo nomine Basilius illum, ut Ecclesiarum omnium parentem veneratur. Julius quasi pietatem Athanasii imitatus ambitioni suæ velificabatur, & obtenuit charitatis sedis suæ τεγνόμενην, prærogativas auctum ibat. Qualia sint hæc privilegia, Roma probavit nunquam, cum interim ea subinde crepans tam dignis quam indignis, ut Marcellus, & Euphrati opem ferret. Socrates autem & Sozomenus pro more referunt summam literatum Julii novis usurpationibus τεγνόπολιν veterum jus affingentis. Sed Julii minas & prærogativas insuper habuerunt & riserunt orientales. Quamobrem, inquit Sozomenus l. 3. c. 9. cum videret se nihil apud Orientales proficere apud constantem Imp. egit pro Athanasio & Paulo.

Sic Basilius can. 47. & Gregorius Nyssenus can. 6. σχυλφίους θεωρίποις, αλλα τῆς κριτικῆς οἱ ναύαρες εκτίθενται. Non ab uno, quisquis ille sit, Episcopo, sed communis decreto canones conduntur.

p. 11. *Socrates, inquis, l. 4. c. 12. docet Orthodoxos dixisse oportere consurgere ad Valentiniandum*

A *Imp. & ad Liberium Episcopum. Liberium factorem apud bonos in pretio fuisse, quandiu viderunt eum Orthodoxum, in exilium ab Arianis pulsus. Sed ubi subscriptis Ariano perfidiæ, Sympholoque quod Sirmii conscriperunt A. D. 357. quod trium Sirmianorum, forsan & omnium Ariano Symbolorum longè pessimum est, tum Pictaviensis Hilarius non expectatā Synodi in Liberium sententiā non dubitavit eum diris devovere, terq; quaterq; tremendum illud carmen intonare:*

B *Anathema tibi à me, prævaricator Liberi. ut patet ex Hilarii fragmentis editis à Nicolao Fabro. Ubinam tum locū habebat gloriatio tua, cum ais: quia à Romanis Pontificibus decreta sunt, quia ex authoritate à Christo data legitimè decreta sunt, à nemine unquam retractari, infirmari, improbari jure potuerunt. Sanè veritas à nemine potest infirmari. Sed cum à veritate deficere possit tam Episcopus & clerus Romanus, cuiusquā alterius decretal legitimè possunt irrita fieri.*

C *Postquam Constantius, cuius jussu Liberius in exilium pulsus fuerat, obiit A.D. 361. Julianus ὁ τριγενής iis quos relegaverat Constantius, redeundi potestatem fecit, sperans eo pacto Christianorum dissensiones incrementum accepturas. Tum verò Liberius videns, sibi tam liberum esse bonis quam malis favere, ut in gratiam cum Ecclesiā suā rediret, Arianos infensiūs quam pridem damnare cœpit,*

D *ac imprimis Arminensem Synodum, A. D. 359. habitam. Vicissim Orientales orthodoxi lubenter ambabus ulnis eum exceperunt, & in Occidentem legatione, quam Socrates describit l. 4. c. 10. missa A.D. 365. legatos suos monent: μὴ τριγενήν, τεγνόντας πίστεως. h.e. ne quid eorum quæ turpiter egerat Liberius A.D. 357. exprobrarent ipsi, quæ certe moderationem orientalium, non ullum Liberii dominatum arguunt.*

E *Ammianus, inquis, Marcellinus ait l. 15. de p. 19. Constantio. Authoritate quā potiuntur aeterna urbis*

A.D. 355.

p. 131.

*urbis Episcopi damnari Athanasium, desiderio nitebatur ardentि.*

A.D. 355.

Videlicet cùm Athanasium damnasset, Orientales etiam ab Occidentalibus damnari cupiebat Constantius, & imprimitus ab Episcopo Romano, Liberio, cuius propter urbis principatum, magnam auctoritatem jam tum fuisse nemo negat.

p. 11.

Socrates, inquis, l. 4. c. 37. docet Catholicos Alexandriā reliquias, sedibus à Valente pulsos, cùm sē Romanū recipiissent, ubi Valens Antiochiā egressus est, Damasi literis & auctoritate adversus Imp. cultos in suas sedes rediisse.

A. D. 378. Scribere debuisti cap. 30. vel 36. Sed parum prudenter à te Damasi mentio facta, cùm is vel maximè docuerit, quām verè vaticinatus esset Tertullianus annis ante Damasum 150. Romanos Episcopos in pace leones esse, in p̄cilio cervos. Quandiu Valens Imperatorem egit, ne deprecari quidem audebat Damasus apud Valentianum, ut fratris Valentis adversus Orthodoxos furentis iram emolliret, ut ex gravissimis Basiliī querimoniis colligere est, Rotiani fastu recordiam subinde damnantis. Postquam Valentem etiam plebei contemptu non minus quām odio vidit esse, tum demum literas commendatitias dedit Petro, quarām operā jam odiosum Lucium Arianum facile dejicit, & Episcopatum Alexandrinum recuperavit. Quos alios multos commemores, ipse videris.

Erat hæc, non dominatio, sed mutua D fraternitatis contestatio, ut in rebus adversis aliis alii subvenirent.

p. 4. 32. Basilius ait Athanasio: *Visum nobis est consentaneum, &c. Ariminense concilium ab Ep. Rom. irritum factum.*

Ut plenius constet quid de Romanâ sede, quid de Damaso, qui tum eam insidebat, senserit Basilius, res nobis est paulò altius repetenda.

A.D. 378. Occidentis opem cur imploraret Basilius, duæ potissimum erant causæ. 1. quod Orientis Imp. Valens erat Arianus Ortho-

A doxis infensissimus. 2. quod Antiochiam vexabant intestinæ dissensiones. Docet id ep. 48. πίδ αὐτέντο τεῦς κατὰ τὴν ἀπεμφύλιον ἐκκλησίας τῆς Αντιοχείας καιειώπερον, λεῖ εἰ σωτέη τοῦ ὁμονοιῶν ἐπινελθεῖν, εἰδὲν ἐκάλυπτον ὥστε τοῦ φαλλοῦ ἔργωματος παντὶ τῷ σώματι θηριογεγέν την ὑγείαν. ep. 42. Quid autem poterit totius orbis Ecclesias, ea qua apud Antiochiam est, lethalius esse (Malim opportunitus) Quam si contigerit ad concordiam redire, nihil prohibebit, quo minus universo corpori, tanquam corroboratum caput, sanitatem suppediter.

Ibid. Πάλαι οἴδα, καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν ἡτορέχοσαν μοι μετεῖλας τῶν περιγράμματων κατελθεῖν, μικρὸν θηριγνὺς δόνον Βοηθείας τεῦς καθημάς ἐκκλησίας, τὴν τοῦ Θεοῦ τῶν δυτικῶν θηριοπῶν σύμπονοι. Ei δῆ θεληθεῖν ὃν τοτὲ εἶδος ήδυ κατατίθει τῷ θηρευτῷ θηριοπόδεξι φωρεύθειν τὴν ζῆλον, τοπονομαστὸν τῆς παροιμίας τῶν καθημάτων μερῶν θηριδεῖξαθω, τούτον αὐτογένετο τοῖς ιγνοῖς Φελοῦ. Vnam sciebā acquirendi auxiliū viam, Episcoporum videlicet occidentaliū nobiscum consensum. Si enim zelum, quem pro uno vel altero in heresi deprehenso monstrarunt, eundem etiam in nostrarum partium gratiam exhiberet, fortè jam commodum aliquot accepisset nostra Respublica.

Hinc est quod epistolâ 68. suarum Ecclesiarum statum describunt & commendant Episcopis per Italiam & Galliam constitutis, Meletius, Eusebius, Basilius, alii, per Diaconum Sabinum. Cùm suis querimoniis nihil profecissent Orientales, suo nomine rutilus Occidentalibus scribit Basilius ep. 77. quos vocat αἰγαλίων. Budæus ep. 73. vertit transmarinos, in quā cùm adversa valetudine se conflictari conqueritur, tum Ecclesiarum curis, & agonibus adversus inimicos verbi veritatis: ἐπειδὴν τοιστον ἐστι τὸ καθημάτος αἰγαλίων λεῖ τοῦ θηρεύεσθαι σώματος καὶ τῶν γηνιών πνευματικῶν εδημοσιευχῶν εἰς θηριοπέλματον ἡμῶν τῶν καταπονημάτων, καὶ γερμανοῦ ἀγαπητικᾶς Φοιτᾶν πέδος ημῶν θηρεύεσθαι σωματικῶν.

Budæus

Budæus sic vertit: *Cum itaq; ad hunc modū se habeant res nostra, debebunt continuè à dilectione vestra ex sinceri fratribus aliqui muti, qui nos afflictos & oppressos inviserent, & multò cœbriùs amica ad nos vestra destinari litera, quibus vel in proposito confirmaremur, vel si qua in re offendimus, corrigeremur.*

Quod σωματείον Budæus vertit multò cœbriùs, vertendum potius erat frequenter. Conqueritur enim Basilius se non raras, sed nullas accepisse literas. αλλά ἐπειδὴ τὸν περὶ τέττας χρόνον, οὐ δῆλον τὸ μὴ σωματεῖον τὸ περίπτωτον, τὸ διχλειστέτον τὰ διφειλόρρημα ήμην αἰδελήφοι πυμώτεροι, οὐ δῆλον τὸ περιτυφθύνον τὸ διχλειστόν εἰς τὰς καθ' ήμαν Διβεβολας, τοὺς ἑρμηνεῖς ήματες αἰχνεύεις εἰναι αἰχμητικῆς διπολοκέψεως, ιδού νῦν καὶ κατάπερχομενοὶ διχλειστοις αὐτοῖς. Non estis dignati nos visitatione vestrâ, videlicet neque per internuntios, neque per litteras. Alioqui literis illorum responderet Basilius.

Nihilominus suam Occidentalibus causam committit, ut ep. 75. Neocæsariensis: μόνον έαν κατέδεχωνται ὁ σεβαλζόντες ήματας αὐτούς περί τοῦ ήματος σώματος. modo οὐ qui nobis convitantur, admittant, ut in conspectum nostrum coram vestra pietate constituantur. Videlicet Occidentales non habebant jus sistendi coram se Basiliī calumniatores, nisi vellent ipsi tam sponte, quam Basilius Occidentalium judicio se submittere. Εαν δὲ περ τῶν ἐλέγχων κατέδικάητε ήματα, ήμετοι μὴ δέδεντες περιμέτρου δικιονισμάτος διχλειστον τὸ περιτελον ήμην πυμάτον κτημα τῷ περιτελον μηδενὶ αἰχμητικῷ περιτελον μηδενὶ αἰχμητῳ. Καὶ ημεῖς δὲ τοις αὐτοῖς περισσεῖς, ήματα τοῦ ἔχοντος, οὐ τῷ διαγελτῷ δόξειδε μηδενὶ. Quod si ante convictionem condemnematis nos, nos quidem non ledemur, nisi quod possessione omnium pretiosissima nostro videelicet erga vos amore multabimur. Vos autem eodem afficiemini damno, nos non habentes, & constabit vos adversus Evangelium pugnare. Hæc, si quis insolentiū dicta putat, meminerit Cæsaream, cuius Episcopus erat Basilius, fuisse non tantum Metropolim ἵπατον, sed

A caput Diœceseos, & Basiliū non suētantum Diœceseos, sed multarum nomine loqui. Et quia Valens quidem Ariensis, Valentinianus orthodoxis favebat, Orientalium vexationem insuper habebant Occidentales. His Basilius: μὴ γὰρ ἐκεῖνοι ήματα διογομός κατεχέτω, οὐ ποι τῷ τοῦ διχλειστον δικεύοντες ἔξω ἐσμένοι διπολεῖς τῶν πλατῶν, καὶ εὖδε τῆς περ ἐπέργων διπολοκέψεως δεῖ μετέχω. οὐτε τοις ήματοις διπολοκέψεων διπολοκέψεων; Negi vestros animos hac cogitatio subeat, B Nostransmarini calamitatum illius vulgi sumus exortes, nec indigemus aliorum auxilio. Quid igitur nobis opus est aliorum communicatione? Et quia Valens Imperium Orientis accepérat à fratre Valentiniano, tanto justius Occidentales sibi deberi primas partes arbitrabantur, ac sibi videbantur esse capititis instar. His rursus Basilius: εἴπε καφαλίῳ ταῦτας τῆς καθόλου ἐκκλησίας λογίζεσθε, καὶ διώστε τοις κεφαλῇ εἴπειν τοῖς ποσοῖ, χρείαν ήμων τοῦτο ἔχω. Quod si vos arbitramini caput effe totius Ecclesie, non potest caput pedibus dicere, opus vobis non habeo. Dixeris, fatetur hīc Basilius Romanam Ecclesiam esse caput reliquarum. Sanè Romanam potissimum tangit hæc censura, & hinc colligi potest, eam sibi tale quidpiam arrogasse. Sed hoc non admittrit Basilius, nisi per fiduciariam reprobationem, & ut tanto acrius Damasum excitet ad officium, Dominandi jus nullum arrogat, sed διπολοκέψη, inquit, τὸν σύμπνοιαν ήμων. διδασκοῦν δὲ σπουδὴν μη περιπτετῷ σώματι, τῷ δῆλον διχλειστον διπολον περιτελον ημετοι εὐτοῖς αἰναγματούτοις καιροῖς διφελοῖ. ήματα δὲ τοῖς αἰναγματούτοις καιροῖς διπεσπεῖς, εὖδε τῷ Θεῷ διαρρέουν ποιῶντες κακογένειαν Φωναῖς, οἷς εὖδε τῷ θεῖν κακογένειαν τῷ μὴ εὐδόλῳ τὸν Θεὸν. Desideramus conspirantem nobiscum vestram benevolentiam. Scimus enim vos utut absentes corpore vestrarum precum auxilio multum adjumenti nobis in molestissimis his temporibus allatueros. Preces intelligit tum apud Deum, tum apud Valentinianum, quas tamen impetrare non potuerunt Orientales. Nec apud homines honestum,

D Nec

pec Deo gratum est vos iis vocibus uti, quibus ne  
Gentes quidem Deum ignorantes utuntur: ἀπο-  
τέμνομεν οὐαὶ τὸ δικαιόμενον, καὶ τὸ ἐπιτηδι-  
μενὸν τὸ μονιμόν. Separamus nos ab orbo, nec so-  
litudine nostra nos pudet. Nos, h. e. Vos.  
Has literas per Petrum Diaconum Ale-  
xandrinum scriperat Basilius, quo rever-  
so Basilius videns se nihilo magis secundâ  
quam primâ profecisse, decretum Doro-  
theum in Occidentem per Alexandriam  
mittere A. D. 371. Per cum sic ad Atha-  
nalium scribit ep. 51. Ἐφανίσθαι τὸν αἰκάλυ-  
πον θησαῖλα τὸ θησαύρων Ρώμην, θησαύρῳ αὐτῷ  
τὰ εὐτῷ πάχει, γε δοῦλαι γνωμένοι. Ιναὶ ἐπεδή λόγοι  
καὶ νῦν καὶ εὐωδικὲ δόγματα θησαλῆναι πνας  
δύσκολον τὸν ἐκθέτειν, αὐτὸν αὐτοῖς θεοῖς τὸ  
πεάγμα. Budæus ita vertit ep. 46. Visum  
est mihi consentaneum, ut scribatur Episcopo Ro-  
me, ut, que hic geruntur, consideret, detq; consi-  
lum, ut quoniam difficile est, ut communi ac Sy-  
nodico decreto aliqui illinc mittantur, ipse suā  
authoritate in hac causa usus viros eligat, &c.  
Difficultatem cogendæ Synodi tum igna-  
vire, tum ambitioni suæ prætexebat Da-  
masus, alioqui cùm Orthodoxus esset Va-  
lentinianus Imp. Occidentis, quid vetabat  
quo minus illius permisso cogeretur Sy-  
nodus, & tum Valentiniani, tum Synodi  
nomine legati mitterentur ad Valensem  
& alios Orientis incendiarios? Hæ Basilius  
ad Damasum literæ non extant quod  
sciam. Sed extant ex quas per eundem  
Dorotheum scripsit Basilius ep. 70. episco-  
pis per Galliam & Italiam constitutis, ubi  
videtur Italiæ nomine peculiariter intelli-  
gere Diœcœsum Mediolanensem: E τῇ  
οὐ, inquit, γε διωστὴν καθεδρὴν τοῦ ποτὸν  
εἰπεῖν χρεῖεν μῶν τοῦ ἔχω, πάντως γε δημος  
ανέξεσθε διποτήσθε μῶν. Cum caput pedi-  
bus dicere non posset, opus vobis non habeo, ne vos  
quidem sustinebitis nos abigi: αἰτᾷ τοῦ τον συμ-  
ποτῆσθε δημος τοῦ Θεοφίστον, αἴσ ταρεδόγυλον  
δημος αιωρτὸς μῶν, δον καὶ μῶν συγ-  
χαιροῦντο μῶν δοξαζουμόντος εὐ τῇ εἰσηγη, γε τε  
χαιροῦντο μῶν δοξαζουμόντος εὐ τῇ εἰσηγη, γε τε  
εποιεῖσθε τον μετέρεντον αὐτοῖς εἰς αὐτο-

ληψιν μῶν τῇ συμποτῆσθε, αἴτας πάντως δημο-  
τομὴ αἰσταρεδόγυλον τον εἰδίκησον μῶν, γε σὺν  
ἔχωθητε Διονυσίου τοῦ τον αἰτοῦτον.  
Επιτηδιμονὴ ματίστη μὴ τοῦ τον τῷ περιτο-  
μῆτον τῆς καβ̄ μῶν δικαιόμενον Φανερωτὸν γενέσθε  
δημος τῆς ὑμετέρης θλασεῖας, τον μῆτερον  
συγχαιρεῖν. El δε γε ποδοκολον, αἴτιον ἐλθεῖν π-  
νας παρ μῶν. οἰς θησαύρον καὶ παρεμβαθεῖσα  
τὸν Θεοφίστον, θεοῖς φεραλμοῖς τον δικαιόμενον  
τον πατὴν τῆς αἰσταρῆς, αἴτης αἰγαῖον αἰδιωτὸν  
αἰδιότερον, τον μηδέται λόγον διελογεῖσθαι  
αἰγαῖος παρεισαγέτε μῶν ταὶ μέτερες. Budæus  
ita vertit ep. 64. Tantum vos ad commisera-  
tionem commoverebunt afflictiones nostra, quibus  
propter peccata nostra traditi sumus, quantum  
nobis congratulationis adserit, quod in pace, quam  
vobis largitus est Dominus, celebres es̄tis. Hac itaq;  
ratione & nunc & alias dilectionem vestram vo-  
ce lugubri opploravimus, ut nostra miseria conde-  
leatis ac succurratis. Verum plane prohibiti es̄tis,  
ne ad iuvandum nos excitaremini, propterea quod  
ultio divina, quā castigandi eramus, nondum esse  
impleta. Nam hoc potissimum est, quod requiri-  
mus, ut ipsi quoq; Imperatori Valentiniiano per  
vestram pietatem innotescat orbis nostri pertur-  
batio, confusioq; Valentis persecutio. Hoc si  
factum difficile fuerit, ut vel aliqui vestrum ad vi-  
fendum & cōsolandum afflitos veniant, propterea  
quod nullo vobis sermone res nostras dilucidè  
exprimere possumus. Quād surdas aures na-  
ctus sit Basilius, mox videbimus.

Damasus, inquis, Apollinarem & Timo- p. 11. & 19.  
theum καθελῶν αἴτεκνον εἰ solio deturbavit, &  
D cœtu piorum movit, scripsitq; ad Orientales Epi-  
scopos: ὅπ τῇ Απτορικῇ καθεδρᾳ τον εἰ Φειλο-  
μόλιν αἰδὼν εἴσατη μῶν δοτούμενον, ἐστοτος τῷ  
πολεῖσθε παρέχετε, εἰρι πιστοῖς: quod Apo-  
stolicae cathedra debitam reverentiam vestra cha-  
ritas tribuit, vobis ipsi plurimum prestatis, filii  
charissimi, teste Theodoretib. s. c. 9.

Addit Theodoretum hæc dictum  
vocate Damasum πενθόμον. Sed eo  
modo πενθόμον vocat, quomodo Paulus ait Actor. 26, 25. καθεσθῆτο. Quid  
Theodoretus ait: καθελῶν αἴτεκνον signifi-  
citat, pronuntiavit tam abdicatione,

quam excommunicatione dignū. Quidni verò Damasus in Apollinarem & Timotheum hanc sententiam ferret, cùm eandem tulerit Hilarius Pictaviensis in Liberium Episc. Rom? Jam autem Timotheum abdicaverant, Apollinarem damnaverant Orientales; sed quo plus ponderis haberet eorum sententia, cupiebant etiam ab illustrissimis quibusque Præsulibus eam confirmari, prout ferebat temporum illorum consuetudo. Commodum igitur accidit, ut Romæ tum esset Petrus Alexandrinus, de cuius & cleri Rom. sententia pronuntiatum καθαιρέσεως & δοκιμηζέως decretum, h. e. confirmata Timothei tum abdicatio, tum excommunicatione. Hæc Ecclesiarum inter se sociatem testantur, non ullum Romanæ dominatum in reliqua.

Id disertè testatur Basilius Episcopis per Galliam & Italiam constitutis ep. 70. Θ Κυριῳ ἡμῶν ἵνος ἔχεισθε τῷ μακάρῳ κατέδεξαμενῳ ὅνομασῃ τῷ πατερὶ Θεῷ εἰκαλύσατε, ἢ τὸς καθ’ ἑταῖρον ἡμῶν αὐλῆλαν δοποδεξαμένων, ἔδωκε καθ’ ὑμῖν τῷτο πάντας ἐχόντικείως τῷ τῷ τῶν μελῶν συμφωνίᾳ. Διόπερ εἴ καὶ πλεῖστον αὐλῆλαν διωεῖσθε τοὺς ὀικήστον, αὐτοῖς τῷ γελούγῳ τῆς σωτηρίας, ἐγένετο αὐλῆλαν ἐπειν, καρέειν ὑμῶν τοῦ ἔχως, &c.

Budæus ita vertit ep. 64. Dominus noster Iesu Christus, quoniam omnem Ecclesiam Dei suum ipsum corpus nominari suffinuit, & unum quemq; nostrum alterius membrum declaravit, dedit quoq; nobis, ut erga omnes juxta membrorum consensum amicè simus affecti. Quapropter etiam si habitationibus sumus alter ab altero quam longissime disiiti ac dirempti, ratione ramen conjunctionis huius propinqui sumus invicem. Quoniam igitur pedibus caput non potest dicere, non estis mihi necessarii, &c. q. d. Si ne caput quidem pedibus id dicere potest, quanto minus vos nobis? At de Damaso nominatim, quid sentiret, satis indicat, ex quo Dorotheum reducem vidit A.D. 372. & meditantem alteram in Occidentem

A profectionem cum sanctissimo, sive sanctissimo. πίνα οὐκ δέ θησεται διαυτῶν, inquit Eusebio Samosatenorum Episcopo ep. 10. Η τοῦ Θησείδος πάσι συμφέοι, αὐτὸς μὴ διπορεύεται. εἰν δέρης εὐτούχη τούτος τοῦτος οὐκανέται. Φίλικαρθείρης, κατέβησαν ημῖν γνωστούς. Quid per illos Dorotheum & sanctissimum sit scribendum, quomodo qui mittunt eos agere debant, ambigo. Simul ac inveneris eos qui venturi sunt ad nos, dignare nobis declarare quid & quomodo scribendum putes.

B Εμοὶ μὴ δέ, τὸ διαμήδεως ἐπέρχεται λέγων, μὴ ὄφελες λίσταδι, δόπι φυσιν αγήνως ἐστὶν δι αὐτῷ. Mihi quidem illud Diomedis occurrit, Noli precari, propterea quod, inquit, superbus est ille vir. Αγήνως quidem aliquando generosum significat. Eustathius autem in hac Homeris verba Iliad. 1. Αγήνως ἐστὶν δι Φύρος, δι αἵαν ηνορέης χρεώμενος. h. e. Αγήνως aliquando virtus vertitur, quasi qui suā virilitate nimis utitur, qui viribus suis abutitur. Sed eo loci pro superbo ponit docet ipse

C Basilius, addens: Τῷ δύνα δὲ θεραπεύμενος τῷ ταπερῷ Φανατῇ ηδη ἐστῶν ταπεροποικαπερεγγίνεσθαι πεφυκε. καὶ δο εἰν μὴ ἀλαθή μηδὲ οὐ κύρει, ποιεῖς ἐπέρας περιθήκης δεόμεσθαι; εἰν δὲ θησημένη ηδεγή δι Θεός, ποιεῖς Βούθρον μέριν τῆς σημειῆς οὐφοριοῦ; εἰ τὸ γε αὐληθὲς ἐπείσουσιν, δι τε μαθεῖν αὐτέχοντες, φύλασσος δι ταποιαίς περιημένοις ἐκεῖνα ποιῶσιν τινά, απερέπειν θησι Μαρκέντιον. πέρος μὲν τὸς πτῶν αὐληθαν αὐτοῖς απογένετοντας φιλοτεκνίσασθε, τῷ δὲ αὔρεσιν δι ἐστῶν βεβαιώσασθες. Εγὼ μέν δὲ αὐτὸς δι αὐδοτῆς κατειχόμενος ἐξελόμενος αὐτῶν θησεῖλαι τῷ ιερῷ Φανατῷ, τοῖς μὲν τῶν ἐκκλησιαστῶν ζήτειν, εἰμὶ δον ταπεριζέαδι, δο το εἰσεστον τῶν πατέρων τοῦ αὐληθαν, δι το πτῶν ζήτειν, δι τῆς αὐτούσιοις καθάδεχονται, καθέλευτοι δὲ τοῖς δι μηδεῖν ταῦτα περιεργάται ταπέι, αθεστον θησιν θεοῦ, μηδὲ αὐτούσια κατείνθη, ταπερηφανίαν αιμάρτιαν καθ’ μίνον αἴροντες έχθρον πειστον εἰς θεόν. Locum hunc integrum eō lubentius descripsimus, quod vidimus hanc epistolam ab Andrea Schotto Jesuitā sublatam ab epistolis Basillii, quas Antuerpiæ cum reliquis operibus ejus endendas Latine curavit

ravit A.D. 1616. Specimen fidei Jesui-

p. 24. Reversa, Basilius ait: *Superbi mores si colantur, insolentiores evadere solent. Enim verò si Dominus nobis fiat propitius, quoniam alio nobis opus est additamento?* Si verò Dei permaneat ira, quam nobis opem feret Occidentis supercilium? cum illi verum negesciant, neg, dicere sustineant, sed falsis suspicionibus praoccupati, ea nunc faciunt, que prius A.D. 347. in Marcello, contentiosè disceptantes adversus eos qui veritatem docebant, heresim autem, Marcelli videlicet, auctoritate sua confirmantes. Ego quidem ipse non quasi publicam Orientis personam gerens volebam illorum Coryphaeo, Damaso, scribere, de rebus quidem Ecclesiasticis nihil, nisi ut innuerem eos neg, scire rerum qua apud nos geruntur veritatem, neg, viam admittere, quā possint eam addiscere. In genere verò non esse calamitosis & afflictis insultandum, neg, putandum superbiam esse dignitati, cùm vel unum hoc peccatum sufficiat ad nos invisos Deo reddendos. Hinc colligis astu fastuque tum Auxentii Mediobratis, quem Arianum fuisse constat, tum Damasi factum, ut tribus in Occidentem legationibus ne potuerint quidem illud Orientales obtinere, ut vel Valentinianus rogaretur, ut apud fratrem Valentem protor Ecclesiis intercederet, vel per legatos visitarentur Orientales ab Occidentalibus, vel denique consolatoriis saltem literis cohonestarentur.

Pontifex Rom. ut universæ Ecclesiæ curator Basilius petitionem non pro nihilo duxit, sed duos Episcopos misit, Luciferum & Eusebium, qui tumultus Ecclesiæ Cesareensis in Cappadocia sedarent.

Paucis lineis vide quot errores congregas. 1. Athanasius & Basilius curatores universæ dici poterant Ecclesiæ per ea tempora; Damasus verò proditor potius quam curator. 2. Lucifer & Eusebius in Orientem venerunt, ut exules & à Constantio relegati, non ut à Liborio, nedum Damaso legato. 3. Basilius totius Orientis non iux tantum Ecclesiæ calamitatem

A lugebat. 4. Lucifer & Eusebius turbarunt Orientem, ejusque tumultus auxerunt potius quam sedarunt. 5. Utut animum habuerint sanandi, tamen quidquid illud est, quod præstiterunt, fecerunt id sub Constantio, sub Juliano. Basilius autem Occidentis opem implorabat decennio circiter post obitum Juliano sub Valente. Gennadius, quem deinde laudas, p. 15. recentior est, & addicitione aulæ Pontificie, quam ut ejus aliqua ratio nobis sit habenda. Quid ille Cyrillo, quid Gregorio Nazianzeno, quid Theodoro Studitæ affingat, insuper habemus, cum ne Theodori quidem ipsius, ut qui mortuus sit A.D. 826. magna sit auctoritas.

Athanasius ad Felicem. Ob id vos in sum- p. 227. 276. mitatis arce constituit, &c. In epistolâ B. Ste- p. 52. phani & Epistola Damasi ad eundem Stephanum tom. 2. concil. Pontificis Rom. principatus luculent- ter afferitur, quas epistolas ne adversarii quidem falsi damnare audent.

Coniunctim hæc duo testimonia juvat A. D. 378. expendere, quia sunt ejusdem farinæ. Qui responsa, quæ Felici II. quæ Damaso affinguntur, falsi damnarunt, fecerunt autem id nostri non semel, saltem èv. Δελφ. eâdem operâ falsi damnarunt eas literas quibus rescripsisse finguntur Felix II. Damasus I. Quod si nominatim has literas nostrorum nullus falsi damnavit, fecit id non argumentorum penuriâ, sed evi- dentiâ rei, quam quia dissimiles, paucis eam demonstremus.

Athanasius Felicem II. ita compellans inducit: Scimus in Nicena Synodo magna 318. Episcoporum ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absq; Romani Pontificis sententia concilia celebrari. Si verum id esset, an passa fuisset sedes Romana sui primatus tam studiosa commendatrix potestatis suæ tam illustre momentum ita penitus intercidere, ut ejus neque vola neque vestigium usquam extet? Quid? quod Athanasio vivente quæque provincia bina concilia quotannis celebrabat ex decreto

Synod Nicænæ, cùm tamen ne unum quidem legatur à Rom. Pontifice coeundi licentiam postulasle?

II. *O sanctissime pater patrum, absconde blasphemias & jactantiam vaniloquiorum & infidianum, Arianorum scilicet infestationes. At sciebat Athanasius, & id se scisse refert Felicem ab Arianis ordinatum ac substitutum Liberio, quem Constantius Imp. Arianus in exilium miserat.*

III. *Antiquis regulis censitum est, ut quidquamvis remotis aut longinquis positis provinciis super Episcoporum querelis aut accusatoribus ageretur, non prius tractandum vel accipendum esset, quam ad notitiam alma sedis vestra fuisse deductum. Hoc ipsum Stephanus Damaso scribere singitur. At qui potuit hoc Athanasius dicere, cùm quotidie videret in unaquaque provincia tam Episcoporum quam inferioris ordinis Ecclesiasticorum controversias à Synodis non tractari tantum, sed & decidi? Equam vero causæ cognitionem Romam delatam dabis à provinciis transeuphratæis ante mortem Athanasi? Si quid usquam tale sanctum fuit, qui sit ut in Zozimi, Bonifacii, Celestini cum Africanis contestatione regularum istarum nemini venerit in mentem? Impostor forte respiciebat Sardicenses canones. Sed neque tantum illi tribuunt curiæ Romanæ, & quomodo poterant antiqui dici, cum Felix decennio post illam Synodum obierit?*

IV. Quid? quod nesciebat quidem impostor, quenam Indictio Felicis episcopatus conveniret?

In epistola qua Stephano tribuitur ad Damasum hæc sunt falsi notæ. I. Africani non vocabant se Archiepiscopos. II. Tribus Africanæ provinciæ conciliis præcerat Carthaginensis non Mauritaniæ primas. III. Nec concilii, nec province se dicebant Archiepiscopos, sed huius aut illius urbis Episcopos. IV. Romanam quidem sedem vocabant Apostolicam, Episcopatum ipsum Romanum Aposto-

A latum non dieebant. Recentior est, opinor, phrasis hæc Damasi seculo. V. Antiquas illas regulas, quas laudat hic impostor, jam explosimus in examine literatum, quas Athanasius Felici scripsisse finit. VI. Quod iisdem verbis utraque periodus constet, quum idem utriusque epistolæ sit stylus & scopus, utriusque unum eundemque authorem esse liquidò constat.

*In veteri commentario de rebus gestis Damasi* B *hac legitur: Sententiam de damnatione Macedoniae & Eunomii Damasus confirmari precepit etiam in sancta Synoda Secunda, qua precepito & auctoritate eius apud Constantinopolim celebrata est. Idem discit ex Synodo sexta act. 18. & concil. Chalcedon. act. 1.*

Quisnam sit veternosus ille codex, vi- A. D. 382.  
deris. Chalcedonensis Synodus hoc, quod vis, non ait. Si Damatus Constantinopolim Synodum convocasset, eò potissimum Occidentales Episcopos misisset. Cùm vix ullus ex Occidente profectus sit eò, vel hinc liquet non jussu, non sponte Damasi convocatam in Orientem Synodum, cuius convocationem in Occidente fieri maluisset. Alioqui desultoriam Damasi levitatem non dissimulasset Orientales ad Occidentis Episcopos scribentes. Hoc ipso silentio & quum à Theodosio se Romanam invitatos docent Orientales, satis profitentur, à Theodosio se Constantinopolim quoque convocatos non consilio mutatione, sed quod videret, tam paucos Occidentales in Orientem profectos, curasse, ut etiam altera Synodus in Occidente fieret. Secundam Synodum à Theodosio convocatam affirmat Socrates l. 5. c. 8. Sozomenus l. 7. c. 7. Nicephorus l. 22. c. 10. Synodis sextæ actione xvi. Dicitur Theodosius & Damasus obstituisse Macedonio, Constantinus & Sylvester Ario, &c. Quin & de Romana Synodo, quæ coiit A.D. 382. loquens Hieronymus ad Eustachium: *Cum Orientis, inquit, & Occidentis Episcopos ob quasdam Ecclesiarum dissen-*

p. 52.  
dissensiones Romanis imperiales littere contraxis-  
fent, &c.

Cum apud Theodoretum l. 5. c. 8. dicuntur Ori-  
entales ab Occidentalibus Episcopis Synodicam  
epistolam accepisse, qua hortabatur, ut Romanum  
venirent: Per Episcopos Occidentis Romanum  
Pontificem intellige.

A. D. 382. Satis pro imperio. Sed quo jure? Ha-  
betur Romæ Synodus. Ea scribit ad Ori-  
entales, invitat eos, ut & ipsi Romanum se  
conferant. Tu Pontificis unius Romani  
vis imperium intelligi. Contra licet unius B  
Damasi mentionem fecisset Theodore-  
tus, tamen ratio suaderet, ut crederemus  
totius Synodi nomine scriptas fuisse li-  
teras.

p. 52.  
Idem Orientales apud Theodoretum l. 5. c. 9.  
Scribunt ad Damasum & Ambrosium: quando  
Synodus Romanam Dei voluntate indicentes &  
nos ut membra propria invitatis per litteras Regis  
Dei cari.

A. D. 382. Non duorum tantum, sed septem Epi-  
scoporum Occidentalium nomina po-  
nunt Orientales, prout septem erant in  
Occidente Dioceses. Nihil igitur ex-  
imum hic habet Romana Diocesis, nisi  
quod prima nominatur. Neque verò cùm  
membra se vocant Orientales, capitis po-  
testatem Occidentalibus tribuunt. Sed  
profitentur tam Orientales quam Occi-  
entales Ecclesias ejusdem corporis esse  
membra, sed sibi jam non licere novam in  
Occidente generali Synodum confie-  
re, cùm anno superiore Christi 381. jam in  
Oriente generalem Synodum habuerint.  
Regis cùm meminerint, innuunt illius au-  
thoritate se invitari, & consequenter illius  
authoritate etiam eos convenisse, qui jam  
Romam advenerant.

p. 276.  
Apud Theodoretum l. 5. c. 9. secundum ge-  
nerale concilium Rom. fuit à Damaso congrega-  
tum, Sic enim ait: Quandoquidem Synodum  
Romanam Dei voluntate indicentes & nos ro-  
castis, ut propria membra per litteras Imperatoris  
Deo charissimi.

A. B. 382. Paucis lineis multa peccas. I. Conci-

lium illud Romanum non fuisse secun-  
dum generale. Secundum habitum est  
A. D. 381. Romanum illud A. D. 382.  
quod inter generalia nunquam fuit nu-  
meratum. II. Male vertis indicentes.  
Quotquot Episcopi convenient ad Syn-  
nodum, dicuntur Synodum οὐ πρόστεν  
conficere. At Synodos generales indice-  
bat unus Imperator, quod & innuunt illa  
verba per litteras Imperatoris. Indicant enim  
illos convenisse Iusti Theodosii. III. Non  
solum Damasum alloquuntur Orientales,  
sed omnes Occidentales à quibus invitati  
fuerant ad Synodum, quam Romanam in-  
dixerat Theodosius I. IV. Cùm mem-  
bra se vocant, non agnoscunt Occidenta-  
les pro suo capite, sed profitentur se cum  
illis unius ejusdemq; corporis esse mem-  
bra. V. Secundo concilio generali p̄fuit  
non Damasus, sed primò Gregorius Na-  
zianzenus, dein cùm ultrò abdicasset, Ne-  
ctarius licet in ipso concilio baptizatus.  
C Matthæus Blasteres: Νεκάριος ἀπὸ τῆς  
τῶν κατηχυμένων αἰγάλης αἴφοισθεῖς, καὶ τῷ  
Δεῖπνῳ λύτρῳ τὸν τε Βίον πῦντον τελεώματον  
καθηρός ήδη τὸ καθηρόν τῆς ἐπεργήσας αἰγάλης  
θεοῦ τελετη, καὶ αἷμα τῆς τε Βασιλείου διά-  
ποντος, καὶ τῆς αὐτοῦ ἔξαρης θεοῦ κατέβατο.

Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos p. 7. 126.  
c. 4. Ecclesiæ salutis à summi sacerdotis dignitate 276.  
pendet, cui, si non exors quadam & ab homini-  
bus eminentis donatur potestas, tot in Ecclesiæ effi-  
cientur Schismata, quod Sacerdotes.

D Quid hoc testimonio gloriatis, cùm il-  
lic non agat Hieronymus de Româ, sed  
de Antiochiâ, conquerens non quod Da-  
maso, sed quod Meletio facta sit injuria,  
quem in hæreseos suspicionem adductum  
temerè submoverit Lucifer A. D. 362. &  
illi Paulinum sufficerit. Meletius substi-  
tutionem illam nihil fecit, & meritò. Pau-  
linus interim factione suâ pacem Ecclesiæ  
turbavit. Disputat Hieronymus hac oc-  
casione quæ sit dignitas, non Episcopii  
Romani supra reliquos, sed in singulis ur-  
bibus cuiusvis Episcopi supra regem aut

A. D. 382.

clerum; quod & agnoscit Baronius A. D. 58. §. 6. De dominatu, quem propugnas, quid sentiat Hieronymus, satis indicat ad Evagrium ep. 85. laudatus etiam à Gratiano D. 93. can. 24. *Vbicung<sup>z</sup>, fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegij, sive Alexandriae, sive Tanis, ejusdem est meritis, ejusdem & Sacerdotij.*

p. 44.

Hieronymus ep. 99. Pontificis Romani sacerdotium appellat Summum: *Omnium, inquit, pene iudicio summo sacerdotio dignus decernebar.*

A. D. 382.

Hieronymus ita loquitur, non ut Episcopatum Romanum cuivis alteri, sed Episcopatum Presbyteratui Diaconatuiq; præferat, prout feretbat praxis illorum temporum haud multò post Apostolorum obitum nata. Baronius in Martyrologium Rom. April. IX. *Fuit olim yetus ille ius in Ecclesia, ut Episcopi omnes, non tantum Pontifices, sed & summi Pontifices dicerentur.* Dein citatis, quæ tu laudas, Hieronymi ad Asellam verbis: *Hæc, inquit, verba, qui antiquum illum loquendi usum minus callent, ad Pontificatum Romanae Ecclesie referunt.*

p. 44. 126.

<sup>276</sup> *Idem Hieronymus in Jovinianum lib. 1. c. 14. At dicas super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum alio loco super omnes Apostolos fiat, & claves cuncti regni accipiant, & ex aequo super eos Ecclesia fortitudo solideretur, tamen propterea ex XII. unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio.*

A. D. 390.

Hunc locum jam supra laudavimus, sed dignus est qui non semel expendatur. Jovinianum damnat Hieronymus, quod contenderet conjugalem castitatem nihil minoris esse pretii quam virginalem. Id probabat, quod Petri disertius quam cuiusquam alterius Apostoli conjugium memoretur in Scriptura, cùm tamen super Petrum ædificatam Ecclesiam contenderet Roma. Quam bene Joviniani mentem assecutus sit aut expresserit Hieronymus, hic non querimus. Certè quod clero Romano cœlibatum ab Ecclesiasticis exigenti Jovinianus objicit: *Super Petrum fundatam Ecclesiam, argumentatur, ut*

A Scholæ loquuntur, ad hominem. Itaque non Jovinianum, sed clerum Romanum ferit Hieronymi censura, cùm ait *alibi super omnes Apostolos, &c.* Quæ certè supremam illam in omnes jurisdictionem, dominatum illum, quem Petro, quem Papæ vindicas, evertunt. Primatus autem quem Petro largitur Hieronymus, est simplex *περιποίησις*, quod confusionis ac dissensio- nis vitandæ causâ rationi consentaneum esset, ut constaret, quisnam prior federet, ingrederebatur, egrederebatur, &c. Id delatum Petrò vult Hieronymus ob ætatem. Alioqui *Petrus, inquit, Apostolus tantum: Iohannes & Apostolus & Evangelista & Propheta.*

B Optatas, inquis, lib. 2. Parmenionem ita <sup>p. 9. 132.</sup> compellat: *Negare non potes scire te in urbe Româ Petro primò cathedram Episcopalem esse locataam, in qua federit omnium Apostolorum caput Petrus, unde & Cephas appellatus est, in qua unâ cathedra, unitas ab omnibus servaretur.*

C Romæ videlicet ita loqui didicerat Optatus, cuius testimonium disertè falsi damnatur Joh. 1, 43. &c. à tota Johannis vita, quandiu Petro superstes fuit. Quantò enim melior, quantò potentior, illustrior, efficacior unitatis custos erat Johannes, ubique tandem federet, quam quisquam eorum qui Romæ vivente Johanne sedebant? Poterit tamen Optati verbis aliqua constare veritas, si dicas, idèo voluissé Christum, ut Petrus esset Apostolorum primus, idèo cessisse veteres Episcopo Romano *περιποίησις* jure, ut tanto liquidiùs constaret quam charum nobis esse debeat unitatis studium. Neverò sedes ulla primatum suum in dominatum mutaret, prospexit A. D. 397. Carthaginensis Synodus, quæ vulgo tertia nuncupatur, cui poterit Optatus ipse subscribe-re, can. 36. *Vt prima sedis Episcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid ejusmodi, sed tantum prima sedis Episcopus.* Hinc probabiliter colligas Augustini mixtas ex utroque testamento quæstiones ante Synodum hanc scriptas, cùm

cum quæstione centesima dicat: *Quid est aliud Episcopus, nisi primus Presbyter, hoc est, summus Sacerdos?* Quanquam præcipua Synodi mens est, ne quis quenquam Episcopum vocet summum, aut principem aliorum Episcoporum respectu. Nam Presbyterorū respectu quomodo nuncuparentur Episcopi, non tanti videbatur interesse. Quomodo nuncuparetur Episcopus à suis ovibus, à suo clero, in parœcia suā, parvi referre videbatur. In eo potissimum laborabat Synodus, ut prospiceret, quibus extra parœciam suam elogis insigniretut.

**p 50. & 53.** Verba tertii concilii Carthaginensis provincialis, que contra Pontificem Romanum facere videntur, solos Africæ spectant Episcopos, de solis Africæ Metropolis exaudienda.

**A.D. 397.** Universalis interdicti lex neminem excipit. Legem fert Synodus non minus Carthaginensi, quam Hippoensi Episcopo, vult ut Metropolis dicatur prima sedes ἐπαρχία, ut Exarchatus dicatur prima sedes Diœceseos, vel αὐτῶν prima sedes. Nam tuum quæq; Diœcesis orbem quodammodo constituebat. Illud vero fateor non hanc fuisse Diœceseos Africanæ mentem, ut leges aliis Diœcesibus ferret, sed hoc certè satis testatur se non magis alterius Diœceseos imperio subesse, quam ipsam aliis Diœcesibus imperare vel eatum cuiquam. Jam cum Oriens hunc canonem inseruerit codici suo, canonum videlicet Africanorum c. 39. cum Occidens D etiam eundem inseruerit codici suo, puta Polycarpus lib. 2. tit. 22. Iuo p. 5. c. 34. Pannormitanus l. 4. c. 25. Gratianus D. 99. c. 3. hinc satis testatus est totus orbis certè Romanus, quam sibi non displiceret Afrorum illa sanctio, nullam diœcesibus suis, nullam cuiquam diœcesi, nullam sedi cuiquam ab Afris factam injuriam. Afrorum autem constitutioni, & Pelagii II. contestationi contendentis adversus Joannem jejunatorem nullum omnino, ne Romanum quidem Episcopum Gene-

**A**alem, universalem, Oecumenicum dici debere, his, inquam, omnibus ut ficeret fucum Gregorius I. egregium illud eloquium commentus est, ut se servum servorum diceret, quo modo Chanaan à Noâ nuncupatur. Ita, quod obstat non poterat, videri voluit non invita Romana sedes annuere, ut etiam hic canon tam in Occidente, ac Oriente quam Meridiem versus locum haberet. Hujus inter cæteros canonis beneficio factum, ne Papa sui dominatus usurpationem ultra mare mediterraneum posset extendere, vel, si quando limitem illum excederet, quamprimum intra septa recluderetur. Sed nec Alpes transilire potuit ille dominatus, nisi serò post sextum demum seculum, quamquam in id semper totis viribus incubuerit clerus Romanus, ut primæ sedis titulum, quem invidebat illi nemo, commutaret in principatum propriè dictum, quò vel maximè respexit Spiritus Sanctus, 2. Thess. 2. 7.

Nondum pervaaserat in Galliam canon Carthaginensis seculo quinto, multo verò minus Papæ dominatus, cum toties Episcopos vocet summos sacerdotes, & Lupum Trecensem Episcopum Episcoporum, ut supra docuimus.

Sed ubi codici canonum Ecclesiæ universæ cœpit etiam Africanorum canonum codex adjungi, tum demum his vocibus abstinere cœperunt Episcopi pleriq; præter Romanum & ejus adulatores.

Alioqui quemadmodum tres erant gradus distributionum. 1. ἐπαρχία, parœcia, 2. ἐπαρχία, provincia. 3. Διοικητής, Diœcesis. Sic tres erant dignitatum Presbyteratu superiorum nuncupationes, 1. Episcopus. 2. Archiepiscopus vel Metropolita, 3. Exarchus. Quanquam Exarchi vocem ut politicam & superbam quidam refugisse videntur. Itaque Mediolanensem Episcopum Ambrosium Athanasius ad solitariam vitam agentes vocat Metropolitam Italizæ, cum tamen Italizæ

Italiæ nomine designet non unam ἐπαρχιαν, provinciam, nec quidquid ab Alpibus ad Siciliam porrigitur, sed Dicecensem illam, quæ peculiariter Italiæ nomine gaudebat. Secunda Synodus œcuménica can. 2. τε, inquit, οὐτε δοκίμου ὅποις περὶ τὸν Πάπιον ὅποιον, Διοίτην αὐτὸν Πάπιον. Sichabet Orientalis Ecclesiæ codex, quem Tilius edidit Parisiis A.D. 1540. Conciliorum collectio Coloniensis A.D. 1538. sic vertit: *Constantinopolitanus Episcopus habeat honoris primatum post Romanum Episcopum*, propterea quod urbs ipsa sit junior Roma: h.e. Primum locum obtinet Roma, quia est prima sedes imperii, secundum igitur obtineat Constantinopolis, cum sit secunda sedes imperii. Tu quidem fallum esse canonem hunc suspicaris, sed suspicionem tuam falsi damnat Synodus Chalcedonensis A.D. 451, quæ canonem hunc & laudat & confirmat actione XVI. &c. 28. nec quicquam obloquentibus Leonis I. legatis. Sic Antiochena Synodus A.D. 344. §. 9. vult Metropolitanum totius provinciæ curam scipere, quod ad metropolim ex tota provincia concurrent, quibus est aliquod negotium. Sic cum Ambrosii tempore inter Arelatuin & Viennam orta fuisset contentio de primatu, Synodus Taurinensis decretit, ut qui ex iis comprobaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciæ honorem primatus obtineat, & ipse, juxta preceptum canonum, ordinationum habeat potestatem. Hanc tot Synodorum, tam Orientis quam Occidentis, & omnium quoque tandem seculo Græcarum Ecclesiarum sententiam confirmingant potius quam evertunt ea quæ laudas Augustini verba, modo non mutilata, sed integra legantur, & cum aliis veterum sententiis conferantur. Igitur de Carthagine loquens Augustinus ep. 162. Erat, inquit, transmarinis vicina regionibus & fama celeberrimâ nobilis, unde non mediocris utiq; authoritatæ habebat Episcopum Cæcilianum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum duce secundo Tigiliano Numidiæ primate, cum se videret & Romana Ecclesia, in qua semper Apostolica cathedraliter viguit

Contra Synodus Sardicensis Metropolitam vocat ἐπαρχον ἐπαρχias. Sic & Matthæus Blastares M.S. Bibliothecæ Jac. Aug. Thuani V. Cl. p. 4. αὶ ἢ τοποῖοι συνόδοι τε οἰνοχοοῦνται μιᾶς ἐπαρχias ὅποι τὰς τεσσεραν αὐτοὺς ἐπαρχias συνελλαγότων. Quanquam potuit hic Blastares non Exarchum pro Metropolita, sed ἐπαρχias pro Dicecensi sumere.

Nam quas Synodos topicas vocat codici canonum insertas, eæ vel omnes, vel plerisque constabant multis unius dicecessos provinciis.

### Caput XVI.

#### PAPÆ POTESTAS QVINTO SECULO.



p. 8.  
Raci recentiores, inquis, primatum Romana sedi, non à B. Petro, sed à principatu urbis Romæ petendum putarunt. Sic Anna Alexij Imp. filia lib. 1. Alexiadis, sic Barlaam, sic Nilus Thessalonicensis, quod & Graci plerique omnes nostra etate mordicus tenent. Sed veteres Patres non ex eo tantum, quod Roma mortuus sit Petrus, Romano Pontifici principatum attribuunt, at quod Petrus à Christo princeps Ecclesie constitutus Roma imperii Ecclesiastici domicilium posuerit, qui principatus in successore eius transiit. B. Augustinus ep. 162. qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret Ecclesia Romana, in qua semper Apostolica cathedraliter viguit principatus, per communicatorias literas esse coniunctum.

p. 8. 276. A. D. 402.  
Quam vocas Græcorum recentiorum sententiam, ea fuit etiam vetustiorum Augustino, tum Latinorum, tum Græcorum

A sententia. Sicenim secunda Synodus Oœcuménica sanxit A. D. 381. τὸν μὲν τὸν Καυστρινὸν πόλεων ὅποιον ἔχει περιβεῖται τὸν πηγῆς μετὰ τὸν Πάπιον ὅποιον, Διοίτην αὐτὸν Πάπιον. Sichabet Orientalis Ecclesiæ codex, quem Tilius edidit Parisiis A.D. 1540. Conciliorum collectio Coloniensis A.D. 1538. sic vertit: *Constantinopolitanus Episcopus habeat honoris primatum post Romanum Episcopum*, propterea quod urbs ipsa sit junior Roma: h.e. Primum locum obtinet Roma, quia est prima sedes imperii, secundum igitur obtineat Constantinopolis, cum sit secunda sedes imperii. Tu quidem fallum esse canonem hunc suspicaris, sed suspicionem tuam falsi damnat Synodus Chalcedonensis A.D. 451, quæ canonem hunc & laudat & confirmat actione XVI. &c. 28. nec quicquam obloquentibus Leonis I. legatis. Sic Antiochena Synodus A.D. 344. §. 9. vult Metropolitanum totius provinciæ curam scipere, quod ad metropolim ex tota provincia concurrent, quibus est aliquod negotium. Sic cum Ambrosii tempore inter Arelatuin & Viennam orta fuisset contentio de primatu, Synodus Taurinensis decretit, ut qui ex iis comprobaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciæ honorem primatus obtineat, & ipse, juxta preceptum canonum, ordinationum habeat potestatem. Hanc tot Synodorum, tam Orientis quam Occidentis, & omnium quoque tandem seculo Græcarum Ecclesiarum sententiam confirmingant potius quam evertunt ea quæ laudas Augustini verba, modo non mutilata, sed integra legantur, & cum aliis veterum sententiis conferantur. Igitur de Carthagine loquens Augustinus ep. 162. Erat, inquit, transmarinis vicina regionibus & fama celeberrimâ nobilis, unde non mediocris utiq; authoritatæ habebat Episcopum Cæcilianum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum duce secundo Tigiliano Numidiæ primate, cum se videret & Romana Ecclesia, in qua semper Apostolica cathedraliter viguit

viguit principatus & ceteris terris, unde Evangelium ad ipsam Africam venit per communicato-  
rias literas, esse coniunctum. Qui siebat, ut Cæ-  
cilianus posset non curare Secundi factio-  
nem? 1. quod primates Africæ fuerint  
semper illustriores quam primates Numidiæ.  
2. quod Secundo nullus primas fa-  
seret, Cæciliiano vel omnes, vel plurimi.  
Non minus autem præsidii fiduciæq; po-  
nebat Cæcilianus in Ecclesiarum, à qui-  
bus Evangelium acceperat Africa, quam  
in Ecclesiæ Rom. communicatoriis literis. B

Quid autem sibi volunt hæc: in qua semper  
Apostolica cathedralia viguit principatus? videli-  
ceret, cum omnes orthodoxæ Ecclesiæ di-  
cerentur Apostolicæ, tamen inter eas prin-  
cipiarum obtinebant, & eo titulo κατ' ξενί-  
γενες cohonestabantur poterissimarum  
quarumque urbium Ecclesiæ, Alexandri-  
na, Antiochena, Constantinopolitana.

Sed hunc principatum, hoc αξιωμα, Constantiopoli non semper viguisse,  
sciebat Augustinus. Antiochiae vero ju-  
stiūs quam Romæ dicere poterat hunc  
principatū semper viguisse. Imperii ve-  
rò, quod somnias, Ecclesiastici domicilium à  
Petro Roma possum, nec Augustinus usquam  
ait, nec quisquam Augustino vetustior.

In Carthaginensi Synodo sub B. Augustino  
can. 57. Aurelius Primas Carthaginis & Africa  
vocat Anastasium adorandum, & sanctum Apo-  
stolica cathedralia Episcopum. Et can. 135. Vocat  
eum Dominum & Patrem, & à sententiâ cate-  
rorum ad Rom. Episcopum promoveri posse signi-  
ficat.

Quam diligenter, quam bonâ fide ca-  
nones hos citaveris, vide. Aurelius sanè  
can. 57. vocat Anastasium ἀποκαλεσθέντον α-  
γιον. Ita Græcè verterunt vocem Latinam:  
venerandum. Sed ibidem Venerius Medi-  
diolanensis Episcopus, vocatur αγιώτατος,  
sanctissimus. Anastasium autem vocat Au-  
relius οὐρανότητα & μακαριώτατην αδελφὸν c.  
66. beatissimum fratrem & consacerdotem.  
Canone vero 135. non Anastasium, sed  
Bonifacium compellat Aurelius, qui se-

A dere cœpit A. D. 419. cùm Anastasius ob-  
iislet A. D. 452. Bonifacium autem Do-  
minum quidem, sed fratrem, αδελφὸν, non  
patrem, ut tu vis. Cùm autem Dominum  
fratrem dico, posterius epithetum prioris  
est ἐπίσκοπος ἡκόν, quemadmodum quum  
hominem pictum dico, nec eam, quam  
singis, potentiam tribuit Episcopo Ro-  
mano, sed contra eam Zozimus, dein Bo-  
nifacius contendenter eam sedi suæ tribu-  
tam à Synodo Nicena, pernegarunt Afri-  
cani tale quidquam in Synodi Nicenæ ve-  
ris exemplaribus inveniri; estq; hoc præ-  
cipuum literarum, quas ad Bonifacium,  
dein ad Celestinum scripserunt..

Theophilus Patriarcha Alexandrinus Synodo  
provinciali inconsulto Rom. Pontifice Origenistas  
damnavit & damnare potuit, sanctus tamen  
Hieronymus eius acta confirmari à Rom. Ponti-  
fice cupit ep. 78. ad Pammachium.

Recte dixisti damnare potuit, & id à te  
verè dictum velim probè memineris, ne  
C quotes occurrit hæreticus aliquis ab E-  
piscopo Rom. damnatus, hinc sumas ar-  
gumentum afferendi dominatus, quem  
tuus Pontifex sibi vindicat. Confirmationem  
autem quod attinet eam non postulat Theophilus Alexandriæ, non Epiphanius Cypri Episcopus, quin potius ex-  
ultans ait Hieronymo ep. 73. Scito, fili  
charissime, Amalech usque ad stirpem esse dele-  
tum, &c. nec quiquam ab Innocentio

D postulat Hieronymus, quod ab Hierony-  
mo non postulet Epiphanius Generalis, in-  
quit, epistola, h.e. Synodica tum Theophili,  
tum reliquorum Ægypti Episcoporum,  
qua ad omnes Catholicos scripta est, ad te proprie-  
pertinet, qui zelum fidei adversus cunctas hæreses  
habes, & Origenis propriè & Apollinarij discipu-  
lis adversaris. Jam Origenem ab Anastasio,  
qui mortuus est A. D. 402. damnatum  
audierat Hieronymus, ut ipse profitetur  
in eâ, quam laudas epistola: Sed Epiphanius  
teste nihil actum erat, nisi potentio-  
re manu debellaretur hæc hydra. Ipsam,  
inquit, ad vos scriptam Theophili Synodi-

p. 52.

402.

cum direxi, ut scire positis, quæ nobis scriperit, & quantum boni ultima etati meæ. Jam trigesimo ante anno scripsit suum adversus hæreses panarium, concesserit Dominus, ut, quod semper clamabam, tanti Pontificis, Theophili, testimonio probaretur. Cæterum, Paschalium Theophili literatum, quæ Bibliothecæ Patrum tomo tertio leguntur, ea quæ primum locum occupat, tertio debuit esse, quæ tertium, primo. Primam scripsit A.D. 399. secundam A.D. 401. Tertiam A.D. 402. ut ex Paschalium notatione liquet.

p. 53.

*Milevitana & Carthaginensis Synodus sub annum CCCCXVI. Pelagium & Celestini meritò damnavit non expectata sententiâ Rom. Pontificis, quia nascenti morbo erat occurrentum. Idem tamen Patres Innocentium rogant, ut sua mediocritatis statutis etiam Apostolice sedis adbeat autoritatem.*

Melius anno 402. quam 416. Milevitani concilium assignasset.

402.

Cæterum non recenserat Origenis librorum vitium, cum eos Theophilus damnavit annis amplius 160. post Origenis mortem. Damnasse dicebatur eos Anastasius. Tamen nullius erat hæc censura ponderis, nisi Theophilii testimonium accessisset, qui ne meminit quidem Anastasiæ sententiæ, ut quæ nullo loco, nullo numero haberetur. Sed videlicet nihil actum putabant veteres, nisi nascentes aut pullulantes hæreses plurium sediū insignium dicebeseon aliquot, Synodorum etiam aliquot auctoritate damnarentur. Nec tenebatn illa Diœcesis minimis, quid de hoc vel illo jam statuisse altera Diœcesis, ne videretur præjudicio potius quam judicio sententiam ferre.

p. 53.

B. Augustinus ep. 161. scribit Cæcilianum ad Romanam Ecclesiam, in qua semper Apostolica cathedra viguit principatus, ubi causam suam ageret, appellandi jus habuisse.

402.

Epistola 161. ne verbum quidem ullum de his, quæ nobis ostentas, habet. Epistola 162. nonnihil quidem habet tale,

A sed & illi nonnihil affingis. Nam appellationis illius, quam nobis obtrudis apud Augustinum, neq; voia neque vestigium extat.

*Objectant can. 22. Concilii Milevitani, quo p. 53. severè prohibentur appellationes extra Africam. Respondeo prohiberi quidem appellationes inferiores ordinis Clericis, non Episcopis, ut verba ipsa indicant.*

402.

Videlicet ut huic suffugio locus esset, canonem hunc corruperunt quidam aulæ Pontificiæ gnatones. Sed huic falsitati revincēdæ, plus satis idonea supersunt veteris ac veræ lectionis vestigia. Editiones Colonienses, ita quidem, ut tu vis, habebit: Item placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores clerici in causis, quas habuerint, si de judiciis episcoporum suorum questiuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos quidquid est, finiant, exhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum suarum. Sic legit textus Colonensis. At in margine legitur: non provocent ad transmarina judicia, sed ad primates provinciarum, sicut & de Episcopis sepe constitutum est: Præcipuum vitium est, in omissione verborum illorum: sicut, &c. Huic omissioni Gratianus adstipulatur causa 12.q.6.c.35. & causa 11.q.3.c.34. quin & Bartholomæus Caranza in conciliarum epitome. Sed omissionem illam falsi damnat tum Græcus Tiliæ codex Africanorum canonum c. 28. tum universalis illa denuntatio, quam omnes codices habent: Ad transmarina autem quiputaverint appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiatur: quibus verbis cum Gratianus adiecisset de suo: nisi forte Romanam sedem appellaverint, codices aliquot, puta Parisiensis A.D. 1522. ita legebant, ac si non Gratiani, sed canonis hæc essent verba, cuius mendi an mendacii fœditatem puduit Sextum Fabrum & veram lectionem restituit. Ultimæ quidem huic periodo, non autem penultimæ, sed res ipsa veræ lectioni, quam

quam docuimus, patrocinatur. Romanus Episcopus primò conatus fuerat Episcopos Africanos sibi subjicere, puta Stephanus & Cornelius Cyprianum, nec dubium quinetiam postea non semel idem tentaverint Episcopi Rom. Sed quoties id tentarunt, toties illius usurpationi restiterunt Africani, damnatis appellationibus omnibus transmarinis, quā voce Romam designari solitam ab Africanis copiose probat Justellus noster in suis pereruditis, in canones Africanos, notis. Romanam solam videmus harum usurpationum ream. Cūm videret elerus Romanus Episcopos Africanos libertati suæ pluribus canonibus consuluisse, quām ut hēc claustra posset perfringere, alia viā tentandum sibi putavit aditum in Africam. Omissis in præsens Episeopis, saltem inferiorum ordinum clericos sibi conatur subjicere. Prætextus erat speciosus. Clericus aliquis ab Episcopo suo damnatus prætexebat serum esse provocationis ad proximam Synodum subsidium. Quod die navibus Romanam siebat iter. Perditissimus quisque confidentissimè clamitat injuriam sibi fieri. Hujusmodi querimonii admittendis patulas semper aures præbuit Absalon Romanus, miram integratem promittens, si posset Africanū illud regnum invadere. Sed Africani non minus in parvis, quām in magnis causis transmarinarum appellationum usu penitus interdixerunt. Tum verò perficandam frontem censuit Babylon, & totam semel & simul Africam invadendam, obtentu canonum quotundam, quos Nicenæ Synodo affinxit Zozinus.

p. 12. 404 *Io. Chrysostomus Synodi decreto exul Innocentii Pontificis opem provocatione interposita imploravit, ut patet ex Epistola Chrysostomi ad Innocentium.*

Chrysostomi ad Innocentī literæ non provocantis ad illum, sed conquerentis apud illum & provocantis ad Synodum Oecumenicam, sunt literæ, simul & ro-

A gantis non Innocentium solum, sed omnes Occidentis Episcopos, ut eorum precibus compelleretur Honorius Occidentis Imp. ut Arcadii fratris itam leniret, & Synodum Oecumenicam convocaret. Et Sozomenus quidem l. 8. c. 28. Innocentium ait ad Honorium & Arcadium misisse ἀνώδον αὐθούστας καὶ καρέὸν ταῦτας καὶ τόπου nuntios Synodum rogatuos ejusqz tempus ac locum.

Videlicet ut Socrates, ita Sozomenus hauserunt multa ex Romanæ regestis curiæ, quæ passim arrogabat sibi soli, quod tamen non sola fecerat. Palladius autem non solum Romæ, sed Italiae Episcopos refert Honorio supplicasse, ut ad Arcadium scriberet, ut *Synodi convocationem imperaret.*

Innocentius apud Sozomeum l. 8. c. 26. p. 52. Necessaria est, inquit, Synodica cognitio, quam olim dixeramus convocandam. Indixerat igitur Synodus Innocentius, ut de Chrysostomi negotio cognosceretur.

405. Imò contrarium planè sequitur. Sequitur, inquam, Innocentium pridem censuisse convocandam Synodum: necessariam censuisse convocationem illam. Sed cūm iadicendi Synodos extra suam Diœcesim jus nullum haberet, & votum & sententiam illius frustra fuisse. Itaque μὴ ἐστιν οὐ διωκτεῖ τὰς κινήσεις τῶν τοιωτῶν κατηγόρων καταζείλαι, οὐ τινὲς τούχωσθε, ξεγνούτεις εἰν τῷ φυλάρῳ τῷ ιατρεῖαι, &c. Sola Synodus oecumenica potest hos fluctus comprehendere, quam ut obtineamus, expedit medelam committere voluntati Dei, &c. Nam nos quoqz mode σκεπτόμενοι multum deliberamus, quomodo Synodus Oecumenica congregari posit, h.c. quanam ratione possimus illius convocationem ab Imperatoribus impetrare. Difficultatis hæc erat causa. Theophilus contendebat Jo. Chrysostomum juridicè fuisse damnatum de sententiâ Synodi totius Orientis, nec legitimam subesse causam, cur Occidens Orientis rebus sese immisceret, cur Honorius irrita redderet, quæ frater eius Arcadius in Oriente statuerat.

Innocentius h̄c neque jus, neq; vim, nec  
ēx̄t̄r̄, nec d̄iāmuū ullam sibi vindicat,  
sibi pr̄ter vota iuvandique studium nihil  
tribuit. Phaleras enim sui primatus non  
lubens ostentat cleris Rom. nisi cum im-  
posturæ faciendæ spem affulgere videt.

p. 53.

*In actū Concilii Toletani primi patres profi-  
tentur se Paternum Episcopum suam in commu-  
nionem recepturos, quando sedes Apostolica re-  
scriperit.*

405.

Neque tale quicquam habentacta, nec  
ullius Paterni meminerunt; Sed Patroni,  
qui pr̄fuit Toletano Concilio, tantum  
abest, ut de eius communione dubita-  
retur.

p. 45.

*Innocentius in epist. 1. dist. 1. ait omnes ad oc-  
casum & meridiem Ecclesias à Petro & eius suc-  
cessoribus propagatas.*

416.

Refert h̄c Gratiānus D. II. c. quis enim  
nesciat & est epistolarum Innocentii pri-  
ma, sed malè, si modo scripsit eam Theodo-  
sio VII. & Palladio Coss. h. e. A. D.

416. Ut ut sit, hoc pr̄textu volebat sal-  
tem Occidentales Ecclesias sibi subjicerē.  
At si simpliciter omnium Ecclesiarum do-  
minus à Christo fuissest constitutus, nihil  
opus fuissest hac allegatione, maximē cùm  
sit falsi manifesta. Quot enim Ecclesias in  
Occidente propagavit Paulus? Et Augu-  
stinus ep. 162. distinguit Italicas Ecclesias  
ab iis, quibus Evangelii propagationem  
debebat Africa. Quid? quod Hispani Ja-  
cobum Apostolum, Massilienses Laz-  
arum suarum Ecclesiarum fundatorem  
gloriantur? Itaque dum Baronius hanc  
Innocentii Jactantiam gloriabundus re-  
fert A.D. 58. §. 92. magnam Legendarum  
partem unā liturā delet & falsit damnat.

p. 36.

*Episcopi jurisdictionem suam propriè &  
peculiariter universo Ecclesia pastori B. Petro Ro-  
manisq; Pontificibus referunt acceptam, Augusti-  
no teste ep. 93. ad concilium Milevitatum.*

416.

At h̄c epistola legitur quidem cum  
aliis epistolis Augustini, tamen Augustini  
non est, sed Innocentii I. pro more sedi  
sua nihil non arrogantis A. D. 416. sed

A nihil probantis, & ea blaterantis, quæ li-  
quid constet esse falsissima.

*Sollicitudo nos manet, inquit, omniam Ec-  
clesiarum super anxiis rebus, quæ sit tenenda Eccle-  
sia, antiquæ scilicet regula formam secuti, quam  
toto semper ab orbe mecum nostis esse servatam.*

Vis verum dicat Innocentius? Ita lo-  
quatur: Vos quidem mecum nostis ne  
unam quidem unquam Ecclesiam trans  
Meroem, trans Euphratem sitam nostræ  
sedis oracula consulisse, & in orbe Roma-

B no semper hactenus servatum, ut una  
quæque provincia controversias apud se  
natas consopiat, quod in se est; sin minus  
ad Synodus œcumenicam referat, aut  
arbitros eligat pro arbitrio, scitis nihilo  
majorem à Deo mihi datam autoritatem  
in Africanas Ecclesias, quām Carthaginæ  
in Italicas, sed ambitioni meæ pulchre  
consulueritis, si vobis patiamini jugum  
appellationis imponi consultationum  
obtentu, quas cùm frequentiores ha-  
beam, quām ut iis satisfacere possim, ta-  
men multò numerosiores credi volo, ut  
numerosiores iudies fiant. Pergit No-  
centius: *Scientes quod per omnes provincias de  
Apostolico fonte pertinentibus responsa semper eman-  
tent, præsentim quoties fidei causa ventilatur, ar-  
bitror omnes fratres & coëpiscopes nostros non nisi  
ad Petrum, h. e. sui nominis & honoris autho-  
rem referre debere. Verius dixisset: Scitis ad  
Christum vestri nominis & honoris au-  
thorem omnia referenda, Romam titulo-  
tantum tenus Petri cathedram esse potius  
quām Joppeim: sed optarim vos omnes  
petras fieri, ut credatis me ipfissimum esse  
Petrum aut Christum vestri nominis &  
honoris authorem, ut omnia vos omnes  
ad me referatis.*

*Objiciunt: Patres Concilii Carthaginensis, p. 53.  
quod vulgo sextum dicitur, in epistola ad Celesti-  
num dicere: Ut aliqui tanquam à sua sanctitatis  
latere mittantur, nullā invenimus patrum Sy-  
nodo constitutum. Credibile est eos Synodus  
Sardicensem pr̄ manibus non habuisse, in cuius  
canone 7. legatum à latere Apostolico mittendum  
diserte legitur.* Legi-

Legitur id in quinto, non in septimo canone. Sed falsitatis unius manifestum quidni possim duarum falsitatum habere suspectum? Priorem ne tu quidem audes negare, quod Sozimi, Bonifacii, Celestini legati continuos aliquot annos perseverarint in obtrudendis canonibus Sardicensibus Nicenorum nomine. Altera verò falsitas minus quidem evidenter convincitur. Sed si saltem Sardicensis Synodus legatos à latere quoquo versus mittendi facultatem clero Romano præbuerit, adeone dignitatis & existimationis suæ securus erat ille clerus, ut non continuò regereret in Nicenis quidem canonibus non extare lateralis huius legati mentionem, sed in Sardicensibus saltem canonibus eam dísertè reperiri? In hujusmodi contestationibus, qui tacet, consentire meritò judicatur. Silentium, inquam, Celestini satis evincit, Africanos verè dixisse lateralis illius legati concessionem in nulla Synodo reperiri. Nihilominus hæc Synodi Sardicensis additamenta Romæ retenta, & centesimo circiter post anno cum genuinis canonibus à Cresconio, Dionyfio, dein & ab aliis promulgata. Sed ut cō liquidiū constet, quām fraudulentus, & irritus fuerit Zozimi, Bonifaciique conatus, paulò pleniū videamus, quid illorum successori Celestino respondeant Africani, quorum potentissimus erat Aurelius, celeberrimus Augustinus. Præfato debita salutationis officio impendio deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes nō facilius admittatis. Fraudulentam hujusmodi admissionum facilitatem Cornelio pridem exprobrarat Cyprianus l.i. ep.3. nec à nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere, quia hoc etiam concilio Niceno definitum facile advertet venerabilitas tua. Canonem quintum designant. Nam etiā de inferioris clericis vel laicis videtur ibi praecaveri, hac occupatione sedis Romanæ cavillo respondent, quanto magis de Episcopis voluit Nicena Synodus observari, ne in sua provincia

A communione suspensi à tua sanctitate vel festinatio prepropere (Hæc vox prepropere videtur adjectitia) vel indebet videantur communione restitui. Presbyterorum quog, & sequentium clericorum improba refugia (sicut te dignum est) repellat sanctitas tua. (Improba videlicet vocant omnia refugia eorum, qui sedem Rom. appellabant) quia & nulle patrum definitione hoc Ecclesia derogatum est Africana & decreta Nicena sive inferioris gradus clericos, sive ipsos Episcopos suis metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim iustissimeq, viderunt quacunq, negotia in suis locis (ubi orta sunt) finienda, nec unicuiq, provincia gratiam Spiritus sancti defuturam, qua aequitas a Christi sacerdotibus & prudenter videatur & constantissime teneatur. His verbis innuunt, se jus suum constanter propugnaturos, maximè quia unicuiq, concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia sue provinciae (sic ἐπαρχιῶν designant) vel etiam universale, h.e. totius dioceseos, provocare. Ad Synodos ex pluribus diocesibus constantes provocare non cuivis licebat, sed primarum tantum sedium Episcopis, maximè patriarchis.

D Ut autem Africani libertati suæ consulabant, sic Graci suæ. Quippe Theodosius II. Imp. suo & Honorii patrui nomine legem tulit A.D. 421. Eustathio & Agricolâ Coss. quam refert eoquè probat Justinianus I. Imp. sui codicis l.i. tit. 2. leg. 6. cuius hæc sunt verba: *Omni innovatione cessante vetustatem & canones pristinos ecclesiasticos, qui usq, nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici provincias servari precipimus, ut se quid dubietatis emerferit, id oporteat (non absq, scientia viri reverendissimi sacrosancta legis antistititis ecclesia urbis Constantinopolitana, que Rome veteris prærogativâ letatur) conventui sacerdotali sacroq, iudicio reservari.* Qui erat innovator iste, qui cogitabat Illyricum sibi subjicere? Idem omnino, qui Carthaginem & Africam subigere cogitaraat Sardicensis Synodi canonibus abutens. Sed Sardenses illi canones nullius haec tenus

authoritatis fuisse satis docet Theodosius I. contendens Illyrici controversias hæc enim Constantinopolim, non Romanam fuisse perlatas, eam ipsam, quæ Romana sedes abutebatur, ob causam. Nam ut Roma vetus provinciarum Occidentalium causas, quantum poterat, ad se vocabat, sic volebant Imperatores Orientis provinciarum Orientalium, etiam Orientalis Illyrici causas ad novam Romanam, ut Orientalis imperii sedem, deferri. Eadem lex laudatur in Photii Nomocanone tit. 8, cap. 1.

p. 7. & 16. 276     Audi, inquis, Prosperum dicentem sedes Roma Petri, &c. Imperatores Occidentis, cum viderent, imperium suum indies corruere post Valentis obitum, qui miserè cum exercitu profligatus est à Gottis A. D. 378. ut quod vi retinere non potuerant, id religionis obtentu conservarent, exquisitis honoribus Episcopum Rom. afficere cœperunt, & ea passim Petri præconia celebrare, quorum obtentu Romanus Episcopus dominatum ambibat. Hinc natum illud quod ex Prosperi libro de ingratit paucis paginis bis citas.

*Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris  
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis  
Religionem tenet. h. e. retinere cupit.*

Sed ut falsus erat obtentus, sic & Imperatorum spem fecellit eventus. Quanquam hic erit stylus cleri Romani potius quam Imperialis aulae, prout patet ex iis quæ Leo I. Prosperti συγγραφει ait serm. I. de S. Petro: *Per sacram B. Petri sedem caput orbis effecta Roma latius presidet religione divinâ, quam dominatione terrena, quibus verbis cùm gloriari, non vides te Prospere testimonio nervos succidere, ut qui versibus exprimat, quæ Romæ jactari non semel audiverat.* Addis: *hoc idem Oecumenica concilia, hoc beatos Patres definitivisse, qui quo propius aferant ab ortu fidei, eò melius videbant, que vera erant.* At ne Prosper quidem, ne Leo quidem id definit: Nec enim definiti dicuntur quidquid assertur, sed id dēmum

p. 12.

A quod præcente deliberatione, rationibus in utramque partem productis & expensis, concluditur. At quod Leo, quod Prosper ait, id antea nemo dixerat, nedum subductis utrimque rationibus definitiverat. Et tamen id quoque plurimum abest ab eo, quod vis. Tuum enim dominatum non propugnat, sed evertit.

*Arcadius, inquis, in tercia Synodo dixit: Ut noritis quantam de omnibus Ecclesiis sollicitudinem habeat Celestinus Apostolica Cathedra Episcopus.* p. 15.

B Quid mirum, cùm ipsa Synodus prima titulum Apostolicæ cathedræ det etiam Aleædrinæ sedi? Sollicitudinem omnium Ecclesiarum quod attinet, quo cuique plus erat pietatis aut ambitionis eò plurium Ecclesiarum curam habebat, non jure dominatus, sed officio charitatis, aut ambitionis cœstro percitus.

C In actis Ephesina Synodi p. 183. Johannes Antiochus Episcopus à patribus Synodi arguitur, qui coacta manu Episcoporum irritam Synodum Ephesinam facere conatus sit, qui debuerit reverenter solum Romanum, cuius autoritate Synodus celebraretur.

D Cùm duo Patriarchæ Nestorius Constantinopol. & Johannes Antiochenus haberent multos Episcopos hæresi sua faventes putabant non posse se damnari à Synodo, cui duo tantum Patriarchæ, Cyriillus Alexandrinus, & Juvenalis Hierosolymitanus intererant.

E Respondet Juvenalis etiam Romanum Patriarcham interesse, cùm vices suas Cyriillo mandarit: *Debuit igitur, inquit, cogitare Synodum hanc esse sanctam, magnam & oecumenicam, καὶ τὸν δοκτορῶν θρόνον οὐεστὸν εἶμι τῆς μετάβησις εἰωνος, quæ verba non id quod vis, significant, sed Apostolicum magne Rome thronum nobis aſidere, non praefidere, καὶ τῷ Διπολικῷ τῆς αἵματος Ιεροσολύμων ἐθελήσας εποιεῖσθαι καὶ πρῶτου: Οὐ Apostolico Sanctæ Dei Hierosolymorum Ecclesie throno audiens esse, eumq; revereri. Alioqui cùm ipse fatearis bis profiteri Synodum ipsam p.*

178. &amp;

431.

p. 41.

432.

178. & 181. se jussu Cæsarum coactam, A cùm omnes Synodi, quas tam Oriens quām Occidens pro Oecumenicis agnoscit, ab Imperatoribus convocatae sunt, quo jure sperasti nos credituros Celestini potius quām Imperatorum autoritate coactam Synodum Ephesinam? Ipse quem laudas Theophanes, aliquid quidem Celestino tribuit, quod locupletiorum testem desiderat, tamen jussu Theodosii coactam Synodum fatetur.

**B** Convocabant Synodos Imperatores illi, non quod jure divino vel Ecclesiastico ea potestas in illos conveniret, sed quod eorum autoritas in imperio major omnium Pontificum autoritate esset.

I. D. 433. Omnino per illa secula, sequentibus multò puriora, Cæsaris unius major erat autoritas quām omnium Episcoporum simus: tantum abest ut tum unus Episcopus imperandi Cæsari sibi jus arrogaret. Ecquis autem vel Papa, vel pius Doctor contestatus est Imperatoribus neque divino nec Ecclesiastico jure competere potestatem convocandi Synodos? Contra, cùm Leo I. Valentinianum III. ep. 22. rogit, ut cogat Synodum, cùm idem passim rogant pii patres, an non hoc ipso sati agnoscunt, tam Ecclesiastico divinoq; quām Cæsareo jure potestatem hanc illis convenire? Hic Sixtus III. utut dolosè causam suam agens & sibi falsò plus, quam par est, arrogans, tamen ex parte veritati militare cogitur. Sic enim ait Orientalibus Episcopis A. D. 433. cap. 1. laudatus à Nicolao I. ad Michaelem ep. 7. & à Gratiano 2. q. 5. can. 10. Mandatis, ut scriberem vobis qualiter instans surgium contra me suscitatatum sit, vel à quo, ut vestro adminiculo pellereatur, & causa mea firmaretur. Scitote me criminari à quodam Basso & injustè me persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate Synodum congregari iussit. Quod sibi Sixtus arrogat, id quo jure credere teneamur? Quod Imperatori, quod Orientalibus tribuit, id quo jure tu negare possis?

**A** Synodis, inquis, Oecumenicus ac consiliis alii Patriarchæ sibi honori ducebant, si absens Pon-tificis Romani vicesimus mandauit gerent, & eius nomine praesent, ut indicat Evagrius bish. l. 1. cap. 4.

Hinc colligas & calliditatem & ἀρεδπιαν, non dominatum Episcopi Rom. Quippe Celestinus cùm videret A.D. 430. controversiam inter Cyrillum Alexandrinum & Nestorium Constantinopolitanum excitatam, ipse quidem Cyrillo fa-vere maluit, quām Nestorio, sed eā mente, ut veritatis patrocinio ad suæ sedis amplitudinem abuteretur, non imperans quidem, sed rogans Cyrillum, ut vicem suam in Ephesinâ Synodo suppleret, satis sciens futurum, ut etiamsi deesset illi Legati titulus, tamen Synodo preceset Cyrius potius quām hæresiarcha Nestorius. Celestinus fecit, ut videretur Cyrius non suo, sed Legati nomine Synodum Ephesinam moderatus.

**C** Synodi Episcopi sé coactos aiunt canonibus, p. 10. 276. tum epistola sanctissimi Patris, & in sacro ministerio socii ac collegae Cœlestini Romani Episcopi Nestorium Episcopatu pellere, Evagrius l. 2. c. 11.

Collegam cùm vocant, συλλαγήν, dominatum illius evertunt, nec ajunt se coactos, sed κατηγόρους, impulsos. Secundum canonum auctoritatem Episcopi Romani meminerunt, tum quod abesset, tum quod primæ sedis esset Episcopus. Coactivam aut δεσμοκλω vim nullam ibi tribuunt.

Eadem Synodus vocat Epistolam Leonis I. 57- p. 16. λην ὁρθοδόξας. Episcopi acclamarunt: ita credimus ut Leo credit.

**D** Ita quivis hodieque dicere potest, ut Athanasius, ut Basilius, ut Irenæus in plerisque scriptis credunt, ita credo, neque tamen ullum Alexandrinæ, Cæsatiensi, Lugdunensi sedi dominatum affinget, & Symbolum Athanasii apud plerasque tam Occidentis quām Orientis Ecclesiæ majoris est fidei quām Leonis ad Synodum Chalcedonensem epistola. Quis tamen

tamen Alexandriam hinc colligit esse dominam omnium Ecclesiarum?

*Perigenes Patria Episcopus ordinatus erat, quem cum non admitteret cives, Pontifex Romanus iusit eum Corinthi Meropoleos Episcopum esse, cui Ecclesia toto vita tempore prefuit.*

*Socrates septimum suum librum ex cuius capite 36. testimonium hoc petis inchoat ab A.D. 407. finit in A.D. 437. Pertinet igitur id ad quintum seculum, nec tamen id ad rem facit. Nam nec jubere, nec καλεσθε semper dominantis est vox. Horatius.*

— nec avarum

*Cum vero te fieri, vappam jubeo aut nebulonem,*

*Quam frequens est comicum illud: Salvere te jubeo:*

*Iliados λ. Nestor Achilli & Patroclo dicit:*

*ηγχον ἐγώ μέθοιο κελδίων γάμου αἵματι πεπλό.*

In eum locum Eustathius p. 836. τὸ κε-  
ράων φανερῶς & δειπολική λέξις ἐστί. Φιλικῶν  
δὲ, & μιλῶν δειπότης ἐκέλευθος οὐ νέων.

*Si qua inter alios Episcopos controversia de ju-  
re aut fide exorta essent, acquiescebant illi & sta-  
bant Romani Pontificis decreto, teste Socrate lib.  
7.c.40.*

Plus dicis quām Socrates. Agit enim illic non de fide, sed de jure, eoquē positivo. Cūm A.D. 434. Aprilis XII. feriā quin-  
ta decepsisset Maximianus Constantino-  
polis Episcopus, confessum Theodosius  
Imp. illi substituendum curavit Proclum  
antehac Cyzicenum Episcopum. Cūm  
hujusmodi translationes essent novæ, pe-  
riculosæ, veritatæ, meritò dubitari poterat,  
an id rectè atque ordine factum esset. Ce-  
lestinus apud Cyrillum Alexanrinum,  
Johannem Antiochenum, Rufum Thes-  
salonicensem Episcopos in Procligratiam  
ita intercessit, ut persuaserit ab hac trans-  
latione nihil esse metuendum. Hæc indi-  
cant Episcopos illos in hoc negotio non  
minus juris habuisse quām Romanum,  
tantum abest ut dominatum, quem ho-  
sibi viadictat, adstruant.

A. Ambrosius lib. 2. de vocatione Gentium. Ro-  
ma per Apostolici sacerdotii principatum amplior  
facta est arce religionis, quām solo potestatis.

Hi libri si verè tribuerentur Ambrosio  
qui mortuus est A.D. 394. pertinerent ad  
quartum seculum. Sed quinto demum  
seculo prodierunt Pelagiani, quorum hic  
author meminit l. 1. c. 7. Idem l. 2. c. 10.  
Barbari, dum Romanis auxiliabantur, quod in suis  
locis nosse non poterant, in nostris didicere regio-  
nibus, & ad sedes suas cum Christiana religionis  
institutione remearunt. Nec Ambrosius, nec  
quisquam quarti seculi scriptor hoc mēa  
quidem sententiā dicere potuit. Post Leo-  
nen sepe contigit, id quod hic notatur.  
Sed quicunque tandem sit author huius  
scripti meritò dicere potuit honorabilius  
sibi videri quod in rebus Ecclesiasticis  
Roma sit prima sedes, quām quod in re-  
bus politicis sit prima sedes imperii.

In Novella Theodosii tit. 14. hac leges decerni-  
mus, &c. Novella Valentiniani de ordinandis  
Episcopis hac verba habentur. Cūm igitur, &c.

At non sunt hæ duæ leges, sed una nec A.D. 45.  
xiv. sed xxiv. titulo. Ea cūm sit omnium,  
quas obtinuerat Episcopus Rom. amplissima,  
digna est, quæ proprius inspicitur.

Imp. Theod. & Valentinianus AA. Aetio. Cer-  
tum est & nobis & imperio nostro unicum esse  
presidium in superne divinitatis favore, ad quem  
promerendum, h.e. consequendum, præcipue  
Christianæ fides & veneranda nobis religio sus-  
fragatur. Cūm igitur sedis Apostolica primaturn

D sancti Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis  
corone, & Romana dignitas civitatis, sacra eti. im  
Synodi firmarit autoritas, ne quid præter au-  
toritatem sedis istius illicitum presumptio ad-  
temptare nitatur. Tunc enim demum Ecclesiarum  
pax ubiq. servabitur, si rectorem suum agnoscat  
universitas. Hoc cūm hactenus inviola-  
biliter fuerint custodita, Hilarius Arelatensis, sic  
ut venerabilis viri Leonis Romani Papæ fidelis  
relatione comperimus, contumaci ausu inilita que-  
dam presumenda temptavit, & ideo transalpinas  
Ecclesias abominabilis tumultus invasit, quod re-  
cens maxime testatur exemplum, &c. His talibus

& con-

& contra imperii maiestatem, & contra reverentiam Apostolica sedis admissis, per ordinem religiosi viri urbis Pape cognitione discussis certa in eum, ex his quos male ordinaverat, lata sententia est. Et erat quidem ipsa sententia per Gallias etiam sine imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis authoritati in Ecclesiis non liceret? Sed nostram quoq; preceptionem hac ratus provocavit, nec ulterius vel Hilario, quem ad hoc Episcopum nuncupari sola mansueti præfusis permittit humanitas, nec cuiquam alteri, Ecclesiasticis rebus armæ miscere, aut preceptis Romani Antifititis liceat obviare. Ausibus enim talibus fides & reverentia nostri violatur imperii, nec hoc solum, quod est maximi criminis, submovemus. Verum ne levius saltē inter Ecclesiis turba uascatur, vel in aliquo minū religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum provinciarum contra consuetudinem veterem licet sine viri venerabilis Pape urbis eterna autoritate temptare. Sed illis omnibus pro lege sit, quidquid sanxit, vel sanxerit Apostolica sedis auctoritas, ita ut quisquis Episcoporum ad judicium Romani Antifititis evocatus venire neglexerit, per moderatorem ejusdem provincie adesse cogatur, per omnia servatis que divi parentes nostri Romana Ecclesia deculerunt. Et paulo post. Dat. VIII. Id. Iun. Roma Valentiniano A. VI. Conf. h. e. A. D. 445. Quo plura Leoni tribuit Valentinianus, eò liquidius constat hanc constitutionem à Leonis gnatone conscriptam, cùm uterque Principis in experti imbecillitatē fraudulenter illuderet. Theodosii quidem nomen præfert pro more, quod utervis Imperator utriusque nomine suas leges conderet. Sed cùm Romæ lata sit, à Valentiniano, qui præterat Occidenti, latam esse constat, & in Occidente solo vim habuisse, si modò vim aliquam habere debuit, quod per imposturam impetratum fuerat. Imposuit Leo Valentiniano I. Tantum esse Petri meritum, ut ubi mortuus creditur, ibi debeat esse primatus Ecclesiastici sedis. Quantò justius hunc primatum acquisivislet Hierosoly-

A mis, tum Christi, tum tot Prophetarum & Apostolorum meritum? 2. Imposuit Leo Synodus aliquam antonoinasticè dictam, immensum, nescio, quod privilegium, sedi Romanæ largitam Sardensem forsitan innuebat. Sed & Sardicensibus affingebat multa sedes Romana, & Synodi Sardicensis nulla tum erat auctoritas. Quam ob causam nomen Synodi dissimilare maluit quam exprimere. 3. Imposuit Leo se rectorem universi, suos antecessores tales semper habitos, pacem Ecclesiastum aliter servati non posse, cùm ante Leonem nulla Synodus, Ecclesia nulla extra Diœcesim Romanam hunc titulum sedi Rom. tribuerit, cùm ne post Leonem quidem rectoratus huius tanto captati ambitu semissem unquam consequi potuerit, cùm eo semper deteriore loco fuerint Ecclesiæ, quo latius dominatum suum expandit Papa. 4. Imposuit Leo magnitudinem suam esse securitatem imperii, cùm nulla capitalior imperii Rom. pernicies fuerit, quam incrementum dominatus Pontifici. 5. Imposuit Leo sanctionem hanc nisi consimilibus parentum Valentiniani decretis, cùm nec parentes, nec majores, nec antecessores Valentiniani consimilem unquam rulerint constitutionem.

D Utur sit, cùm ne Valentinianus quidem dicat, Christum, Petrum ve tale quidpiam postulasse, certum est ne Leonem quidem ausum id configere. Itaq; vel ipso Valentiniano teste totum illud privilegium humano, non divino jure, nititur. Quin & tot ethnicismis scatet extrema constitutionis pars, ut satis constet, quam neophytus fuerit Valentinianus in mysterio pietatis, alienis oculis videns, nec suarum nec divinarum rerum peritus.

Decrescebat indies Imperatorum in Occidente potissimum potestas, vixq; supererat Valentiniano Galli pars trans Ligetim sita, Illyricum, Italia, Africa. In his provinciis si majorem quam pridem po-

testatem optinuit Papa; vides cui debreas id acceptum ferre, vulpinæ videlicet Leonis calliditati, & invalidi Valentiniani simplicitati, cui cum fucum factum esse sit perspicuum, spe & tanta mens illius potius quam oratio. Mens illius est, ne quid usquam à quoquam tentetur contra privilegia, quæ vel ipsius majores, vel Synodorum approbatarum decreta, vel vetusta consuetudo sedi Romanæ detulerant. At nihil horum favet, sed contra multis modis hæc adversantur dominatui, quem Leo I. ambibat, quem hodie sibi vindicat Papa.

p. 36. 128. Leo ep. 99. Huius muneric sacramentum ita Dominus ad omnes Apostolicum officium voluit pertinere, ut in B. Petro Apostolorum summo principaliter collocaret, ut ab ipso capite dona sua velut in omne corpus diffunderet. Hæc ille pè re-reg. Ratio est, quod Christus non nisi per caput visibile in membra visibilia influat, vimq; suam & gratiam transmittat.

445. Ut plenius constet quid sibi velit Leo, videamus quid addat ep. Don. 99. sed. 87. cuius verba velut aurea Gratianus inseruit decreto D. 19. c. ita Dominus. Vult igitur Leo se quidē haberi quasi Petrum ipsum, Christum autem ab hoc Petro quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffundere, ut intelligeret se mysterii exortem esse divini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium individua unitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicens: Tu es Petrus, &c. Hæc iis deum non putent, quibus præjudicium veri gustum pervertit. Quis nisi bliteus neget vim & efficientiam à capite in reliqua membra influere? Impietatis hæc damnare non potest, nisi impius. Hæc certè si vera sunt, possunt esse pia, sed falsa cùm sint, non possunt esse non impia. Videamus 1. quam veri speciem hæc habeant. 2. quām sint falsa. 1. Fideles omnes Christus sibi per fidem unit quasi sua membra, ut à capite proprie dico defluant in eos omnia sua dona. Sed hoc caput unicum est, nempe Christus

p. 36. 128. Flavianus Episc. Constant. à Concilio Ephesino p. 32. 2. ad Leonem Pontificem Rom. provocavit, ut ipse Leo docet ep. 25. ad Theodosium, eundem Theodosium Cypri Episcopus à concilio Ephesino damnatus appellavit, ut ait Liberatus Breviarii cap. 12. Cicero pro P. Quintio Nevium alloquens: Opinor, inquit, tuum testimonium, quod in aliena re lere esset, id in tuâ, quoniam contrarie est, gravissimum debet esse. Quid sibi tribuat gloriabunda Roma, quis prudens morabitur? At si quid adversus se dicat, quo jure repudiabit? Leo I. Theodosium

A ipse, succum illum immittit S.S. non ullam creatura. Quisquis hanc vim sibi vindicat, is se Deum facit majore blasphemia, quām unquam ullus Caligula, Domitianus ullus. 2. quivis fidelis esse debet alter Petrus, æmulari debet Petri fidem, zelum, firmitatem, ut docerut 1. Pet. 2. 5. Sed nunquid ullus fidelis arrogabit sibi firmitatem ædificio toti statuminando parem? Hanc cùm sibi, cùm sedi suæ firmitatem vindicat Papa, perditionis filium agit. 3. Quivis Pastor legitimus ac fidus est alter Petrus, Petri cathedram insidet, ut Pharisæus quivis, quandiu Mosis ipsius doctrinam proponebat, insidebat cathedræ Mosis. Quis tamen eorum æquabat autoritatem Mosis? Quis vicissim post Apostolorum obitum æquavit autoritatem Petri, Pauli, Johannis? 4. Christus an eorum tantum est tertior, qui polum Arcticum spectant, quive sub hoc polo sunt cis Euphratem? Ubi sunt autem illa dona quæ Leo, vel quisquam antecessorum eius distundebat in Ecclesiis sub Antarctic polo, vel etiam sub nostro trans Euphratem sitas? Quis igitur Leonem neget esse mendacii manifestum, eoquæ blasphemum, ut flammis æternis addicentem tam eos qui Romam, quām eos, qui Christum ignorant? Qui fit autera ut tam grandiloquas voces eructet Leo? Videbat se niti lege, quameo-deum anno fuerat expiscatus à Valentiniano III.

449. 2. ad Leonem Pontificem Rom. provocavit, ut ipse Leo docet ep. 25. ad Theodosium, eundem Theodosium Cypri Episcopus à concilio Ephesino damnatus appellavit, ut ait Liberatus Breviarii cap. 12.

Cicero pro P. Quintio Nevium alloquens: Opinor, inquit, tuum testimonium, quod in aliena re lere esset, id in tuâ, quoniam contrarie est, gravissimum debet esse. Quid sibi tribuat gloriabunda Roma, quis prudens morabitur? At si quid adversus se dicat, quo jure repudiabit? Leo I. Theodosium

sium II. alloquens ep. 23. Episcopale concilium, inquit, quod haberi apud Ephesum praepostis. Penes Imperatorem igitur erat, non penes Papam dominatus in Episcopos. Quim prædatoria fuerit illa Synodus sat tis docet ipse Leo. Alios, inquit A.D. 449. rejectos, alios didicimus intromissos, qui pro superadiicti, Dioscori, sacerdotis arbitrio impiis subscriptionibus captivas manus dederant. Ibidem de Diacono suo loquens: vix, inquit, ne subscribere per vim cogeretur, effugit. Quid mirum, si Legati Leonis protestatis sunt, nequam id, quod constituebatur, sedem Apostolicam recepturam? Si Leo Theodosio dixerit: Removete, quas sumus, à vestra pietatis conscientia periculum religionis & fidei: obsecramus, ut omnia in eo statu manere jubeatis, in quo fuerunt ante omne, h.e. ante totum istud, iudicium, donec major ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Omnes partium Ecclesia nostrarum, omnes mansuetudini vestra cum gemitibus & lacrymis supplicant sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis ad

Imp. scilicet & Synodum Oecumenicam Flavianus Episcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, &c. Hæc scilicet sunt hominis in Episcopos, in Synodos, in Imperatores dominatum exercentis verba? Interim vulpeculam agebat Leo. Dei zelum prætexit, veram sui doloris causam dissimular, quam docet Liberatus c. 12. Ecclesia Romana diaconi vices habentes papa Leonis assistere non pauci sunt, h.e. noluerunt, èo quid non fuerit data præfatio sanctæ sedi eorum. Scilicet diaconus Leonis legatum se ferens, ante omnes Episcopos sedisset. Quo jure? ubi tandem hoc unquam obtinuerat Episcopus Romanus? In Africana Synodo, cui præfuit Aurelius Carthaginensis A.D. 451. post Aurelium & Valentini Numidiæ Primate sedebat Faustinus Potentinus Episcopus sedis Rom. legatus, neque tamen testatus est ullam sibi, sedive Rom. fieri injuriam. Sed indies cum potestate crescebat superbia. Illa justior conquerendi causa fuit,

A quod non lecta fruisset Leonis Eutychem damnantis ad Flavianum epistola. At enim Liberatus ait: *Flavianus contra se prolatā sententiā per eius legatos Apostolicam sedem appellavit libello.* At memineris, quām sæpe perplexus sit Afrorum stylus. Liberatus, est Flavianum, dato Leonis legatis libello, testificatum appellare se, nempe quomodo solebat appellatio fieri. Profer quenquam antiquorem Leone I. qui dixerit, *Papam appello:* At ipse Paulus quadrangentis propemodum ante Synodum illum annis dixit: *Cesarem appello.* Flavianus addere potuit: & *Synodum Oecumenicā.* Potuit etiam Patriarcha Constantinopolis Alexandrino Patriarchæ contestari majorem esse duorum Patriarcharum, quām unius autoritatem.

B B Leo I. ep. 9. 24. 33. petit ab Imp. Theodosio, ut p. 54. intra Italiam concilium cogeretur, quia solus Imperator cogere poterat Eutychianos, ut comparent, non quia Imperatoris esse crederet cogere concilium.

C C Has exceptiones multo post Leonis obitum confinxit cleri Rom. superbia, quæ semper erunt inanes & falsæ, cùm & Reges Israelitarum David, Salomon, Josaphat, Ezekias, Josias eadem usi sint auctoritate: cùm Imperatores Christiani nemine reclamante, cunctis approbantibus, ducentos amplius annos usi sint hoc jure: cùm ipse Leo tuum commentum evertat: quum simpliciter dicat ep. 24. *Si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostra dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis episcopale iudicium, citò (auxiliante Deo) poterunt omnia scandala resecari.* Idem Romana Synodus petit à Pulcheria Martiani conjugi, Theodosii II. sorore. Acrurus ep. 33. *Vniversale concilium, inquit Leo, clementia vestra annuente, haberi intra Italiam iubeatur.* Igitur etiam ex Leonis sententia, quum Impp. Theodosius & Martianus convocandi concilii jus sibi tribuerunt, quum etiam nutum suum interposuit Pulcheria, non usurpationis, sed pietatis & clemen-

tia fuit hoc opus. Aliter ante Leonem sensisse, scripsisse quem invenies? Enim vero cui solus Imperator Eutychianos cogere poterat, ut extra Diœcœsum compararent, quia nemo quenquam extra suam Diœcœsum citandijus habebat præter Imperatorem, nedum ab Oriente in Occidentem, vel contra jus suum eò luculentius testatū fecerint Impp. Valentinianus & Marcianus. Quod concilium indixerunt, non in Italia, quod postulaverat Leo, sed primò Ephesum A.D. 449. dein A.D. 451. Nicenam, tertio, Chalcedonem.

Itaque Synodus Chalcedonensis statim initio profitetur se coactam ex decreto piissimorum Impp. &c. Et Imperatores quidem quoties hujusmodi Synodos indicebant, toties Indictiones suas omnibus imperii sui Diœcœsibus significabant, ut non mirum sit, si Leoni quoque significarit Theodosius II. se concilium Ephesi indixisse. Leo nihilominus, ac si sibi speciatim habitus esset hic hōnos, ita sibi gratulatur ep. 15. Religiosa clementissimi principis fides sciens ad suum gloriam maxime pertinere, si intra Ecclesiam Catholicam nullius erroris germen exurget, hanc reverentiam divinis detulit institutis, ut ad sancte dispositionis effectum autoritatem Apostolice fidei adhibereret, &c. Quomodo? an ut Ephesinæ Synodo præslet? Nihil minus. Nam si jussisset id Imperator, quis ausus fuisset obniti? Et Leo, cùm nihil gravius ferret quam quod Ephesina Synodus ἀεριπιαν legato suo negasset, tamen non Imperatori, sed sibi factam injuriam dixit. Diocorum Alexandrinum Synodo præfecerat Theodosius, ut ipse fateris p. 54. Quid igitur aliud Leoni, quam quod & reliquis Diœcœsion Exarchis mandaverat Theodosius, ut videlicet Ephesum irent aut Legatos mitterent?

p. 9. 15. 54. Valentinianus ad Theodosium scribens, ait, 276. 277. Imperatoribus competere, ut non tantum fidem illasam, sed & dignitatem proprie venerationis B. Apostolo Petro intemeratam conservent, qua-

A tenus beatissimus Romanae civitatis Episcopus, cui principatum sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat & facultatem de fide & sacerdotibus iudicare.

Aliquando ut p. 276. 277. tribuis hæc verba Synodo, quæ Valentiniani ad Synodum esse verba agnoscis ipse p. 54. Ad eò te fugit memoria? Scripsit hæc Valentinianus III. A. D. 450. Romæ ad consobrinum sacerdotumque suum Theodosium II. Ibidem eodē tempore consimilia ferè scribit ad eundem Theodosium eius amita Galla Placidia Valentiniani III. mater, suggestente procul dubio Leone I. quem urebat nō tam quod fidem læsisset, quam quod sedis Rom. ἀεριπιαν temeraslet Ephesina II. Synodus. Facile fuit Leonis credulit fucum facere, sed & facilè nobis est in his literis nomine quidem Cæsareo, sed stylo gnatonum Leonis scriptis agnoscere, quò potissimum conniteretur clerus Romanus, ad dominatum videlicet, quem modò Petri, modò totius antiquitatis suffragiis sibi deberi contendebat. Hic utrumque connectit pari vanitate. Illam autem de omnibus judicandi facultatem, quam falsò, quam infeliciter arrogavit sibi Leo, vel hinc constat, quod tum primā, tum ultimā Synodi Chalcedonensis actione quædam enixe postulavit, quæ nō potuit impetrare.

Dioscorus, inquis, incusat quod secundā p. 10. Synodo Ephesinā Leonis veteris Roma Episcopi totum orthodoxa fidei regulam non admisserit. Subiungunt: Quare Sanctissimus & Beatissimus Episcopus magna & veteris Roma Leo per nos & presentem Synodum unā cum ter beatissimo & bene nominato & celeberrimo Petro, qui est Petra & fundamentum Catholicaveritatis & basis orthodoxæ fidei spoliavit Nestorium Episcopali dignitate?

Quid hæc nisi fastum & fraudem Leonis produnt? Ut Dioscorus Alexandrinus Patriarcha damnaretur, opus erat aliquot Patriarcharum auctoritate. Operam non negat Leo, sed nec gratis id facit, hac occasione

catione suas ampullas projiciens, quibus confutandis, si voluisset Synodus immorari, Diοscorus interim & Eutyches evassent.

Interim Bellarmini candorem vide, qui de Pontifice Rom. l. i. c. 10. verba Leonis per Legatos in Synodo loquentis ita laudat, ac si non Leo sibi, sed ipsa Synodus Leoni tribueret hæc elogia. Tamen primatum Leonis ita concedit Synodus actione xvi. ut Romæ Constantinopolim æquent, quod utraque sit sedes imperii Romani, quod ita jam cautum fuerit Oecumenicæ Synodi secundæ decreto. Ita docent primatum Episcopi Rom. deberi, non Petro, sed quod esset imperii sedes, quod & posthac constanter contenderunt Greci, quod tu quoque profiteris, & quod negare non poteras, ultrò fateris Leonis legatos Chalcedonensis & Constantinopolitani concilii decretis obloquentes frustra fuisse.

B. Gregorius l. 4. ep. 38. scribit per Synodum Chalcedonensem Romano Pontifici nomen universalis oblatum esse. Certe act. 3. Chalced. concil. extant tres Orientalium ad S. Leonem libelli, quibus universalis Episcopus vel Patriarcha vocatur. Paschasinus Episcopus Ecclesie Lilybetane vice Beatiissimi atq. Apostolici universalis Ecclesie Pape urbis Roma Leonis sanctæ Synodo præsidens subscriptus.

At hoc ipso falsi Gregorium I. insimulas. Itaque rectius l. 7. ep. 30. factum id ait in Synodo, non à Synodo. Consimile falsi crimen habes apud Bellarminum de Pontifice Rom. l. i. c. 10. Totum, inquit Bellarminus, Chalcedonense concilium DCXXX. Patrum act. 3. appellat Petrum petram & crepidinem Ecclesia. At hunc titulum Leoni tribuit non Synodus, sed Paschasinus in Synodo. Tu quoque falsus es. Nam Synodo præfuit Magistratus, non Paschasinus, nec queritur, quid in Synodo prolatum sit à Paschasino, à tribus Orientis monachis, aut ab alio quopiam, sed quid à Synodo probatum sit, & sanctum.

A Ipsi judices dixeré, perpendimus omnem pri-  
matum & honorem præcipuum, secundum cano-  
nes, antiqua Roma à Deo amantissimo Archiepi-  
scopo deberi.

Rectè, magistratus pronuntiat conser-  
vandum Episcopo Romæ tributum, qua-  
leum canones illi tribuit, (Nam Scripturā  
sciebant nihil alii tribuere) sed ita ut Con-  
stantinopolis, iisdem περισσοῖς, iisdem  
primatibus decoretur, propterea quod sit  
nova Roma. Videlicet videbant Petrum  
& Paulum plurimas Ecclesias fundasse,  
quæ nullis hujusmodi primatibus frue-  
rentur, eōq; totum illum, quantum quantus  
est, primatum, quo fruebatur Episco-  
pus Rom. ei deberi, quod esset sedes im-  
perii. Jurisdictionem quod attinet, ampliorem, latius patentem largitur Syno-  
dus Constantinopolitano, quam Romano-  
nempe tres Dicæceses, Thraciæ videli-  
cet, Afriæ, Ponti. Romanus vicissim hoc  
ipso, quod æquari sibi videbat Constan-  
tinopolim, putavit sibi deberi minimum.  
Tres itidem Dicæceses Suburbicariæ, Me-  
diolanensem, & Orientalis Illyrici, nisi  
malis ideo tres Dicæces assignatas Con-  
stantinopolitano, quod jam tres invasis-  
set Romanus Valentini III. literis ab-  
usus.

C In epistola Synodi Chalcedonensis ad S. Leo-  
nem hac verba leguntur, quibus tu quidem, sicut  
membris caput, praeras

D Quisquis prima um aliquem obtinet,  
is aliquo modo caput est. Synodo præ-  
fuit Magistratus ac omnia præsidis munia-  
gessit. At inter Episcopos primus confe-  
dit Paschasinus Lilybetanus Episcopus,  
ut Leonis I. legatus. Jubendi tamen jus  
nullum nec habuit, nec sibi vindicavit;  
sed unus Magistratus, tum primâ, tum ultimâ  
sessione, & passim alias potestate  
hanc exercuit improbante nemine. Quo  
loco tam Romanam quam Constantinopoli-  
tanam sedem habuerit Synodus Chalcedonensis satis docuit can. 28. cùm  
ait à Secundæ Synodi Patribus A. D. 381.

p. 54.  
data Seniori Romæ τὰ πρεσβεῖα Διοκλέα  
τονίδην τὸν πόλιν ἐκεῖνον quod sit urbs regia, juniora Romæ data, τὰ ιων πρεσβεῖα, quod & ipsa sit urbs regia & Senatum habeat.

Leo ep. 93. ad Turibium Asturicensi Episcopum c. 17. concilium Hispanu indicit.

453. Videlicet quia Leo I. hac epistola copiosè refellit Priscillianistas, adversus quos potissimum congregatum est concilium Toletanum, quod primum dicitur. Pontificii dominatus assertores tūm huic epistolæ, quam concilio Toletano periodum affinxerunt, quā persuaderent iussu Leonis indicatam Toletanam illam Synodum.

Toletani concilii subscriptionibus hæc assuerunt: Regula fidei contra omnes hereses maximè contra Priscillianistas, quas Episcopi Tarracensis, Carthaginensis, Lusitanæ & Betici fecerunt, & ex precepto Papæ Leonis ad Balconiam Episcopum Galicia transmiserunt.

Epistolæ Leonis xc. consimiliter addiderunt. Deditus itaq. literas ad fratres & coëpiscopos nostros Terraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atq. Gallicos, eisq; concilium Syndi generalis indiximus, &c. Horum additamentorum falsitatem multa convincunt. 1. quod ne trecentis quidem post Leonis obitum annis Sedes Romana potestatem habuit indicendi Syndos in Hispania. 2. quod ne in Italia quidem generalem Syndum indicandi potestatem habebat, sed eius inductionem ab Imp. Theodosio II. suppliciter petens ep. 9. impetrare non potuit A. D. 449. 3. Quod nusquam comparant illæ Leonis ad Terraconenses, &c. literæ, quæ tamen vel maximè conservari debuerant, ut essent documentum Papalis in Hispania jurisdictionis. 4. quod dicitur primum Toletanum concilium, habitum est temporibus Arcadij & Honori Stilichone Confule. h. e. anno Domini 405. annis 35. antequam Pontificatum adipisceretur Leo.

p. 54. Non efferrata Acacij Antiocheni antistitis ele-

A dio, nisi illa à Simplicio Rom. Papa confirmaretur.

450. Fuit hæc Simplicii, fuit hæc cleri Rom. simplicitas, ut in dominatus argumentum omnia raperet & torqueret, quæ fuerant aliorum instituta.

Cujuslibet Diœcœlos Exarchus tenebatur ordinationem suam cum omnibus suæ Diœcœlos Metropolitanis, tum omnibus Diœcœson Exarchis significare, fidei suæ formulam ad illos mittere, conservandæ scilicet unitatis ac doctrinæ puritatis ergo. Clerus Romi. omnes hujusmodi literas quasi totidem servitutis ac fidei præstite syngraphas interpretabatur.

Inficias ire nolim Episcopos tum ad Ortum, p. 36. tum ad Occasum olim aut à populo, aut à clero, aut à Metropolitis, aut ab aliquo ejusdem provinciae Episcopio electos ac consecratos esse. Huic enim rei fidem adstruit Cyprianus l.1.ep.4. Theodoreus hisp.l.1.c.9. & l.5.c.9. ceteriq; Patres ubiq; testantur: sed id factum afferro non divino, sed humano jure.

454. Scilicet Christus voluit ut omnes gentium omnium Episcopi suam ordinacionem ab Ep. Romano peterent, & tamen id rescivit nemo, totos quadringentos annos, quin potius contrarium omnes Ecclesiæ sensisse, docet continua primorum seculorum praxis, & ut loqueris, omnes ubiq; Patres, Theodoreto saltem antiquiores aut σύγχρονοι, ne verba tua latius quam orationis tuae series postulat, extendam. Theodoreus autem quinto seculo vivebat. Ne verò, quod hic fateris, alibi neges, memineris quam id sit copiosè solidèque demonstratum, tum ab aliis, tum nuper à nobis elogiorum Babylonis cap.

14. 33. 34. 75. Sed age licuerit reliquis omnibus Ecclesiis jus illud dñvinum, cuius ne apex quidem usquam unquam comparuit, ignorare, per multa secula non debuit papæ saltem innotuisse? Qui fit igitur, ut continuam illam omnium Ecclesiæ per quinque saltem secula praxin ne Papa quidem ullus damnarit? ut nullus

nullus eorum contestatus sit Petro, Christo, juri divino fieri manifestam injuriam, nisi quotquot sunt ubique terrarum, omnes Episcopi suam ordinationem à Papâ, virtute spiritualis influxum ab illo capite petant? Petrum quidem passim crepabat fastus Romanus, sed nondum eō processerat impudentiae, ut hoc obtentu Continuam Ecclesiarum omnium praxin auderet impietatis aut injustitiae damnare? Sensim & quasi sine sensu fuit illi irreperendum, & incautorum cervicibus imponendum jugum prioribus seculis ignotum.

Itaque vide quād dolosa sint verba tua, cūm ais: D. Leo serm. 3. in assumptionem suam ad Pontificem hac verba: *Pasce oves meas, accipienda ostendit, ceteriq. Patres consentiunt, qui Rom. gregem Ecclesia commissum asseverant: eius est Episcopos constituere, solio pellere, restituere, &c.*

Certè Romanus Episcopus Ecclesie Romanæ regimen accepit, eoq; Petri cathedralm insidet, ut & reliqui pastores. At quod huius esse vis Episcopos constituere, &c. quasi Patres id διοικεῖσθαι, μονάρχως profitantur, id quād falsum sit, ex tuis ipsius verbis colligi potest. Unde sequtur, Patres credidisse, Romanum accepisse regendam Ecclesiam tuam, non totam, non omnes Ecclesias, quād plurimarum ne nomina quidem ad ipsius aures pervenissent. Sed ipsius imperii Romani Ecclesie quād contrariam tuæ sententiam haberent, vide A.D. 476. Imp. Zeno sic sancit: *Sacrosanctam huius religiosissimam civitatem, Constantinopoleos, Ecclesiam, & matrem pietatis, & Christianorum Orthodoxa religionis omnium, in imperio scilicet Romano viventium, & eiusdem regie urbis sanctissimam sedem, privilegia & honores omnes super Episcoporum creationibus & jure ante alios residendi, & cetera omnia, que ante nostrum imperium vel nobis imperantibus habuisse dognoscitur, habere in perpetuum, firmiter regie urbis intuitu judicamus & sancimus.* Dat. XVI. Kal. Ian. Armatio V.C.

A Conf. h. e. quindecim diebus ante finem anni, quo Romam & Italiam invaserat Odoacer, unde concludebat Zeno. Cum Constantinopolis & Roma simul essent imperii Romani sedes, harum urbium Episcopos reliquis omnibus antestare voluerunt Oecumenicæ Synodi A.D. 381. & 451. Nunc cūm sola Constantinopolis sit imperii mei sedes, huius Episcopum simpliciter omnibus, in imperio videlicet viventibus, meo non tantum antestare, sed & praesesse volo. Imperatores autem hujusmodi constitutiones vix unquam faciebant, nisi de Synodorum sententia. Utut sit, nemo comparet eo proximove seculo, qui decretum istud improbabilit. Contùa, qui Zenoni successit, Anastasius A.D. 491. Zenonis decretum ita confirmat: *Privilegia magna Ecclesia Constantinopoleos, & sub ipsa administratarum & sustentatarum venerabilium domorum custodiuntur.* Et quæ sub Justino Anastasi successore convocata est Constantinopolitana Synodus A.D. 518. cūm Patriarcham Constantinopolitanum vocat Oecumenicum, omnino Zenonis constitutionem sibi placere testata est. Idem testatus est Justinianus I. A.D. 530. & seqq. Imperatores, tum eō quod titulum hunc Episcopo Constantinopolitano continuarunt, tum eō quod Zenonis Constitutionem Codicis Justinianei lib. 1. tit. 2. lege 16. insertam cum aliis ratam & gratam habuerunt.

D

### Caput XVII.

## PAPÆ POTESTAS SEXTO SECULO.



Atres quarte Synodi Romane p. 55. statuta Basili dicunt nullius roboris esse, quod nullius Romani Pontificis subscriptione firma ta sint.

In hac Synodo, in eius Præside Symmacho specimen habemus insigne, tum imbe-

imbecillitatis, tum vitiorum cleri Romani. Infirmitas patet, quod ne Romæ quidem Synodus ex regionibus extra Romanam Diœcesim satis constantem convocare posset, sed ad id opus haberet decreto Theodorici, quantumvis Ariani Gothorum Regis. Sic enim incipiunt acta Synodi: *Sancta Synodus apud urbem Romam ex precepto glorioſissimi regis Theodorici diversis regionibus congregata in Christi nomine dixit: Cum ex diversis provinciis ad urbem Romam convenire sacerdotes regia præcepisset authoritas, De evocatione Synodali clementissimo Regi gratias retulit. Digna res visa est maximo Sacerdotum numero. Decernere tamen aliquid Synodus sine regia notitia non presumpfit. Itius est regis preceptionibus Papa Symmachus. Iterum nos ad iustitiam contulimus principalem. Vnum tanta rei restabat, unde Deo pareremus, inquit ipse Symmachus, scilicet ut sancti principis, qui amen Arianus erat, voluntate invitaremus Senatum amplissimum.*

Jam quidem A.D. 499. habuerat Synodus Symmachus, huiusmodi præfatione carentem, quod ex suâ tantum Diœcesi eam convocasset. At hanc licet ex duarum tantum Diœceseon Mediolanensis scilicet & Romanæ provinciis ex Italia solâ conflatam, ut convocaret opus habuit autoritate regiæ, quod videlicet fuisset hæc hactenus perpetua praxis Ecclesiæ, ex quo Principes christianos habere cœpit. Ratio pater, ne Diœcesis in Diœcesim insurgeret, quoties ex pluribus Diœcesibus erat convocanda Synodus, fiebat id Principis tam huic, quam illi Diœcesi imperantis autoritate. Quæ dicuntur tertia & quartæ Synodi Romanæ re verâ sunt unius actiones duæ præpostero ordine collocatae. Quæ quarta dicitur, habita est *Ruso magno, Fausto Avieno Coss. X Kal. Nov. A.D. 501.* Quæ tertia dicitur, habita est iisdem Coss. *VIII. Idus Nov.* In ea sessione lectum damnatumque decretum, quo Basilius Ecclesiasticorum bonaram alienationem omnem prohibuerat

A tempore Simplicii I. Quam vitiosus tum esset clerus Romanus, docet ambitus inter Laurentium & Symmachum tam furiōsus, ut eius occasiones, cædes, rapinas, & innumerabilia perpetrata testentur Theodorus, Anastasius, Platina. Et illi quidem præcipuam in eum, qui credere coactus est, culpam conferunt, sed fastus Symmachi per Ennodium, cautam suam agentis, satis testatur Symmachi deteriorem fuisse causam. Quin & quam bona

B fide Symmachi Synodus ageret, hinc collige. Dum Theodoricum videbat, nihil non deferebat illius autoritati, clementiæ, sanctitati. Simulac digrestum vidi: *Dicite, inquit, vobis quid videtur? De melicuit laico legem dare?* Sancta Synodus dixit: *Non licuit.*

C Hem, sanctitatem! Theodosianum codicem videbant præsertim libro XVI. plenum legibus à laicis, si modò Principes laicos vocare licet, latis tam circa res Ecclesiasticas, quam circa res politicas. Uni Basilio non licuit de rebus Ecclesiasticis leges ferre? Quid: quod Basilius legem illam non ferebat proprie, sed rogabat. Sic enim Synodo dicebat: *Si amplitudini vestra, vel sanctitati placet, &c.* Deinde, cum videri velint idem fancire quod Basilius, quid erat causa cur Basilio, cur Odoacro pridem defunctis tantopere succenserent? Causam vide dignam astu, dignam fastu Romano. Quandiu sola Synodus vetat ne quis Ecclesiæ bona vendat, putat futurum ut sibi liceat, quoties voluerit, exceptiones legibus se satis apponere. At cum Basilio rogante, Synodo annuente, dein Odoacro confirmante lex ferebatur, ne Synodo quidem fiebat potestas Ecclesiastica bona dilapidandi, sed, si quid expediret vendere, permissione Principis opus erat. Quidni? Quod Princeps latitus est, quidni vetet, ne sine suâ permissione distrahatur à quoquam? Interim hoc frenum decoctoribus injectum urebat licentiæ cupidos Episcopos, & dum duo-

duorum Principum defunctorum cinetibus insultant, putabant futurum, ut in posterum nihil tale statueret quisquam princeps. Sed frustra fuerunt. Nam multis adhuc post Symmachus mortem seculis obtinuit id quod abolitum volebat Symmachus.

In exordio actorum eiusdem Concilii, hac leges: Memorati Pontifices, quibus allegandi imminebat occasio, suggesterunt; Symmachum, qui dicebatur impetratus, debuisse Synodum convocare.

P. 55.  
502.  
P. 55.  
519.  
520.  
P. 55.

Potest id intelligi de Synodo, quam Symmachus habuit A.D. 499. quam sanè Synodum, cùm ex sola Diœcesi Romana convenisset, potuit & debuit Symmachus convocare. Alioqui locus ille, quem laudas, variis electionibus & mendis ita scatet, ut quid sibi velit Synodus, non facile sit divinare. Deinde, non si quis in Synodo plusculum tribuit sedi Rom. continuò sequitur hanc totius Synodi fuisse sententiam.

Johannes Episcopus Constantinopolis, Hormisdam vocat Patrem Patrum adorandum.

Johannes fortè scripsérat τερτιωνά, qua voce quilibet honor civilis designatur. Tamen editio Coloniensis anni 1538. f. 560. sic habet: Hormisdæ sancto & beatissimo fratri & Papa magne Rome. Ibidem Justinus Imp. Hormisdam vocat Archiepiscopum alma urbis Rome & Patriarcham. & f. 563. Hanc chartulam vobis merito dirigendam credidimus, ut à restra sede etiam tenor eius admissus ad colligendas proficiat, & adornandas ubiq; venerabiles Ecclesias & Hierosolymitanam præcipue, cui tantum omnes favorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea se se discernere. Quis ante Justinum Princeps, alicujusve nominis Doctortantum tribuit sedi Romanæ?

Pompeius vir apud Iustinum Thracem præcipue authoritatis Hormisdam vocat Archiepiscopum universalis Ecclesie.

Græcè scripsérat καθολικός. Pridem obtinuerat, ut Orthodoxi dicerentur Catholicæ. Latini durius dixerunt Universales. Sed

A plūs tribuit Episcopo Constantinopolis Synodus A.D. 518. habita. Vocat enim eum Universalem, sive mavis, Oecumenicam Patriarcham; qui titulus deinceps cœpit esse tralatitus, cuius antehac usus mihi quidem nusquam occurrit, nisi in adulatorio trium monachorum libello, quem obtulerunt Leoni I. quem act. 3. Concilii Chalcedonensis lectum supra meminimus.

*Iustinianus ep. ad Ioannem Papam Ecclesiam p. 55. 57.*  
Romanam caput omnium Ecclesiarum vocat, ad cuius notitiam omnes de rebus Ecclesiasticis controversias referre oporteat. *Idem Iustinianus p. 15. 16.*  
Imp inquis, Constantinopolitano Patriarche docet egisse perpetuò, ut pacem & conjunctionem Ecclesiasticam cum Romano Pontifice integrum conservaret. Nec enim, inquit, volumus quicquam eorum, quæ ad Ecclesiastatum pertinent, ed inconsulto decerni, cùm ipse sit caput omnium Dei Sacerdotum, quoniam hoc semper servatum est, si quando ad ortum hæreses exorte sunt, ut non nisi ex eius sententia profligarentur.

Non desunt, qui literas illas sublestæ fidei credant esse, quod etiam post, sed imprimis ante Constantinum hæreses multæ damnatae sunt inconsulto Pontifice Rom. imprimis cùm ipse Pontifex damnabatur, ut Victor ab Asiaticis & Ireneo, Stephanus à Cypriano, Marcellinus ab omnibus piis, Liberius ab Hilario, Zozimus & Bonifacius ab Africanis. Præterea ipse Justinianus paſſus est Vigilium ab uxore Theodora male tractari, fine per plateas raptari, quin & eum ipse curavit excommunicandum ab Oecumenicâ Synodo V. & in exilium ablegavit, donec Synodi placitis acquievit ac subscriptis. Tertiò Justinianus Nov. 123. cuiusque Diœceſeos exarcho summum jus intra suam Diœcesim tribuit in rebus Ecclesiasticis. Sed ut demus hæc à Justiniano scripta, saltem ex iis quæ diximus, colligere possumus, qua mente, quo sensu scripsérit. Adulatorio videlicet animo scriptis Romani Pontificis ambitioni gratificans,

ut eius beneficio amissum urbis Romæ principatum recuperaret. Sensus verborum hic esse potest: Episcopum Rom. omnium in imperio Romano degentium Episcorum esse caput, h. e. primum, quoties ad jugulandas hæreses Oecumenicæ, hoc est, ex omnibus imperii Rom. provinciis congregatæ fuerunt Synodi, ad eas & invitatum & invitari debuisse Romanum Episcopum. Alioqui quam hæresim jugulârat, quod dominatus primatusve specimen unquam ediderat in Ecclesiastis trans Euphratem, trans Cancri tropicum sitas? Sed Justinianum ipsum audiamus. Ita dicitur Johanni scripsisse C. de Summa Trinit. lib. i. lege 8. Omnes sacerdotes Universi Orientalis tractus & subjecere & unire sedi vestra sanctitatis properavimus. Non suberant igitur illi, & quod propter antea fecit Justinianus, id re maturius deliberatâ mutare potuit, & mutavit omnino, nisi subjectionis huius vocabulo fatearis nihil aliud intelligi, nisi ut sedes Constantinopolitana sit secunda, non prima. Non patimur quicquam, quod ad Ecclesiistarum statum pertinet, quamvis manifestum & indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestra innotescat sanctitati, que caput est omnium sanctorum Ecclesiistarum. CAPUT. h. e. prima sedes. Alioqui cum videret se nihil his blanditijs profecisse, post Johannis I. mortem A. D. 530. Lampadio & Oreste Coss. ita sancit C. de Episcopis lib. i. lege 24. Constantinopolitana Ecclesia omnium aliarum est caput. Recuperato vero Romæ principatu, ut eam sibi redderet obsequientiorem, tum rursus A. D. 541. Basilio Cos. Novella 131. sancit: Senioris Roma Papam esse primum omnium sacerdotum, sanctissimum vero Constantinopolis Archiepiscopum secundum locum obtinere, ac reliquis omnibus anteferriri.

Sed quoscunque tandem titulos sive novæ, sive veteri Romæ daret, jurisdictionis illorum limites ita definit A. D. 530. sui codicis lib. i. tit. 4. lege 29. Sancimus,

A ut nemo venerabilis clericus ab aliquo sive clero, sive laico ab initio apud beatissimum provincie Patriarcham accusetur, sed prius juxta sacra instituta apud Episcopum civitatis, in qua clericus versatur, tum si is suspectus sit, apud metropolitatum episcopum reum agat. sed si forte ne ei quidem, actori videlicet, accusatio placuerit, ad sacram eius regionis Synodum accusatum deducat, & cum Metropolitano tribus convenientibus religiosissimi episcopis, qui ceteris propter ordinationem preferuntur, de causa coram tota Synodo cognoscatur. Jubetur tota Synodus cognoscere, tres vero vetustiores Episcopi cum Metropolitano jubentur litem instruere, & si quidem ei, qua judicata erunt, placuerint, ab accusando discedat. Si vero se laedit etiamaverit, provocet illius provincia beatissimum Patriarcham, atq. iis, qua ipse judicaverit, omnino parat, perinde ac si ab initio judicem esset consecutus. Nam contra horum antistitutum sententias non esse locum appellationi, à majoribus nostris constitutum est, nempe si judicaverit ex Synodi Diœceos sententiâ. Quod si solus judicaverit, sive Patriarcha, sive Metropolitanus, tum locum habebat id quod addit ibidem Justinianus, imprimis si qui condemnabatur, esset Episcopus. Enimvero si remissa causâ ad sanctissimum Patriarcham, aut ad aliquem ex religiosissimi Metropolitanis, aut ad alium Dei amantissimum Episcopum sententia lata sit, que alicui parti dispiceat, ac provocetur, ad Archiepiscopalem banc sedem, Constantinopolitanam videlicet,

D referatur appellatio, in qua, ut adhuc servatum est, lis cognoscatur. Ita, cum olim Metropolitanus non nisi de Synodi suæ consilio sententiam ferrent, Episcopi non nisi de sui Presbyterii consilio, ac vicissim à Metropolitanus sententiâ non daretur provocatio, nisi forsitan ad Synodum Diœceos: paulatim factum ut Episcopi, Metropolitanus, Exarchi vel Patriarchæ soli non rogatae sui Senatus sententiâ judicarent, ac vicissim ab omnibus illorum sententiis daretur provocatio, præterquam à Constantinopolitanus Patriarchæ in Oriente, vel

vel à Romani in Occidente sententiâ. Ita A videtur conciliandum n̄ èvanloφav̄es le-gis Justinianeæ, nisi quis dicere malit ad-versus Patriarcharum sententias non esse locum appellationi, σὲν ἐκκλησίᾳ τὸς τῶν πατριαρχῶν φίλων, ut loquitur Photii κείμενον tit. 9. cap. 6. pag. 81. cùm Patriar-cha Metropolitani sententiam confirma- verat, quod si eam infirmasset, & is, quem Metropolitanus absolverat, contenderet injuriā à Patriarchâ vel Exarcho sibi fa-ctam, tum illi licebat ab inferioris Exarchi B five Patriarchæ sententiâ provocare sal-tem in Oriente ad Constantinopolita-num Patriarcham.

p. 45 ss. 56. Iustiniani aeo Anthemius Constantinopolis Episcopus Apostolicum patrem Agapetum I. cate-ris Episcopis superiorem expertus est, à quo ut Monothelita sacro Magistratu avire coactus, ut Zonaras & Cedrinus.

535. Anthemius Patriarcha cùm esset, non poterat à paucis aut infimi sublellii Epi-scopis sede moveri. Cùm igitur Agape-tus Constantinopolim venit, licet Ariani Regis Gotthorum Theodati legatus, ta-men quia se profitebatur Orthodoxum, huius & aliquot Episcoporum judicio da-mnatus est Anthemius & sede pulsus, eiq; substitutus Menas A. D. 536. quomodo paulò post, tum Menæ, dein Eutychii, tum aliquot Episcoporum judicio Vigi-lius E. R. damnatus est.

p. 56. Anthemius prius ab Agapeto, quām à Synodo damnatus est & solio pulsus.

Ita nihil egerat Agapetus, nisi senten-tiam eius subsecuta Synodus confir-masset.

p. 56. Agapetus vocatur Episcoporum Princeps in monumento ex Vaticana Bibliothecâ.

535. Quid? nescis cuius fidei sit δικής με-γά-το; Potestis te jugulare, juvare non po-test, maximè testis, quem laudas, adulatio-nis fœdissimæ manifestus. Tamen hic quoque testis Menam Episcopum Con-stantinopolitanum vocat Apostolicum & V-niversalem; quem titulum egregio Sophi-

A smate incrustat Batonius: Universalem, in-quid, h.e. subiectarum sibi provinciarum. Quid verat igitur, quo minus etiam Eugabintum Episcopum Universalem voces, ut universarum sibi subiectarum ovium pastorem?

Quinta Synodus act. 4. per Menam Patri-archam Synodi Presidem italoquitur: Nos Apo-stolicam sedem sequimur, & obedimus, & ipsius communicatores habemus communicatores: & condemnatos ab ipsa etiam nos condemnamus.

B Sanè Synodo quintæ præfuit Mena, non Episcopus Rom. Sed, cùm alias Me-na vocetur Patriarcha, dubitari potest, an Archiepiscopus, qui, quæ laudas, dixit, sit Mena. Si Mena non est, sedes A-postolica dici poterit h̄c Constantinopo-litana. Sed demus Menam loqui & Ro-manam sedem intelligere, non est hæc u-niversalis, sed singularis enuntiatio, cuius hic sensus est: Scimus Anthimum eiusq; complices ab Agapeto meritò damnatos, quam ob causam eos nos quoque damna-mus. Sed vide, quantò tum pluris fieret Imperatoris, quam Papæ sententia. An-thimum damnaverat Agapetus causæ co-gnitionem illi tribuente Justiniano: Sen-tentiam Agapeti confirmaverat Synodus Oecumenica jussu Justini convocata: Tamen pendet adhuc Synodus ab Im-pe-ratoris nutu: Nihil inquit hic ipse, quem laudas, eorum quæ in sanctissima Ecclesia mo-ventur: Convenient fieri prater opinionem & jus-sum Imperatoris. Rogamus itaq; vestram cha-D ritatem in presentia quiescere, ut nos tempus accipiamus, adducere ad pias suas aures ea, quæ à nobis exclamata fuerunt.

Nicephorus l. 17. c. 26. author est Menam à p. 56. Vigilio communionepulsum.

C Quando testis hic tibi placet, inte-grum eius testimonium audi. Ed, Vigilius, insolentie progressus est, ut & Menam à commu-nione quatuor mensibus excluderit. Idem sanè & Menas adversus illum fecit. Sedenim Iusti-nianus rebus huiusmodi ad iram commotus, qui eum comprehendenter, misit. Vigilius autem sibi metuens ad Sergii Martyris aram confugit, &

sacris ibi fistulis implicitus, non priùs inde extratius cessit, quām illas evertit. Erat namque magnus & corporis statu vastus. Postea verò cùm eius rei Iustinianum proæniteret, partibus suis interponente Imperatrice Theodora Vigilium suscepit, atque ille rursum Menam ad communionem admisit, hoc est, alter alterum solvit & admisit. Quum Vigilio succenfebat Theodora, Vigilius eam Justiniani beneficio sibi conciliavit. Ubi Justinianum sibi sensit infestum, eius iram Theodorae beneficio placavit, quam Eutychianam fuisse non dubium est. Neque multò post rursus à Synodo damnatus, in exilium relegatus non priùs relaxationem obtinuit, quām pollicitus est se, pariturum Synodo, quod & præst*er*it. Hæc erat Vigilius sanctitas, ut non nisi malo coactus officium faceret.

Vigilius successor Pelagius ep. 16. Childeberto Francorum regi fidei suæ rationem reddit, non ut rege inferior, quod inscritè volunt adversari, sed ut quintam Synodum jure se probasse ostenderet:

At quoties Regi quis minimè regiæ dignitatis ostendit se rectè fecisse, facit id ut inferior. Demus tamen invalidum esse non r*egi*ma, tamen erit hæc tuorum, non nostrorum inscritia. Nam tui, quoties aliquis Episcopus Episcopo Rom. rationem fidei suæ reddit, protinus concludunt eum id facere, ut inferiorem.

Cum uterque sit ejusdem sacerdotii, perineptum est tuorum argumentum: sed in tuos appositè retorquetur, maximè cùm novum non sit Episcopum inferiorem esse rege. Cæterum vide, quām prudenter moneas à Pelagio probatam Synodum, quæ Vigilium anathematismis adegit ad obsequium sibi debitum. Sed quidquid obtenderet Pelagius II. damnatus est ab Istris, Venetis, Africanis, tum ipse, tum Vigilius, quod subscripti sent actis Synodorum habitarum annis 536. & 553. Imprimis improbabatur damnatio trium capitulorum, Theodoreti scilicet, Theodori Moplystensis & Ibae,

A quod ea pertinere videretur ad contumeliam Synodi Chalcedonensis. Quam obbrem A.D. 593. Constantii Mediolanensis Episcopi consecrationem improbarunt aliquot Episcopi & Theodelinda Longobardorum Regina, quod diceretur Constantius in damnationem trium capitulorum consensisse, Romæ sub Pelagio II. quo nomine Constantium excusans Gregorius I. lib. 3. ep. 2. 3. 4. 33. 37. non profitetur disertè subscripterit, nec ne Constantius huic trium capitulorum damnationi, sed hoc tantum exsertè contestatur, se fidem Chalcedonensis Synodi Sancte per omnia illibatam custodire, sciens videlicet quām non tantum Constantio, sed & sibi necessaria esset hujusmodi protestatio. De quinta vero Synodo sic Constantio responderet ep. 37. Nos sicut voluistis, ita fecimus, ut ejusdem Synodi mentionem nullam faceremus.

Aiunt Gallia Episcopos ab obedientia Romani Pontificis semper fuisse liberos. Contrapronuntiat ep. VI. Pelagi primi testantis se magorum exempla suas vices injungere Sapando Arelatensi.

Quos majores suos intelligat Pelagius A.D. 553. I. non est obscurum, Symmachum videlicet & Hormildam, à quibus idem tentatum monuimus. Utrumque videre potuerat Pelagius. Sed quod semel atque iterum usurpavit Romanas sedes, id continuò veluti vetustum & seculorum aliquot præscriptione firmatum ostentat. In titulis istis offerendis docuit Roma, quām ambitiosa, quām insidiosa sit eius liberalitas. Quidni verò potuerunt legationes istæ tum esse jurisdictionis omnis expertes, ac nuda ministeria ad significandum, cui diei Paschatis celebrationem assignaret Alexandrinus Patriarcha, vel tale quidpiam? Interim quām pulchrè suum ipse dominatum imprudens evertat Pelagius, vide. Quamvis, inquit d. 21. Universæ per orbem catholice & apostolice constituta ecclesia unus thalamus Christi sit, tamen sancta Rom. Ecclesia catholica & apostolica nullis Synodis

constitutis ceteris Ecclesiis pralata est, sed evange-  
lica voce Domini & Salvatoris nostri primatum  
obtinuit. Tu es, inquiens, Petrus, &c. At quid-  
quid his verbis Petro promittat Christus,  
nihil hic, nihil usquam alibi promittit  
Romæ, Romanové Præfulti. Licet autem  
primatum ordinis Episcopo Rom. con-  
cesserint potius, quam decreti delibera-  
tione constituerint Synodi, tamen prima-  
tum potestatis, quem sedes Rom. sibi  
vindicat, in omnes Ecclesiæ meritò dicit  
Pelagius à nulla Synodo tributum sedi  
Rom.

p. 56.  
587-  
*Sub Pelagio Ioannes jejunator Universalis &*  
*Oecumenici Patriarche sibi sumpsit titulum,*  
*quem ne Romanus quidem Pontifex ita usurpat,*  
*ut despectis fratribus Episcopos appetat solus vo-*  
*cari ait S. Gregorius l. 4. c. 38. quasi ceteri sint*  
*eius vicarij; Sed universalis dicitur, quia per uni-*  
*versum orbem propagata Ecclesia pastor est. Pe-*  
*lagius II. & Gregorius I. nusquam ajunt*  
*sibi, sed Antichristo, Luciferové conveni-*  
*re titulum hunc. Nunquam Johannes*  
*dixit, se solum Episcopum; nullo argu-*  
*mento probat Pelagius aut Gregorius Joh-*  
*annem fratres despicere, nisi quia titu-*  
*lum hunc sibi tribuebat, quem ad reli-*  
*quorum contumeliam pertinere contendebat*  
*Gregorius, quia si quis est Oecume-*  
*nicus aut Universalis Episcopus, reliqui*  
*jam titulo tantum tenus sunt Episcopi,*  
*quod in Papam multò melius convenit,*  
*quam in Johannem. Nam dominatus,*  
*quem Papa sibi tribuit, is est, ut reliqui,*  
*qui jugum illud subeunt, sint tantum Vic-*  
*arii Papæ, adeò ut vel Diacono, quem*  
*Legati titulo cohonestaverit, cedere de-*  
*beant. Itaque tu disertè, falso sum est, inquis,*  
*omnes Episcopos ex equo Christi vicarios esse, quia*  
*scilicet vis unum Papam Christi, reliquos*  
*omnes Episcopos Papæ vicarios esse. Joh-*  
*annes nec sibi titulum illum assumpse-  
rat, sed eius usum à Synodis & Imperato-  
ribus ante LXX circiter annos sedi suæ  
tributum cùm invenisset, non putavit sibi  
sedem suam obtentu modestiæ, spolian-*

A dam elogio, quo pridem pacifice frueba-  
tur, nec aliud innuebat nisi se Patriarcham  
esse civitatis imperantis *disputabat*. Sic  
enim passim vocabatur imperium Roma-  
num, tam Orientale, quam Occidentale.  
Quod autem Papæ tribuis, id illinec divi-  
no, nec humano jure convenit.

*Isidorus lib. 2. Chronici de concilio Tolitano p. 56.*  
B tertio loquens, sic inquit: *Interfuit tunc digni-*  
*tate primus ille Catholicus & Orthodoxus Leand-*  
*rus Hispanensis Archiepiscopus, & Romana Eccle-*  
*sia legatus.*

Hæc habes à Baronio, qui commentum  
istud affingit Isidoro, cuius opera Lutetiae  
edita sunt, sed in neutro compatent  
hæc quæ laudas. In Chronico Gottho-  
rum Reccaredum & Synodorum ab eo  
celebratum memorat; Leandi non me-  
minit; in Scriptoribus Ecclesiasticis Leandri  
res gestas celebrans huius concilii non  
meminit. Conciliorum editiones Colonienses  
 anni 1538. & 1551. huius Leandri  
ne nomen quidem habent. Per errorem  
omisum vult Baronius A. D. 589. §. 44.  
C Sed cur Præsidis potius quam subsequen-  
tium Episcoporum nomen fuisset silentio  
transmissum? At enim Baronio suffigium  
istud eripit conciliorum editio Coloniensis  
 anni 1606. quæ Leandri nomen  
subscriptionibus inserit, sed quarto loco.  
D Quartum quoque Locum Leandro dant  
rerum Hispanicarum scriptores Tarapha,  
& Mariana. Si Roma legatum habuisse  
Leandrum apud Reccaredum Regem,  
fuisset illi notissimus Reccaredus. At bi-  
ennio post hanc Synodum erat adhuc illi  
prorsus ignotus. Quippe Gregorius I. A.  
D. 591. lib. 1. ep. 41. de Reccaredo scribens  
ad Leandrum: *Huius, inquit, dum mibi per*  
*scripta nostra mores exprimitur, amare meetiam,*  
*quem nescio fecisti. Videlicet ita loquere-*  
*tur Gregorius, si Pelagio, cui nuper suc-*  
*cesserat, suam ad Orthodoxam fidem*  
*conversionem & huius concilii convoca-*  
*tionem deberet Reccaredus & totum*  
*eius regnum? Sed cui extra regnum Hi-*

spaniae debetur hæc laurea: Gallia possit eam multò justius sibi vindicare, quod Reccaredo nupsisset filia Childeberti, neptis Sigeberti Mediomatricum regis. Concilii convocationem, & regni reformationem uni secundum Deum sibi vindicat Reccaredus, concilium ita compellans: Non incognitum vobis esse ror, reverendissimi Sacerdotes, quod propter instaurandam discipline Ecclesiasticae formam ad nostre vos serenitatis presentiam evocaverim, & quia decursus retrò temporibus heresis imminentis in tota Ecclesia Catholica agere Synodica negotia denegabat: Deus, cui placuit per nos eiusdem heresis obicem depellere, admonuit instituta de more Ecclesiastico reparare. Ergo sit vobis jucunditatis, sit gaudij (malum jucunditati, gaudio) quod mos canonicus prospectu Dei per nostram gloriam ad paternos reducitur terminos. Sub finem: Flavius Reccaredus Rex hanc deliberationem, quam cum sancta definivimus Synodo, confirmans subscripti. Omisisti verò quæ multò speciosius allegare potueras hæc verba, quæ leguntur in primo canone: Permaneant in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul & Synodica sanctorum Praesulum Romanorum epistola. Sed addititias esse voces istas. simul, &c. quidni credam, cùm sequentium decem Toletanorum conciliorum nullum huiusmodi decretalium meminerit, aut ullam Sedi Romanæ potestatem in Hispanicas Ecclesias tribuat?

p. 56.

Oecumenici, sive Universalis Episcopi titulum B. Gregorius in Episcopo Rom. probat ep. 32. l. 4. quia Petro totius Ecclesie cura commissa est à Domino.

593.

Nos quidem fatemur Gregorium & Pelagium invidiæ potius quam pietatis stimulis incitatos, ut titulum hunc Constantinopolitanæ sedi erectum irent, quā ob causam clamores eorum nihil fecerunt pii. Sed veras tamen voces illis expressit hæc invidia, quæ Bonifacii III. ejusque successorum damnationi sufficiunt. Petro, Paulo, Johanni, reliquis omnibus Apostolis in solidum totius Ec-

clesiae cura commissa est. Sed perpetuus hic est imposturæ Pontificiæ cavillus; quod Papæ credi vult, alter Petrus, alter Christus.

<sup>596.</sup> S. Gregorius ep. 64. l. 7. Indict. 2. De Sede, inquit, Constantinopolitana quis dubitet, eam Apostolice sedi esse subjectam?

Totus Oriens dubitat, imò pernegat, & jam tum pernegabat. Constantinopolis Secundam Sedicem se fatetur esse, non primam. At non quivis secundus cuvis primo subjectus est. Hinc collige, quanto plus imposturæ, plus superbiæ fuerit in Gregorio I. quam in Johanne, Cyriacové, quos damnabat; ut non mihi sit, si clamores eius frustra fuerint. Illud magis mireris, quod de Johanne, qui Gregorii diras contempserat, ita loquatur l. 6. ep. 6. Johanne sancta memoria de hac luce subtracio, &c. Cyriaci sanctitatem primo prædicat, gratulans quod Johanni successisset l. 6. ep. 6. & 7. mox ep. 24. 28. 30. profanum

C Oecumenici titulum rursus impugnat pari successu, nisi quod Eulogius Alexandrinus testatus, se titulum illum Constantinopolitano non amplius tribuere, eundem Romano tribuit, quod Gregorius aversatur l. 7. ep. 30. Nullus, inquit, successorum meorum uti hoc unquam vocabulo voluit.

Gregorius Magnus, inquis, lib. 4. ep. 54. Vigilio Arelatensi Episcopo usum sacri pallij ac vices Sedis Apostolicae & potestatum in Ecclesiæ Gallicas largitur.

D Sub annum 415. Leo I. Viennensis fabebat adversus Arelatenses. Postquam plus subsidii, plus obsequii speravit ab Arelatensis Rōmæ, titulum legationis invenit, cuius vi Viennenses Arelatensis subjiceret.

Quænam primò fuerit hujusmodi vicariatus potestas, non satis constat. Gregorius autem lib. 4. ep. 51. 52. 53. quam amplissimam potuit, eam effecit, honestis Childeberti Francorum regis literis, conquerentis de regni sui vitii. Ideo, inquit, fratri nostro Vigilio Arelatensis civitatis Episcopyses

593.

rices nostras juxta antiquum morem & excellente vestra desiderium, Deo favente, commisimus. Consilium petebat Childebertus, dominatorem mittit Gregorius, & pallio donato, tum Arelatensem, tum reliquos Galliarū Episcopos sibi subjecere molitur. Quid molitus sit, perspicuum; quantum promoverit, incompertum. Quem Leo I. ne Viennensis quidem provinciæ Metropolitam agnoscere voluerat, hunc Galliæ Metropolitam nuncupat l.5. ep.53.

At si conferendi pallijus, si primates, Archiepiscopos Vicarios provinciales instituendi potestatem divinitus accepit Papa, qui fit, ut eius exemplum nullum extet intra quinque priora, tam pauca; sexto Seculo, nulla prorsus trans Euphratem & Meroem totis quindecim seculis?

Doleant, & audiant eundem eodem lib. ep. ad Brunechildam Reginam Francorum, qua petierat ab eo, ut talem in Gallias personam mitteret, qua facta Synodo cuncta, qua contra sacratissimos canones perpetrantur, omnipotens Deo auctore, posset corrigerem.

En quod discordia cives perduxit miseros! Duarum fœminarum Brunechildis Hispanæ, & Fredegondis potentia Romanæ sedis in Galliam usurpationibus viam aperuit. Brunechildis non aliò spestabat, quam ut autoritate peregrinorum ipsa peregrina suam potentiam adversus Fredegondem confirmaret. Te verò ex quo cœlum Italicum spirasti, Galiae tuæ mala non tangunt.

Idem ep.52 l.11. Indict. 6. Iohannem defensorum in Hispaniam legat, ut causam Ianuarii & Stephani Episcoporum cognoscat.

Titulus quidem epistolæ 54. id, quod vis, præ se fert. Sed titulorum horum author potuit Hispaniam vocare tractum aliquot Insularum, quæ non procul ab Hispania sunt, in quas ut & in Sardiniam, Corsicam, Siciliam facile fuit Episcopo Rom. suam Diœcesim expandere. Certe Malacitana civitas, cuius Episcopus erat Januarius, nusquam mihi comparet in

A Hispania. Potuit igitur esse civitas insulæ Capricanæ, cuius monachos à Johanne castigari jubet Gregorius I.11.ep.52. Èò minus mirum videbitur, si Johannes hic ep.53. dicat: Nullam in ante dicto Ianuario culpam, quæ exilio vel depositione digna esset, puniri. Alioqui ne post Gregorii quidem obitum in Hispania Synodos convocabat Papa; sed Rex, ut videre est ex conciliis Toletanis V. & VI. quæ dicuntur Dei & Regis Sunitæ nutu congregata. Sunitam Tarapha regnare cœspisse notat A.D. 626. Sic septimum dicitur habitum studio Chindasundi regis A.D. 690. octavum jussu Reccesunthi regis A. D. 706. nonum canonica definitionis editio septimo Reccesunthi regis anno Christi 708. decimum voto regis ejusdem A. D. 709. quæ varie loquendi formulæ unum idemque significant, nempe iussionem Principis. Quod si tum in Hispania Pontifex Rom. habuisset legatos suos, Vicarios, defensores jurisdictione, quam sibi, talibusque personis tribuit, instructos, an omisissent illi suam, suique Pontificis iura?

Dolent S. Gregorium ep. 10. l. 10. Indict. 6. p. 57. Xenodochio Augustodunensi varia privilegia induluisse.

Dolemus sanè Gallicanas Ecclesiæ sexto vel potius septimo seculo (Nam Indictio sexta convenit anno 603.) non eandem mentem habuisse, quam quinque prioribus seculis habuerant, ac tandem D passas esse sibi privilegiorum & donationum obtenu capistrum imponi. Nec enim aliò tendunt insidianis omnium libertati sedis Romanæ dona, quæ cum revera sint adwæg, superstitione fecit adoranda. Tamen scimus affingi quædam Gregorio I. & privilegium quod S. Medardo Suectionensi, largitus dicitur esse falsi manifestum.

Gregorio Magno Ecclesiam regente Iohannes Patriarcha Constantinop. & Cyriacus eius successor, de principatu cum Romano Pontifice contenderunt, ait Gregor. l. 4. t. 76. 78. sed Iustini,

niani, Iustini, ceterorumq; Imp. judicio B. Petro Romanoq; Pontifici prima sedes adjudicata est, deinde sub Phoca res iterum definita, & Bonifacius III. Constantinop. Patriarchæ, ut debuit, prelatus est.

Quomodo potuerunt Justinianus, Iustinus Gregorio I. primatum adjudicare, Johannis ambitum reprimere, cum tot annis ante Johannem & Gregorium mortui sint? Neque vero recte controversia statum inter Gregorium I. & Johannem jejunatorem explicas. Jam A.D. 518. tribuebatur in Constantinopolitana Synodo titulus Oecumenici Patriarchæ Constantinopolitano. Deincepsque passim hic titulus illi tribuitur in Synodis. Sed forte primus Johannes ad Gregorium I. scribens, subscriptioni suæ titulum hunc adjecit. Quanquam id ab illo factum nolim affirmare. Ut ut sit, vel hanc, vel aliam quamvis occasionem arripuit Gregorius damnandi tituli quasi novi, superbi, diris configendi. Gregorii diræ frustra fuerunt, quandiu vixit Mauritius. Sed postquam eum insignito parricidio jugulavit Phocas, tam magnificis elogiis, tot adulationibus execrandum, illud caput demulxit Gregorius, ut Phocas gratiam relatus Episcopi Generalis & Oecumenici titulum non Constantinopolitano detraxerit, sed cum Rom. Pontifice communicarit. Vide plura Babylonis elogiorum cap. XVI.

### Caput XVIII.

#### GREGORII I. POTESTAS INTRA SUAM DIOCESEM.



Regorii Diœcesis, ut ex imperii notitia liquet, completabatur Hetruria partem, & quidquid in Italia porrigitur ad Siciliam usque, tam ultra quam cis Apenninam, dein Siciliam, Sardiniam, Corsicam, & aliquot alias il-

lius tractus insulas. Intra diœcesim hanc summum, ut ita dicam, imperium obtinebat Gregorius, jubebat, imperabat. Quamobrem A. D. 590. Gregorius I. misit Petrum Subdiaconum suum in Siciliam, qui Vicarii nomine quotannis Synodos convocet. Ita Petrus Vicarii nomine diem & locum indicebat, Synodis præterat, dominatum exercebat.

Hunc designare videtur, cum Justino Siciliæ Prætori scribit: *Ad regendum vero Sicilia patrimonium talem (ut existimo) virum Deo auctore transmisit, cum quo vobis, si, (ut ego expertus sum) recta diligitis, omnino conveniat. Habebat clerus Rom. multis locis latifundia, quibus administrandis præficiendi Vicarios, aut Oeconomos ius habebat. Itaque Petro huic commendat curam Saloniaci in Panormitanio territorio fundi, quem dicit esse juris Ecclesiæ Rom. commendat Marcellum Panormitanum.*

*Necesse, inquit, habemus strenuitati tua præsenti iussione præcipere.*

Penes Prætorem autem erat judiciaria potestas. Huic enim Justino Gregorius, ad quem quandoq; ituri estis judicem, qui judicariam geritis potestatem judicate. Mittebatur is ab Imperatore Constantinopolitano. Cum, inquit: *Vos venisse cognovi ad administrandam Præturam Sicilie, valde gavisus sum.* Huius inter cætera munus erat, ut Romæ frumentum suppeditaret. Id ut sedulò curet Justinus, per omnipotentem, in-

D<sup>icit</sup> quid, Dominum rogo, &c. quia solummodo tanta frumenta transmissa sunt, que pro transacta inductionis anni 598. debito ad replendum Sitionicum (sic Græca voce dicebatur horreum quod Sicilia replere tenebatur) sufficerent. Justinum rogat, imperat Petro. Sic & Honorato Archidiacono Salonitano: *Te in officio ordinis tui administrare precepimus.*

*Vice dominum eum Anatolium constituimus, cuius arbitrio episcopum commisimus disponendum. De quónam Episcopatu loquatur, incertum est.*

Demetrio Neapolitano. Nostra fide, nostro-

1.

2.

10.

18.

18.

2.

10.

11.

14.

157 Cap. XIX. Gregorii I. Potest:extra Diœc. suam. 158

nostroque sicut videntur, poposcisse periculoso, eos in fidem catholicam suscipite.

15. Balbino Rosellano. Pervenit ad nos quod Populonensis Ecclesia sit sacerdotis officio destituta. Unum Cardinalem illic Presbyterum & duos Diacones ordinabis.

Populonium & Rusellas in Thuscia locat Ptol.

40. Anthemio Diacono commendat monachos Surrentinæ Diœcesis. Ea est Picentinorum.

52. Johanni E. Surrentino præcipit consecrationem monasterii.

47. Januarium Caralitanum E. commendat Honorato Diacono adversus oppressionem Theodori magistri militum in Sardinia.

60. Januario Caralitano Catellum commendat.

51. Felici E. Sipontino Canusinam Ecclesiam commendat. Hæc loca sunt in Apulia.

55. Severo visitationem Ariminensis E. injungit.

Plura Gregorianarum hujusmodi iussionum intra suam Diœcensem exempla colligere nihil est necesse, cum hæc ad specimen sufficient, ad demonstrandum, quantus esset illius intra suam diœcensem dominatus. Extra diœcensem vero suam sibi quidem non parum arrogabat; potestatem autem multò minorem habebat, ultra Mare quidem Ægeum propemodum nullam, cis Ægeum pelagus in iis provinciis, quæ supererant Imperatori, majorem, quam in iis, quas pridem amiserant Imperatores; & tamen in iis quoque multò minorem, quam intra suę diœceseos ambitum. Ad id probandum aliquot exempla sufficient ex ipsius epistolis petita.

Caput XIX.

GREGORII I. POTESTAS  
EXTRA DIOECESIM SUAM.



Nno D. 590. Severo Aquileiensi E.

I. 16.

Iuxta Christianissimi & Serenissimi rerum Domini iusserit ad B. Petri Apostoli liminum tuis sequacibus venire te volumus, ut authore Deo aggregata Synodo de ea (qua inter vos vertitur) dubietate, quod justum fuerit, judicetur.

Universis Episcopis Italizæ.

17. Vestram fraternitatem decet cunctos per loca vestra Longobardos admonere, ut, quia ubiq; gravissima mortalitas imminet, filios suos in Arriana heresi baptizatos ad catholicam fidem concilient.

Romano Patricio & Exarcho Italizæ.

B Pervenit ad nos, Blandum Episcopum Hortensis civitatis longo iam tempore in civitate Ravennate à vestra excellentia detineri, & si, ut Ecclesia sine rectore, & populus quasi sine pastore greci consistens defluat. Oportet ut habitâ Synodo palam fiat, si quod in eum crimen intenditur.

Malcho Ep. Dalmatiensi.

C Iohannes, vir eloquentissimus, consiliarius viri excellentissimi Dn. Georgii prefecti per Italiā, insinuavit nobis contra Stephanum Scodenfis civitatis Episcopum, quorundam se negotiorum habere controversias: petiit inter eum & se judicium debere consistere. Propterea fraternalitatem tuam presenti preceptione curavimus admonendam, ut predictum E. ad eligendum compellas venire iudicium.

Episcopis per Illyricum.

D Iobinus excellentissimus vir, filius noster propositus per Illyricum, scriptis suis nobis indicasse dignoscitur ad se sacris apicibus destinatis iussum fuisse, &c.

72. Gennadio Patricio & Exarcho Africæ.

Consilium Catholicorum Episcoporum admoneri precipite. Ex cencilio vero Numidie, si qui desideraverint ad Apostolicam sedem venire, permitte, & si quilibet eorum viae contradicere voluerit, obviare.

Universis E. Numidiæ.

75. Vt et ne primates Donatistas constituant. Petiit per Hilarium Chartularium nostrum à Beata memoria decessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines serventur,

hoc est, contenditis vobis ea jura conser-  
vanda, quæ constanter propugnarunt Cy-  
prianus, Aurelius, alii. Id se concessurum  
profitetur Gregorius, sed verbo tenuis.

II. 14.37. A. D. 592. Natalem E. Salonitanum  
acriter increpat.

15. Universis E. Dalmatiae repetit eisdem  
Natalis reprehensiones.

28. Johanni E. Ravennati mandat, ut de  
causa Violandi & Gaviniani judicet.

36. Universos per Hybernam constitutos  
hortatur, ut redeant ad Ecclesiam, ut desi-  
nant Ecclesia Romanæ communionem  
averfari.

45. 46. A. D. 593. Johannem E. primæ Justi-  
nianæ triginta dierum spatio communio-  
ne privat, ob Hadrianum E. Thebanum  
iniquè damnatum, & Johannii E. Latif-  
fæo male minatur ob eandem causam.

78. Universis E. Corinthiis de eodem, ut  
videtur, Adriano scribit.

68. 69. 70. Mediolanensem E. consecrandum à  
Johanni Subdiacono mandat.

Necesse fuit, inquit, pro servanda consuetudi-  
ne militem, hoc est, Subdiaconū, Ecclesia no-  
stra dirigere, qui eum, in quo omnium voluntates  
atq. consensum concorditer convenire cognoverit,  
à suis Episcopis, sicut vetus mos exigit, cum nostro  
tamen assensu, faciat conservari. Quantum-  
vis nuperum morem, modò dominatiui  
suo faventem, vetustum semper videri vo-  
lunt Episcopi Rom.

91. Apud Joannem E. Constantinopolita-  
num conqueritur, quod negasset se scire  
quid sibi vellet Gregorius, cùm illi pro-  
poneret querimonias quorundam Isaurie  
monachorum, quorum unus Constanti-  
nopolis fuerat fustibus cæsus.

102. Narre de eadem agens causā, Johannem,  
inquit, assersi velle canones custodire. Si videro  
sedī Apostolicæ canones non servari, dabit omni-  
potens Deus quid contra contemptores eius fa-  
ciam. Erant hæc minæ verbosæ, sed irrita-

VII. 7. Amos Hierosolymitanum E. rogat, ut  
fugitivum acoluthum ad se remittat.

15. Rogat E. Numidiæ diligenter inqui-

A tant, an ea Crisonio facta sit injuria, quam  
dicebat.

Columbo E. Numidiæ Paulum E.  
commendans: hortamur, inquit, dilectissime  
frater, ut ei, in quibus fuerit justitia ratio mani-  
facta, manum decenter probere solatii velis.

Eulogium Alexandrinum E. ita com-  
pellat: Indicare quoq. vestra beatitudo studuit,  
jam se quibusdam non scribere superba vocabula.  
hoc est, Se jam Oecumenici titulum E.  
Constantinopolitano non tribuere, quæ ex  
vanitatis radice prodierunt, & mihi loquitur, di-  
cens: Sicut iussi; quod verbum  
iussionis peto à meo auditu removeri, quia scio, qui  
sim, qui es. Loco enim mihi fratres es, mori-  
bus patres. Non ergo iussi, sed qua utilia visa  
sunt, indicare curavi. l. 7. c. 64. Titulus per-  
peram habet de Constantinopolitano Episcopo.  
In quodam, inquit Gregorius, crimen Bi-  
zancenus in Africa, non Byzantius in Thra-  
cia, primas fuerat accusatus, & piissimus Imper-  
ator eum iuxta canonica per nos voluit iudicari.

C Sed acceptis decem aurilibris tunis Theodorus Ma-  
gister obstitit, ut minimè fieret. Tamen piissimus  
Imperator admonuit, ut transmitteremus. Judi-  
ces videlicet in Africam de causa cognitu-  
ros, & quidquid esset canonicum, faceremus. Sed  
videntes contrarietatem hominum, eandem cau-  
sam inirevoluimus. Videtur legendum, no-  
luimus. Vides Gregorium etiam extra  
Diœcесim suam multa molientem, sed  
tentantem potius quam id, quod molie-  
batur, exequente, nisi quoties videbat se  
Cæfaris autoritate munitum, qui quo-  
ties lubebat, rem in unâ diœcesi judica-  
tam, in altera rursus judicandam curabat,  
idque plurimum per Romanum in Occi-  
dentalibus, per Constantinopolitanum  
Patriarcham in Orientalibus provinciis.  
At quantum abesset etiam in Occiden-  
talibus imperii Rom. provinciis Gregorii I.  
potestas ab eo dominatu, quem Gregorius  
VII. eiusque successores sibi vindicant,  
vel unum docebit exemplum.

Cum Salonianus Episcopus esset Dal-  
matiæ Primas, hunc sine consensu suo or-  
dinari

dinati sub finem anni 592. vetat Gregorius l. 3. ep. 16. B. Petri Principis Apostolorum auctoritate præcipimus, ut nulli penitus extra consensum permissionemq; nostram, quantum ad Episcopatus ordinationem pertinet, in Salonitana civitate manus presumatis imponere, nec quenquam in civitate ipsa aliter, quam diximus, ordinare. Et sub finem. Sin vero in qualibet persona ita voluntarius omnium consensus fuerit, ut auctore Deo digna sit, & non sit, qui ab eius ordinatione dissentiat, hanc vobis in eadem Salonitana Ecclesiâ ex presentis epistola nostra concessi licentia volumus consecrari, exceptâ duntaxat personâ Maximi (vel Maximiani) de qua ad nos multa mala perlata sunt, &c. Iniquam hanc prohibitionem insuper habuere Dalmataz, Maximique consecrationem ab Imp. Mauritio confirmandam curarunt, quod siebat non quidem in omnibus, sed in præcipiaturum sedium Episcopis. Huic Gregorius ep. 20. Cognovimus, quod vel surreptâ, vel simulatâ pii sacerdotiorum Principum iussione, dum vitâ dignus non fueris, te ad sacerdotii ordinem cunctis venerabilem prorupisse. Serenissimi Imperatoris animum non ignoramus, quod se in causis sacerdotalibus misere non soleat, ne nostris in aliquo peccatis gravetur. Cur potius Imperatori verendum fuit, ne gravaretur peccatis subditorum suorum, quam Gregorio, ne gravaretur peccatis eorum, quibus novum jugum imponebat? Cur minus licuit Mauricio de Maximi, quam de Gregorii electione cognoscere,? At ipse l. 1. ep. 5. Dominus, inquit, Imperator fieri Simiam Leonem iussit, hoc est, ordinationem meam ratam esse jussit. Sic ep. 53. Episcopis Illyrici gratulatur, quod in personam Iohannis illorum & Serenissimi Principis consensus convenisset. Is erat Episcopus primæ Justinianæ, ut ex ep. 59. constat. Is primas cum esset, tam Imperatoris confirmatione opus habebat, quam Salonianus, Romanus & alii primarum sedium Episcopi. Pergit Gregorius: Additur inauditum nefas, quod post interdictionem quog; nostram, que sub excommunicatione tua

A ordinantiumq; te facta est, cassis presbyteris, diaconibus ceteroq; clero manu militari ad medium diceris deductum. Falsa haec esse constat, cum eundem apud Constantiam Augustam accusans solam Simoniam, & inobedientiam objiciat, & tamen hoc ipsum nefas non semel viderat Roma Damaso suam electionem adversum Ursicinum propugnante, Symmacho adversus Laurentium. Quodnam igitur erat illud inauditum nefas? quod Dalmatae Gregorii B prohibitionem contempserint. Quid si nec Gregorius, nec Romana sedes unquam quidquam tale Dalmatis imperasset? Inauditam iussionem quidni potuit inaudita subsequi inobedientia? Ut tamen etiam fugiens minaci vultu cedere videretur: Præcipimus, inquit, ut usq; dum Dominicis, hoc est, imperialibus, vel responsalis nostri cognoverimus apicibus, quod non subreptitia, sed vera fueris iussione ordinatus, nullatenus tu ordinatoreq; tui attriccare quicquam presumatis sacerdotalis officii. Idem scribit Marcello Scholastico ep. 38. & Constantiae Augustae ep. 78. Serenissimus Dominus discurrente iussione precepit, ut eum venientem cum honore suscipiam. Sed valde grave est, de quo tanta nuntiantur, cum ante requiri & discuti debeat, honoretur. Et paulò ante: Nunc usq; missas facere presumit, atq; ad me venire secundum iussionem Dominorum noluit. Tandem A.D. 595. ipsi Maximo scribens l. 5. ep. 3. Hortamus, inquit, ut ad nos venire omni postpositâ excusatione festines, quatenus servata iustitia hec & cognoscere & finire secundum canonica instituta Christo revelante possumus. Dein ep. 25. Quod indicas serenissimos Dominos, ut illic debeat esse cognitio, pracepisse, nos quidem nullas eorum alias de hac re, nisi ut ad nos venire debeat, iussiones accepimus. Urebat maximè Gregorium, quod in tanto, qui Salonianus sube~~tit~~, Episcoporum & clericorum numero duo tantum essent, qui diutarum Gregorianarum rationem habuissent, Paulinus scilicet Episcopus & Honoratus Archidiaconus, ut ipse conque-

ritut ep. 26. lib. 5. Iteratas Gregorii minas nihilo pluris fecit Dalmatia quam pridem, si Sabinianum Jadrentinum Episcopum excipias, quem eo nomine laudat Gregorius l. 6. ep. 17. quod Maximus contumaciam improbarer. Vetat igitur ne nominis eius inter Missarum solennia mentionem faciat. Eundem l. 7. ep. 12. bono jubet animo esse, quod ob initam cum Maximo communionem sibi male metueret, & culpam deprecaretur, l. 7. ep. 25. Eundem collaudat & de Maximi contumacia conqueritur: Nunquam clementior est sedes Romana, quam cum vindictam exercere non potest. Igitur ubi vidit Gregorius Maximum excusantis specie recusantem id, quod jubebatur, recusationem hanc excusationis instar interpretatus tandem ita scripsit A.D. 598. l. 7. ep. 81. *Quamvis culpabilibus ordinatio- nis tua primordiis grave malum per inobedien- tie culpam addideris, nos tamen sedis apostolicae authoritate usq; ad hoc (ut causa possebat) exar- simus, &c. At ubi tandem salubri consilio usus, jugo te obedientia humiliter submissi, & tua dilectio penitentiam agens, digna se (ut putavi- mus) satisfactione purgavit, redditam tibi gratiam fraterna charitatis intellige, atq; in nostro te receptum consortio gratulare.* Si Romam venisset Maximus, ut à Gregorio jussus fuerat, nihil opus fuisset hac epistolâ. Nam praesenti satisfactione praesentem gratiam imperasset. Si quid aliud eorum quae jubebatur, praesistisset Maximus, non dissimulaturus id fuisset Gregorius; sed cum nihil praeter verba à Maximo posset impetrare, honesta verba loco satisfactionis accepit, & deinceps quem subigere non potuerat, amicum habere conatus est ep. 36. l. 8. Vel hoc unum exemplum sufficit ad demon- strandum, quanto minorem potestatem haberet Gregorius, extra p[ro]m[on]ta[re]m intra Diocesis suam, etiam in iis provinciis, quas Imperator in Occidente reliquas habebat, quasque regebat Praefectus Praetorio Italiae. Quanto minorem habebat in iis

A quas regebant alii Praefecti Praetorio, po- tissimum in Oriente? Quantò minorem in iis, quæ pridem imperii Romani jugum excusserant?

B Quidnam Bonifacio III. largitus sit Imp. Phocas, non satis constat, quia sacer- rimana illius sacra etiam Romanam se- dem puduit. Eam certè suppressit Boni- facii III. vel successorum eius calliditas, ut quod ignotior, eò videretur augustior, amplior, justior. Sed irrita fuerunt omnia tam portentosi Principis acta. Quænara deinceps in Oriente saltem fuerit Con- stantinopolitani Patriarchæ potestas ad annū usq; 1335. quo scribebat Matthæus Blastares, ex illo discere possumus. Is li- tera π. cap. 8. sic ait: Ο κωνσταντινοπόλεως Θρόνος Βασιλείας ὑπηρεμηθείς, ταῖς συνοδι- καῖς φύλαξι περτόνας αὐτοῦ διέταξε. οἷς εἰ δέοιται κατεπλάθουσας τομοι καὶ τὰς ταῖς τοῦ ἐποχῆς Θρόνου γυναικαὶ αὐτοῖς θυγατρίσιοι ταῦτα πληκτέ- ρα τερεπάνθησον αὐταφέρεσθαι Διόγυνων καὶ κείσον. Πάντων τῶν μητροπόλεων καὶ ὑποση- πέων καὶ μοναστηρίων τε κήκλησιν καὶ τεῖχοις καὶ Φρούριοι, ἐπὶ τοῖς κείσοις καὶ κατακέλευτοι καὶ α- θώσοις τῷ δικειῷ πατέρια περχομέναι αὐτοῖς ταῖς τοῦ κωνσταντινοπόλεως τερεπάνθησι καὶ τοῖς τοῦ Θρόνου συνεταιρίαις, τοῖς δὲ σημαντικατέρω- ταῖς ταῖς ταυροπόρηται διδόναις. Ουρίων αὐτὸν καὶ τοῖς αἴτοις Θρόνοις γενομέναις, αὐτοῖς θυγατρίσιοι θητηρεῖν καὶ διορθώσθαι, καὶ περέεις θητηρεῖας τοῦ κελεστον. μωβάτως καὶ μεταρχεῖται καὶ θη- τηρεῖον αἴματην πυράτων καὶ αἵρεστων αὐτοῖς περι- μόνος καθάδισται Διογύνης καὶ γυναικον.

C Crucis usum, tam transvolantis, quam stantis, vetustum esse non negamus. Itaq; Justinianus Novella 131. In Photii No- mocanone tit. 3. cap. 14. τὸ κείμενον iu- bet in consecratione templorum crucem ab Episcopo figi. Quod si cessaret, visum est, ut in quavis Orientalis imperii pro- vincia crucis figendæ ius esset penes Epis- copum Constantinopolitanum. Hoc inter cetera subinnuit Blastares: *Sedes, in- quid, Constantinopolitana, cum imperii sit sedes, Synodorum suffragis prima declarata est, quibus*

concinentes divina Imperatorum leges etiam controversias in aliis sedibus exortas ad huius cognitionem & judicium revocari jubent. Omnia Metropoleon, Episcopatum, monasteriorum & ecclesiarum inspectio & cura, judicium, condemnatio & absolutio proprio Patriarcha reservatur. Constantinopolis autem prasul liceret iam in aliarum sedium finibus, in quibus templorum consecratio nulla est, crucis figere. Quin & in aliis sedibus exortas controversias observare, dirigere, finem litibus imponere. Similiter & in penitentia vel conversione peccatorum & heresone B idem iugis solus est arbiter & norma.

## Caput XX.

GREGORII I. POTESTAS ER-  
CA PRINCIPES VIROS.

Nno D. 590. Imp. Mauricii  
forori Theodistæ sic scribit:  
Mens mea vestra venerationi  
quanta devotione substernitur,  
explere verbis nequeo.

Ecce serenissimus Dominus Imperator fieri simiam leonem iussit, h. e. me iussit Episcopum fieri.

A.D. 591. Sebastiano E. Risiniensi.

Indico suggestionem me apud piissimos Dominos summis precibus plenam fecisse, ut virum beatissimum Dominum Anastasium Patriarcham concessu usq; pallij, ad B. Petri Apostolorum Principis limina mecum celebraturum solemnia Misericordiarum transmittere debuisset. Quatenus si ei ad sedem suam minimè reverti licet, saltem mecum in honore suo viveret, hoc est, si non vult Imperator Anastasium sedi sua restituiri, saltem patiatur eum titulotenus Patriarcham agere, & si non Antiochiae, saltem Romæ cum honore vivere.

Mauricio A. Omnipotenti Deo reus est, qui serenissimus Dominus in omne, quod agit & loquitur, purus non est. Ego autem indignus pietatis vestre famulus in hac suggestione neq; ut Episcopus, neq; ut servus jure Reip sed iure privato loquar: quia, Serenissime Domine, ex

A illo jam tempore Dominus meus fuisti, quando adhuc Dominus omnium non eras. Longino viro clarissimo Stratore veniente dominorum, Mauricii videlicet & ipsius filii Theodosii, legem suscepit, ad quam fatigatus tunc agritudo corporis respondere nil valui. Et paulò post: Ego vero hec dominis meis loquens, quid sum nisi pulvis & vermis? Requirat rogo Dominus meus, quis prior Imperatorum talem legem tulerit, & subtilius estimet, si debuit dari. Ego quidem iussioni subiectus eandem legem per diversas terrarum partes transmitti feci, & quia lex ipsa omnipotenti Deo minime concordet, ecce per suggestionis meæ paginam serenissimus Dominus nuntiavi. Vtrobique que debui, exvolvi, qui & imperatoribus obedientiam præbus, & pro Deo quod sensi minime tacui.

Eidem. In ep. 75. In serenissimis iussionibus suis dominorum pietas dum me de quibusdam redarguere studuit parcendo mihi minime pepercit. Nam in eis urbana simplicitatis vocabulo me satuum appellat. & ep. 76. Ego dominorum iussionibus obedientiam præbus predicto consacerdoti meo, Johanni Constantinopolitano, & dulciter scripsi & humilier, ut ab hac inanis gloria appetitione se se emenderet, admonui, h. e. ut abstineat ab Oecumenici titulo, cui monitioni licet non paruerit Johannes, multò minus Imperator, tamen nec in Johannem, nec in Episcopos Johannis fautores, multò minus Imperatorem anathematis ausus est Gregorius ferre sententiam. Imperatores quod attinet ante Gregorii I. mortem multi fuerant vitioli, multi multa scelera, multa nefanda patraverant, contra jus divinum & humanum, contra bonos mores, contra fidem ipsam, & tamen in eorum nullum anathematis sententiam ferre sustinuit ullus Episcopus Rom. intra sex, imò septem priora secula. Episcopos autem quovis, quoties fidem insignitam quādam perfidiā, prævaricatione vel hæresi temeraverant, poterat alter Episcopus anathemate percellere, & proximas quasque provincias, ut ab eius communione se subducerent,

monere. Sed hujusmodi monitionum frequentior multò fuit usus tertio, quartoque seculo, quam sequentibus, quodrum Episcoporum plerorumque major esset zelus, major æqualitas, dominatus minor. Postquam verò Valentinianus III. Romanum, Martianus, Zeno, Justinus, & sequentes Imperatores Constantinopolitanum Episcopos in tantum fastigium extulerunt, ut alteruter vel utervis in solidum omnibus imperii totius Ecclesiis præcesset, ex illo ruere & retro sublapsa referri Omnia, frigere fides, in dominatum omnia vergere cœperunt; sed ita tamen, ut Constantinopolitanus Orientalibus, Romanus Occidentalibus potissimum imperii Rom. provinciis præcesset, idque velut ab Imperatoribus delegata potestate, qui subinde frenum injiciebant ambitioni, & eorum dominationi metas ponebant, ut quam extra suarum dicectionem ambitum non à Synodis, sed ab Imperatoribus accepissent.

### Caput XXI.

#### PAPÆ GLADIUS TEMPORALIS.



Vem post septimum demum seculum exercere cœpit Papa gladium temporale, eius exerendi jus sibi perpetuò convenisse contendit. Videamus quibus id rationibus adstruas.

p. 30. *Omnium pene gentium, inquis, ea fuit consuetudo, ut sacerdotibus judicia committerentur.*

Falsum certè! Romæ judicia penes Eques aut Senatores, non penes Pontifices erant. Athenis penes ἀρχοντας, non penes ἡγεμονες, Lacedæmone penes Reges & Ephoros, non penes sacerdotes. Idem video apud plerasque nationes, quarum notæ nobis sunt res gestæ.

A *Druidei judicis in Gallia præerant. In Padi-* p. 30. *liis Indica gente mos idem fuit. Turcis Muphti, summus Pontifex obtinet judicia. Caliphas olim Mahometis locum tenuit, Sultanus omnibus ac prefectis jus dixit. Quid si Pædalii sacris operabantur, quæ Principes, ut Noe, Melchisedek, Abraham? non contra? Druidas certè authoritatem suam, ut vates, nō ut sacerdotes obtinuisse constat. Chaliphatur exemplū placet. Ab illis enim didicit Episcopus Rom. Sultanis, hoc est, Imperatoribus imperare, cùm ante Caliphaturum, ante Mahometis exortum non tantum Imperatoribus, sed etiam Imperatorum Legatis subesset, ut ex Concilii Chalcedonensis actione XVI. constat, & ex multis apud Mauritium Imp. Gregorii I. submissionibus iam nato, iam ex ephebis egredio Mahomete. Nos autem querimus, non quid Dæmonum, quid Mahometis, quid latronum speluncam, sed quid Ecclesiam Christi deceat.*

B C *Deut. 17. inquis, ix: dictum capitum in Pontifices collatum, quibus, si abessent, Levite iudicis præerant, que non nisi duobus Levitis assessoribus exerceri poterant, ait Iosephus l. 4. c. 8.*

Imponis Mosi, Venies, inquit Deut. 17. 9. ad Sacerdotes Levitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore. Facies quodcumq; dixerint, qui præsumt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, nempe tali, quod ex Legis divinæ præscripto pro-

D *nunciaverit, decreto iudicis morietur homo ille.* Moses disertè iudicem à Sacerdote distinguuit. Sacerdotis erat docere: Judicis sententiam ferre capitum in eum, qui documento sacerdotis, hoc est, legis præscripto rebellis erat.

Inferiores autem sacerdotes, quos Judæi vocant ḥāwīn idwīm, eligi sanè poterant, qui iudiciis, sive civilibus, sive capitalibus interessent. Quidni? Duas tantum, ad summum tres quot annis hebdomadas imponebant sacerdotalis munieris exercitio, reliquum anni tempus, quidni secu-

secularibus curis impendissent? II. Iudeis unicum ius erat, civile simul & canonum, Pentateuchus scilicet Mosis, aut totum vetus instrumentum, cui vix tandem accesserunt ea quae Misnaioth vocant, Hieronymus διηρόποτε interpretatur. Ego potius verterim documentum, quibus tandem, sed quingentesimo demum post Christi nativitatem anno accessit Gemara, hoc est, perfectio, quæ cum Misnaioth cōiuncta Talmud Babylonicum efficit, hoc est, Iudeorum Pandectas tam politicas, quam Ecclesiasticas. Nihiligitur mirum, si synedriis Iudeorum interessent tam Aaronis aut Levi, quam Beniaminis aut Iude filii.

*Iosaphat constituit iudices ex Sacerdotibus & Levitis. In curia Sapientum apud Hebreos, quam Nacamim dicta, Sacerdotes & Levita principem locum tenebant, ait R. Maimon. l. 3. c. 1. ad 10.*

Tam Josaphato, quam filio Maimonis imponis. *Iosaphat Hierosolymis constituit Legitas & Sacerdotes & principes familiarum ex Israel, ut iudicium iudicarent, &c. 2. Chron. 19. 8.* Reliquis tribubus imperabat non Levi, sed Juda; nec ex sola tribu Levi, sed etiam ex tribu Levi colligebantur Iudices. Iudeorum Pandectæ sapientum saepe meminerunt, quomodo Justinianus memorat responsa prudentum. Curiam prudentum sapientum ve non magis Hierosolymis invenies, quam Romæ. Sed erat sanè Synedrium quoddam Hierosolymis solis sacerdotibus constans, idque XXIV. virale procul dubio, prout erant 24. familiae sacerdotales. At erat id infra, non supra LXX. vitales Synedriū, penes quod erat authoritas summa. Misnaioth & Talmudis tractatu *Ioma. c. 1. §. Summo sacerdoti seniores Synedrii, nempe LXX. viralis tradunt legem, & dicunt ei, Lege, & §. 5. Tradunt eum seniores Synedrii senioribus sacerdotiis, hoc est, LXX. viri LXXIV. viris & ascendere iubent in cœnaculum domus Antonie, & adiurant eum, ac discessunt dicunt illi: Viri, sacerdos meque, nos sumus ἡγέτες legati Sy-*

A nedrii. Tu autem es legatus noster, & legatus Synedrii, Adiuramus te per eum, cuius nomen insidet huic domui, ne quidquam immutes eorum, que tibi dicturi sumus. Magnum autem, sive LXX. virale Synedrium constabat non solis Sacerdotibus, sed & Levitis, & cuiusvis alterius trib⁹ viris, קָרְאֵי יִוָּה לְכָהָנָה hoc est, qui digni censebantur, quorum filiae nuberent Sacerdotibus, hoc est, qui nec spurii, nec infames essent, ut docet R. Moses de Kotli affirmativo mandato

## B XCVII.

*Quis nescit lege Mosis civile ius esse comprehensum, & eius intelligentiam à sacerdotibus petendum, ad quos ipsius Legis verbis provocatio data est?* p. 34.

Verba Legis Deut. 17. non ad solas sacerdotes provocationem dant, sed à minoribus Synedriis ad maius aliquod constans ex Sacerdotibus, Levitis ac Iudicibus, prout & docet perpetua Iudeorum praxis, quam unde nam potius hauriemus C quam ex Iudeorum Digestis?

*Ecclesia controversiarum omnium disceptatrix ipso Domini ore constituta est Matth. 18. 1. Cor. 6.* p. 31.

Hem! opportunè. Jam ipsos canonistas adulando superabis. Quid iam vetat, quo minus faciliere iubeas omnia Magistratum tribunalia, Prætoria, subsellia, ut una Romæ rota controversiarum omniū sit disceptatrix? Sed illud incommodè, quod Christus, quod Apostolus nullus dixit Romanum clerum de Corinthiorum potius, quam Corinthiacum clerum de Romanorum controversiis disceptandi jus habere. Atenim scito nec Romano, nec Corinthiaco, nec Hierosolymitano clero tributam potestatem de controversiis, sed ne de peccatis quidem omnibus, sed de criminibus atrocibus & manifestis iudicandi. Quid n. si clerus, sive Romanus, sive Parisinus jubeat Regē Philipum Valesium Eduardo Anglię Regi Franciæ regnum sibi deberi contestanti credere, cedere, regnum tradere, si tum Philippus neget.

neget id se facturum, num continuò tibi sicut Ethnicus erit, aut sicut publicanus? At si palam Philippi fratri uxorem ducat Herodes, licebit certè Johanni dicere, non tibi licet habere fratri uxorem; abnuenti, ac nihilominus Baptisatum flagitanti jure meritò negabit Johannes. Idem de consilibus esto iudicium.

p. 34.

*Ethnicus est, qui Ecclesia non paret.*

Antequam Ethnicus pronuntieris ab Ecclesiastico iudicio, duo requirit Christus Matth. 18. primum, ut constet te peccare: secundum, ut saepius admonitus omnes, quibus ab illius peccati continuatione abstinere iuberis, monitiones insuper habeas. Ut autem te peccare constet, oportet constet de divinæ Legis, non humanæ transgressione, alioqui Christus docet Matth. 15. frustra se coli ab iis, qui mandatis humanis non secus ac divinis alligantur.

p. 34.

*Ipsa lex civilis obstringere nos necessitatē lethiferi peccati potest, ut & imperium patris.*

Omnino multum reverentia debet filius patri, subditus Principi, ovis pastori. Sed nunquid pater, nunquid Rex potest facere, ut id, quod per se licitum erat, fiat peccatum propriè dictum? Quantò minus id possunt ii, quibus ministerium indicitur, dominatus interdicitur?

p. 22.

Ut regiam Episcorum opulentiam tuearis, *Auctoritas*, inquis, *in egestate nulla est*. Dominatrix certè nulla. Christus autem voluit omnes Episcopos in egestatis scholâ ducentos circiter annos erudiri. Nullam igitur dominatricem autoritatem illis contulit, aut illis conferri, judicavit è re Ecclesiæ esse. Nunquam peius aetum est cum Ecclesiâ, quam cùm ministerii humilitas in dominatus sublimitatem vertit.

*Pius I. ep. 2. prædiorum meminit A. D. 158. qua jure Ecclesia tenerentur.*

Tene virum eruditum in tanta literarum luce non pudet rancidas istas epistolas sexcentis amplius post Pii I. mortem

A annis confictas nobis obtrudere? Sed demus clerum Romanum ante trecentesimum, ante ducentesimum Christi annum non contemnenda latifundia possedisse, tamen idem poterit de clero Romano, tum dici quod olim de totâ Româ.

*Privatis illis censuerat brevis.*

*Commune largum.*

B Illud autem commune de cleri totius, non de Pontificis unius sententiâ dispensabatur, & agros feraces, non gladii jus habebat.

*Constantius temp. iudicium & iurisdictionem p. 31. Episcopis mandavit, ait Nicephorus l. 7. c. 76. (Imo 46.) in clericos, si quidem civilium iudicium cognitionem declinare vellent.*

C Judices civiles intelligit, qui de causis civilibus, non criminalibus judicant, qui que causas Ecclesiasticas volebant, uicare, non minùs, quam quasvis alias. Nam hoc privilegium largiebatur clero Constantinus, ut eum à forensium formulatum tumultu liberaret, non ut tumultum illum in Ecclesiam invehernet, aut ut impunitatis spe clerum ad proterviam animaret.

*Concilium tertium Carthaginense can. 9. Sa- p. 31. & 35. credotibus eausarum dat cognitionem.*

D Cùm laicus adversus clericum disputans tam benè sentit de clero, ut ab eo rem amic componi malit, quam publicis judiciis se committere: si contra clericus de suo clero tam male sentiat, ut nolit ab eo rem judicari, tum Synodus eum ut litigiosum, & suo clero iniquum, ac contumeliosum vult victoriæ lusæ, si fortè causam obtineat, fructu carere, quod saepè quidem habet justitiae rationem, aliquando tamen potest iniquum esse, cùm nusquam frequentior sit invidia, quam inter pares & collegas.

*Constantinus voluit à civili iudicio ad Episcopos provocari posse. Sozomeno narrante l. 1. c. 9. In codice Theodosiano multa clericis indulsiſſe legitur Constantinus, tale nihil. Nolim tamen falsi Sozomenum insimulare,*

lare, sed potuit Constantini mentem vel non satis intellexisse, vel non satis liquidò explicasse, ut generaliori quam pars sit eius assertio, sit ex sequentium Imp. ejusdem seculi constitutionibus adhibenda restri-  
ctio. Verba Sozomeni sic interpretatur Christophor: *Illis, qui erant in iudicium re-  
cusiati, dedit potestatem, si modo animam induce-  
rent, civiles Magistratus reicere, ad Episcoporum iudicium provocandi, & eorum sententiam esse firmam.*

*Επικαλεσθησαντες* sanè nouunquam signifi-  
cat provocare post litem ab inferiore ju-  
dice judicatam: at hīc certum est eam  
provocationem designari, quæ sit ante li-  
tis Ecclesiasticæ, vel civilis, vel capitalis  
contestationem, si modo litigantium pars  
altera contenderet, se malle, Christiana  
cūm sit, à Christianis quam ab Ethniciis  
judicibus, quales erant plerique sub Con-  
stantino, judicari.

At si quis clericus ante definitivam senten-  
tiā frustatorie dilationis causa, ad appellatio-  
nis auxilium convolaverit, multā quinquaginta  
librarum cogatur expendere. Cod. Justin.  
I. i. tit. 4. §. 2. Firmitatē quoque quam  
intelligat Sozomenus, docent Impp. Ar-  
cadius, Honorius & Theodosius I. I.  
A. D. 408. ibidem §. 8. Episcopale iudicium  
ratum sit omnibus, qui se audiri à sacerdotibus  
elegerint, eamq. illorum iudicationi adhibendam  
reverentiam esse inbemus, quam vestris necesse est  
defiri potestatibus, à quibus non licet provocare.  
Si tu me à iudicio forensi renitenter ab-  
duxeris ad Episcopalem audientiam, &  
ea te damnaverit, æquum est, te provocati-  
onis beneficio privari, me verò non est  
æquum. Quamobrem iidem §. 7. Si qui  
ex consensu apud sacra legis antistitem litigare  
voluerint, non vetabuntur, sed experientur illius  
in civili duntaxat negotio more arbitrii sponte re-  
sidentis iudicium. Quid his obesse non poterit,  
nec debet, quos ad predicti cognitoris examen  
conventos potius adfuisse (sic enim legendum)  
quam sponte venisse constiterit. Si tam ultro  
consensi quam tu, Episcopi sententia no-

A bis erit eiusdem authoritatis, quæ solet ar-  
bitrorum esse. Sed etiam, si conventus à  
te coram Episcopo quidem adfuerit, sed  
non sponte, tum mihi provocationis be-  
neficium erit prorsus integrum.

*Id jam olim soleme fuisse discas ex Augustino p. 31.  
ep. 167. Ambroso ep. 78. ad Theophilum concilio  
Milevitano c. 13.*

Augustinus ep. 162. nihil habet, quod  
vel in speciem ad eam rem pertineat. De  
eo jam egimus supra. Ambrosius ep. 78.  
& 79. de causis simpliciter Ecclesiasticis  
agit: Erant in Oriente magni tumultus,  
quod Ariani sub Valente diu tenuissent  
Ecclesias. Imprimis Antiochenam vexa-  
bant Flavianus & Evagrius. A. D. 389.  
*Synodus Capuensis obtulit portum tranquillita-  
tis, ut omnibus per totum Orientem daretur com-  
muniō catholicam confidentibus fidem, & duobus  
iustis, Flaviano scilicet & Evagrio, tua san-  
ctitatis, Theophilum Alexandrinum alle-  
quitur, examen impartiretur fratribus & con-  
sacerdotibus nostris Egyptiis pariter confiden-  
tibus.* Hīc addit Baronius A.D. 389. §. 67.  
ita tamen, ut ipsorum iudicium postea con-  
firmandum esset à Romana sedis Antistite. At hoc  
non adjecerat Synodus; sed quia Flavia-  
nus Alexandrini Patriarchæ iudicium re-  
fugiebat, & Imperatorem appellabat, ro-  
gatus sententiam Ambrosius suadet, ut  
Theophilus quidem de re totâ judicet  
authoritate, quam ipsi dederat Synodus,  
sed majoris confirmationis ergo suadet,  
C ut iudicii sui ratificationem ab Episcopo  
Rom. petat. Quidni: De Patriarchæ  
causâ cùm ageretur, quid mirum, si duo-  
rum Patriarcharum authoritate compe-  
scendum Flavianum putet Ambrosius?  
Milevitani concilii canon XIII. salva cui-  
que primatu sua vult esse jura, quæ pri-  
dem intervertit Ep. Romanus. Ita lau-  
das ea, quæ causam tuam evertunt.

*Iustinianus Novell. 133. §. si quis contra p. 17.  
monachos & clericos à necessitate iurisdictionis  
civilium magistratum liberos esse declarat. Idem  
statuit Carolus magnus, &c. Idem certè Ca-*

p. 322.

rolus, quod Justinianus. Sed hic quis possit te crimine falsi liberare? Justiniani verba sunt: Εἴπεις κατὰ τὸν Θεοδόσιον οὐ μοναχῷ οὐ Διοκλητίῳ οὐ ποντικῷ οὐ αὐτοκράτορι οὐχοὶ πνεῖ αὐγῶν, διδασκόντες τοὺς ἀνθρώπους θεοποιούν, οὐ πνεύματος ἔκποντες. οὐ πείγοντες μετέξεν αὐτῶν Διοκλητίων. ηγετοὶ εἰκόνες εἰκόνερον μέρος οὐ φουσχάστον, καλούσσομεν Διοκλητίον οὐ θεοδόσιον οὐ διοκλητίδιον. εἰ δὲ τῶν δικαιοδοξίων εὐτὸς δέκα ήμερῶν αὐτεῖπον τοῖς κεκρυβεῖσις, τηνικαῦτα οὐ τῶν τόπων αὐχών τὸ πεάγυα εἴξεστιν. Jubet quidem Justinianus clericum prius apud Episcopum, quam apud Magistratum conveniri, sed ita ut utrique parti liberum sit appellationis ad Magistratum auxilium. Nec verò quamlibet causam complectitur vox αὐγῶν, sed civilem.

p. 35.

Haud inficior Rabulas & Caufidicos forenses eris sui parcos, alieni profusos, Roma persequè atq; in Gallia reperiri. Sed an consentaneum est, quod à Caufidicis illis peccatur, eius invidian in Pontificem trahere, quo nolente, quo nesciente multa preter jūs & aequum fieri nescire est?

Cur potius est consentaneum Rabularum prævaricationes Regi, quam Papæ fraudi esse? Nam certè quantum Romanam defertur, tantum Regi regnoque detrahitur.

*Et succus pecori & lac subducitur agnis.*

Ptæterea quid caufæ est, cur Dei legatum, quo nolente, quo nesciente talia perpetrantur, eum credam, cui ne titulum quidem scriptura tribuit, ut eum defraudem, cui veitigalia me solvere jubet scripturæ, quem non frustra gladium gestare testatur?

Quo iure Regum quidem nostrorum subsellia vocas corrupta iudicia, Papæ verò Rotam integerrimum pastoris iudicium, cùm illa Rota tam avidè rodat, tam iniquè iudicet, quam quæ corruptissima consententur apud nos iudicia? Sed aliud quæritur, aliud respondes. Quæritur, an Episcopo Romano, quatenus Episcopo, conve-

A niat ius gladii temporalis, ius vitæ & necis: tu leges Theodosiani vel Justiniane codicis allegas, quæ sanè privilegia magna tribuerunt Ecclesiasticis personis: gladii verò temporalis ius nullum, cùm constet vix ducentis post Justinianum annis Episcopos Romanos cœpisse gladii temporalis ius sibi arrogare.

S. Bernardus ad Eugenium lib. 1. Stetisse lego Apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego. lib. 2. fol. 66. Disce sarculo tibi opus.

B esse non sceptro. Blanditur cathedra? Specula est. Inde deniq; superintendis sonans tibi Episcopi nomine, non dominium, sed officium. Planum est: Apostolis interdicitur dominatus Ergo tu & tibi usurpare aude aut dominans apostolatum, aut apostolicus dominatum. Forma apostolica hec est, dominatio interciditur, indicitur dominatio.

### Caput XXII.

## PAPÆ DOMINATUS IN SYNODOS.



Ravis, inquis, est questio, & p. 31. apud Theologos diu multumq; agitata, sed que Christi Domini verbis stare debeat: Tu es Petrus, &c.

D At neque Petro dominatum ullum in Synodus ullam, nedum Oecumenicam tribuunt hæc verba, neque quærimus, quid Petro, sed quid Papæ conveniat iure divino, neque Papæ competere tuum illum, quem Papæ vindicas in Synodos dominatum, aut αὐτοκράτορα agnovit ulla Synodus ante septimum seculum, cùm etiā septimo seculo damnetur hæreos Honorius A.D. 681. & Ecclesia Romana, quod Sabbathi iejunium pervicaciter propugnaret, A.D. 671.

Concilio Chalcedonensi alt. 3. prius appellatur p. 31. Pontifex, quam Concilium nemine reclamante. Idem habes in Ephesino.

Nugæ. Prius iubentur absentium literæ legi,

legi, quām rogari præsentium sententiaz. Sed Synodi Chalcedonensis actione xvi. nec quicquam obloquentibus ac reclamantibus Leonis I. legatis æquatus est Constantinopolitanus Episcopus Romano, nec abrogationem aut immutationem ullam huius decreti potuit impetrare Leonis, quantumvis ringentis, rugitus, qui cū ad blasphemias u[er]que prorumpat, nihil mirum, si sequentes Pontifices in peius quotidie proficientes nihil non sibi tribuant. Sed quō plura sibi vindicant, eò manifestūs faciunt quām sibi convenient filii perditionis elogia, sive Thrasonisimos suos blaterent ipsi per se, ut Gregorius II. ut Nicolaus I. sive per gnatones suos, ut Symmachus per Ennodium suum Diaconum 9. q. 3. c. 4. aliorum hominum, inquit Ennodius, *causas Deus voluit homines terminare, sed sedis istius presulis suo fine quastione, reservavit arbitrio.* Voluit B. Petri Apostoli successores cælo tantum debere innocentiam. Si voluit, quī sit, ut voluntatis huius neque vola neq[ue] vestigium usquam extet? quin potiū cum nusquam testatas sit id se velle, quā fronte potest id affirmari?

Celestinus, inquis; Ephesina Synodo scribit: *Misimus ad vos legatos nostros, qui actis concilii intererunt, & ea qua iam ante à nobis definita sunt, explicabunt, quibus assensum prabitum iri à sanctitate vestra non dubitamus, omnes Episcopi exclamarunt, hoc iustum est iudicium, &c. Legatus Papa dixit: gratias vobis ago, quod cū re- cūtarentur vobis litera sancti & beati Pape nostri, sancta membra sanctis vestris vocibus sancto capiti & sanctis vestris acclamacionibus attulisti. Non enim ignorat beatitudo vestra, quod caput totius fidei & Apostolorum est B. Petrus Apostolus.*

Synodus Ephesina cœpit A.D. 430. X. Kal. Julias, ut docent *mentes aliae*, hoc est, Alta Synodi. Legati Celestini undevicesimo demum post die VI. I'us Julias adfuerunt, & sui Pontificis literas legi postularunt, quibus perlectis Synodi Patres vi-

A dentes eadem à Celestino doceri, quæ iam ipsi statuerant, exclamant: *Iustum est p. 193.*

*hoc iudicium, Vnus est Celestinus, unus Cyrilus, una fides Synodi, una totius orbis fides, h.e. idem nobiscum sentiunt Celestinus, Cyrilus, omnes pii. Quid interfaretur Philippus Presbyter Celestinilegatorum unus, ideo mitius curavit Synodus, quod nihil ad rem faceret, quodque non minus* *επερ-  
εαρωδης, an fructuosa, quām πυφολυγω-  
δης, ampulloso effet illius oratio.* Ta ἀγία μέλη τῆς ἀγίας ὑμῶν Φωκᾶς τῇ ἀγίᾳ φραγῇ ηὐθὺ ταῖς ἀγίαις ὑμῶν εἰσένεστον εἰνάρχητον. Ne Loxias quidem, aut Tiberius magis suspensis, perplexis, ambiguis vocibus usus est. Unum superest plus latius conspicuum, quod ineptit aut blasphemat hic gnato. Sed num illius ergo venerunt tot Episcopi maturum ad suos redditum flagitantes, ut singulas omnium morionum suarum sedis episcopis ab blandientium ineptias ventilarent? Quod addit Philippus, Petrum esse caput fidei, quām stolidum aut blasphemum est? Quod tandem spectabant omnes illi fumi? Celestinus est Episcopus primæ sedis, igitur æquum est, ea quæ iam à vobis acta sunt, nobiscum communicari. Conclusionem non abnuit Synodus. Præmissarum fatuitatē insuper habuit, non minus quām Jacob Labanis iactantiam, Genes. 31, 43.

Athanasius Episcopus Alexandrinus, & Paulus Patriarcha Constantinopolitanus, à Concilio

D Sedis honore spoliati Iulium Pontificem appellarent, & ab eo in integrum restituti sunt. Imò Paulus à Maximo Trevirensi, Athanasius ab Imp. Constante restitutus est, neuter à Julio. Itaque vide quām solida sit argumentatio tua. Patriarchæ duo sedibus suis à concilio non Oecumenico pulsi cūpiunt intercessione Julii, Maximi, & aliorum, auctoritate Constantis & Synodi generalis sedibus suis restitui. Ergo Papa summum ius obtinet, in quamvis Synodus, etiam Oecumenicam.

Dives, inquis, Concilij Basiliensis Patres de- p. 33.

trevisse Pontificem concilio inferiorem. Verum hoc concilium legitimè quidem inchoatum est, sed finis eius ab ordine legitimo abhorruit. Decretum autem illud Pontifices Eugenius & Leo X. improbarunt.

Quâ factum, ut Pium II. omiseris? qui bis impium se prodidit, cùm perficie negavit, quod toties Sylvius affirmaverat? Videlicet legitimum erat Basileense concilium, ex quo veritatem hactenus à tot Synodis constanter propugnatam, à nullâ negatam prædicare cœpit, illegitimum evasit. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus à Frisiis occisus dicitur A.D. 755. & eam ob causam martyr nuncupatur. Sed Papæ potius quam Christi martyr fuit. Huius aliquot voces adulatorias suo canonum libro inseruit: Deus dedit, à Gregorio VII. Cardinalis factus A. D. 1073. Ex huius Bonifacii rebus gestis petitum notat Sixtus Fabri canonem, quem Deus dedit lib. I. c. 231. Iu p. 5. c. 23. Gratianus D. 40. c. Si Papa decretis suis infuerunt. Sic igitur infit Bonifacius ille: Si Papa sua & fraternæ salutis negligens reprehenditur inutilis, & remissus in operibus suis & insuper à bono taciturnus (quo magis officit sibi & omnibus) nihilominus innumerabiles populos secum ducit primo mancipio gehenna, cum ipso plagiis multis in eternum vapulaturus. Huius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus, quia cunctos ipse judicaturus à nemine est iudicandus, nisi reprehendatur à fide devius. Potest igitur etiam ex huius adulatoris & canonicistarum sententia non tantum in via morum errare, sed etiam in fide, potest, saltem cùm à fide devius est, censuræ subjici. Videlicet sciebat Bonifacius jam ducentis, antequam hęc scriberet, annis, multos Papas tales fuisse, quales hic describit, suæ & fraternæ salutis negligentissimos, innumerabiles populorum catervas secum in eternum exitium abduxisse. Sciebat eorum turpe vitam à nemine reprehendi, quasi præsumptionis id esset illicita. Sed & sciebat Honorium non ita pridem in

A Synodo damnatum A.D. 682. quod compertus fuisset à fide devius, ut omittant exempla vetustiora. Hoc Synodo licuisse credidit Bonifacius, quantumvis Pontificibus addictus, hoc ante Bonifacium Synodis licere nemo negaverat. Ibidem ejusdem Bonifacii sententiam laudat Sixtus in hęc verba: Sicut eius gloria iuxta Apostolum, 2. Cor. 1. Conglorificantur, sic eius deiectione dejiciuntur, ut illud propheticum in eo præcipue compleri deprehendatur Esaiæ primo: B Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis usq; ad verticem non est in eo sanitas. Et revera tanta reverentia à apicem præfatae Apostolicae sedis omnes suscipiunt, ut nonnullam (legendum videtur nonnulli) sanctorum canonum disciplinam, & antiquam Christianæ religionis institutionem magis ab ore præcessoris eius, hoc est, huius præfulsis, quam à sacris paginis & paternis traditionibus expertant, illius velle, illius nolle tantum explorant, ut ad eius arbitrium suam conversationem aut remittant aut intendant. Videlicet hęc erat causa, cur à plantā pedis ad verticem usque jam tum octavo scilicet seculo non esset in Ecclesiā sanitas, quod tam multi crederent, tam impurum caput suum esse caput, omnibus pendendum à capite tam ulceroſo.

### Caput XIII.

#### PAPÆ DOMINATUS IN R E G E S.



Aturā ita comparatum est, ut p. 22.  
inferiora superioribus, minus digna dignioribus serviant, & ad eorum utilitatem se comoden.

Hęc est causa cur omnis creatura creatori servire debeat, & ad eius gloriam sua consilia referre. Sed cùm tam Princeps quam Pastor sit Dei minister eis rō ἀρχέτον, in bonum, ut loquitur Apostolus Rom. 13. In bonum, inquam, hominum tam animā, quam corpore constantium, certe pastor.

p. 28.  
28.

pastores iis cedere, subesse, servire debent, quos ibidem Apostolus vocat *πατέρες γένεσις*, eminentes potestates, quibus reliquos omnes subjici jubet.

Atqui civilia bona cœlestibus inferiora nemo dubitat. Nemo certè. Sed ut Christianus Christianorum Princeps, quâ Christianus non tantum civilia, sed & cœlestia bona se statur, sic quâ Christianus imperat, non tantum civilibus, sed etiam cœlestibus ci-vium suorum bonis consulere debet.

Non partes illa sunt Pontificis, ut in rebus temporariis ac civili negotio passim autoritatem suam interponat, quod ab eius instituto alienissimum videtur. Quâ tamen Ecclesia periculum imminet ex proiecta Reip. administratione, minus eius est, ut has etiam partes attingat, & in exortu suo peste opprimat erumpentes.

Ecquis verò Rex suos Magistratus, duces, viros illustres passim loco movere? quis eorum actionibus ac iudiciis passim autoritatem suam interponit? Id verò facit, quoties metuendum, ne quid detrimenti Resp. capiat. Eandem tu Papæ das autoritatem in Reges, quam Regibus in suos Magistratus, ut Papæ liceat Regem opprimere, quoties eum habuerit pro peste, quoties pro peste habendum iudicaverit. At hoc ipsum est, quod modo negabas Papam sibi vindicare. Hoc illud est, quod contendimus esse contrarium totius Ecclesiæ praxi sexcentos amplius annos, imprimis totius Orientalis Ecclesiæ praxi, quamdiu principes Christianos habuit. Matthæns Blastares A. D. 1335, littera π. c. 8. Τῆς πολιτείας ἐπιμεγάνη μορίων, αἰσθένεις τὰ πνι τοῦ αἰθέρωπον πινεισταύρους τὰ μέγαταν αὐτογκατόταξε μέτρον Βασιλός ἐστὶ πατριάρχης. Διὸ καὶ ἡ ἡ Φυχλῶν καὶ σώματα τῶν Σταυρῶν εἴρην καὶ διδαμονία Θαυμαῖς ἐστὶ αἱρησιωτινὲς εἰς πάσην διαφοροῦν καὶ συναθωτικὲς. Reip. non secus ac hominis due maxima, maximeq; necessariae partes sunt Rex & Patriarcha. Quonamobrem ci-vium tam anime quam corporis respectu pax & felicitas à regni & sacerdotiorum concordia & symphonia pendet. His verbis

A Blastares animam Patriarchæ, corpus & animam Regi commendat. Eam ob causam ubique Patriarchæ regem anteponit, secutus continuam ad sua tempora totius Orientis proxim, quam Innocentius III. centum amplius annis Blastare vetustior negare cùm nō posset, impugnare maluit.

*Imperatores Romani summi Pontifices fuerunt.* p. 226.

Fuerunt, quod scilicet viderent sibi sui dominatū rationem constare non posse, nisi jus haberent imperandi tam Sacerdotibus quam Magistratibus. In Ecclesiâ Dei nihil opus fuit isto commento. Nam eo ipso, quod Deus Iosuæ, Regibusque jubar utramque Legis suæ tabulam tradi, satis docuit summum Magistratum etiam summo sacerdoti posse imperare, quod in Ecclesiâ Dei plusquam mille post Mensem annis semper obtinuit, quod etiam in Ecclesia Christianâ sexcentos minimum annos observatum est.

C Merito servatum est id ab ultima pene antiquitate, ut à Regibus omnibus Christi cultoribus ad Pontificem Rom. provocare, eumq; arbitrum ac iudicem summum appellare ius esset. p. 29.

Ultima certè sunt antiquitatis illa quæ profers exempla tribus ab hinc ad summum seculis. Primis verò seculis quinque vel sex tale nihil occurrit. Sed ne posterioribus quidē seculis ea, quæ laudas, exempla continent provocationem propriè dictam, sed amicam ex consensu partium electionem arbitri ejusdam. Rebus sanè compositis, si qua pars fœdus initum violet, tum interpellatur sequester semel electus, ut fœdisfragam partem cohortetur, ac, si possit, compellat ad servanda pacta conventa, ut nuper Rex Galliarum ab Allobrogum Duce interpellatus est, daret operam, ut Rex Hispaniæ pactis conventis staret, quod & præstít. Num idè gener in sacerdotum sibi jus dominatū arrogat?

Litera sacre Pontificem regi superiori in dicant c. 27. Numer. ubi dicitur imperio Pontifi- p. 47.

*etis Eleazari, tum Iosue Principem, tum populum universum ingredi vel egredi debere.*

Etiamsi Josuæ quam Eleazari minor fuisset potestas, tamen non valeret argumentum tuum; cum Regis quam Josuæ potestas major fuerit. Quantò falsius erit consequens tuum, si fallum sit ipsum antecedens? Ut id liquidus constet, notandum summi Sacerdotis autoritatem fuisse vel ordinatiam, vel extraordinariam. Extraordinaria fuit, cum, ut per Nathanem, sic per Abiatharem aliquando futura prædicabat Deus. At h̄c Abiatharis quam Natanis minor erat potestas. Nathan enim Davidem adibat iniussus, Davidem increpabat, Abiathar non nisi iussus à Davide Dei voluntatem per Urim & Tummim sciscitabatur. Rex ipse per Sacerdotem interrogabat os Dei, Rex obsequebatur non Sacerdotis, sed Dei modo per Natanem, modo per Abiatharem loquentis imperio. Idem judicium de Josuā faciendum, docet contextus ipse quem allegas: *Iosue stabit, inquit Deus Num. 27. coram Eleazarō & omni multitudine, videlicet ut totius Israeles & ipsius antistitis antiates, & dabis ei præcepta cunctis videntibus & partem gloria tua, ut audiat eum omnis Synagoga filiorum Israel.* Et consequenter Eleazar ipse. Haec tenuis utriusque potestas ordinaria. Sequitur extraordinaria. *Pro hoc si quid agendum erit, quoties id visum fuerit, non Eleazarō, sed Josuæ, Eleazar sacerdos consulet Dominū, & ad verbū eius, Domini scilicet, non Eleazari, egredietur & ingredietur ipse Iosue & omnes filii Israel cum eo.* Egredi & ingredi dicitur in Scriptura Dux Rex, Regisve præcipiuſ Minister. Num quia Regibus responsa dabat Sacerdos Pythia continuo dices eam Regibus omnibus imperasse? De dæmonē pet eam loquente verè id dixeris, de mulierculâ periclitè. Semper quidem Eleazar ante Josuam nominatur, Ut Josuæ 14; 20. 51. 21. 1. Numer. 24, 17. Post Mosem vero semper Numer. 26, 3. 63. 27, 2. 31. 12.

A 13. 31. 51. 32. 2. & quoties aliquid est imperandum, id sit à Mose, dein à Josuā, etiam eum totus populus est circumcidendus; Quippe dixerat illi totus Israël cap. 1. *Quidquid præceperis nobis, faciemus, quo cung nos miseric, ibimus.* Sicut obediimus Mōsi, sic obediemus tibi, quisquis rebellaverit imperio tuo, qui tibi dicto non fuerit audiens, in omnibus, que præceperis ei, morietur.

B Itaque cum mittendi sunt ad tribus trans Jordanem sitas legati, mittitur inter alios etiam Phinees Eleazari filius summus sacerdos. Josuæ cap. 22. Sic enim legunt plerique versionis vulgati codices, non aut in *Sacerdotes*, quod videlicet tum jam Phinees ipse summus Sacerdos esset. Abiathare vero quanto superior fuerit Salomon, res ipsa docet.

C *Salomon non ut Rex, sed ut Propheta sententia Dei executor Abiatharem solio dejectus.*

Atqui Scriptura dicit 1. Reg. 2. 35. *Abiathari verò Sacerdoti dixit Rex Anatotas, abi in agrum tuum, quia vir mortis es, sed hodie te non interficiam, quia portasti Ephad coram patre meo.* In hac oratione singula verè verba commentum tuum jugulant. Necenim Salomon hoc imperare dicitur ut Propheta, sed ut Rex, alioqui propheticæ, non regiæ dignitatis facta fuisset mentio.

D *In veteri instrumento Pontificem rege superiorem fuisse docet Philo de victimis: Procopius in c. 4. Levitici.*

Nihil amplius illi dicunt, quam quod ipse Moses ait Levitici 4, 22. Is prescribit quid pro suo peccato sacrificare debet summus Sacerdos, populus, Nasi. Philo LXX Seniores fecutus veitit *λοχαγον.* Vetus interpres, Princeps. Nemoregem. Et rectè quidem notat Philo minorem hostiam à privato requiri, quam à Magistratu, eandem autem hostiam à summo sacerdote requiri, quam à populo, *διὸν τὸν ἔβρος γένεται εἰς τὸν κοινωνὸν τοῦ λαοῦ.* Et *Exodus* quod minister sit populi, publicè vota faciens solvenda totius gentis nomine. Rex autem est Dei quidem mi-

nister, populi vero Princeps, Rom. 13. Siye Pontifice Iudei jam a Mose nunquam, sine rege sepe fuerunt.

Sed nec sine Levitis, sine Lictoribus, sine scribis unquam fuerunt, an ideo quis aut ullus simplex Levita, lictor, scriba maior est Rege?

Quanto major fuit Regum quam Sacerdotum authoritas, cum etiam Iosuae maior esset potestas quam Eleazari?

Post reditum ex Babylone, qui populi gubernatione praeerant, iudicium summum sacerdotium tenuisse deprehenduntur.

Iudeo tum quoque Zorobabel, Mardonius, Nehemias sui temporis Sacerdotibus imperabant. Ubi vero Judaeis defuerunt Prophetae, tum paulatim summi Sacerdotes auxerunt potestatem suam, imprimis post Antiochi τε θηραϊς, dicam an θηραϊς tempora, donec Aristobulus etiam diadema capiti suo imponere ausus paulo post justo Dei judicio sublatus est, annis circiter centum ante nativitatem Christi, quadrageantis amplius post laxam captivitatem annis.

Imperator, inquis, est populi caput, ut tamen ordinibus populi conspirantibus inferior sit, quod ius illud capitii a populo ipso acceperit. Ius autem in Pontifice Rom. non ab homine, sed ab ipso Deo constitutum est.

Contra, magnificum elogium Imperatori tribuit Scriptura, Papæ nullum, nisi quod perditionis filium eum vocat, qui sese quasi Deum ostentat, quod omnino facit is, qui cum ne manus quidem elogium divinitus acceperit, audet tamen sibi capitii in totâ Ecclesiam jus arrogare.

Ambrosius, inquis, audiebat Theodore major, Ecclesia aditu exclusus, ad lachrymas confugiebat.

Videlicet Ecclesiastice disciplinæ ritus hic erat, ut excommunicatio criminis aliquius infandi, puta vel unius homicidii reos excluderet, tam ab aditu Ecclesiae, quam à Sacramentorum communione. Theodosius autem Thessalonica Mediolanum veniebat A.D. 390. non unius san-

A guinis reus. Hanc ob causam arceret eum Ambrosius ab Ecclesiaz limine multis ad eam rem cleri Rom. literis fultus, quippe quitantum iuris haberet in Mediolanensi Diocesis, quam Syricius in Romana. Alioqui, non tantum si de rebus civilibus, sed & si de rebus Ecclesiasticis ageretur, Imperator Episcopos convocabat, Synodos Oecumenicas indicebat, diem & locum præscribebat, ut docet continua praxis Ecclesiaz, cuius nunc quidem testem proferre sufficiet Matthæum Blasterem M.S. p. 3. Is de Synodis Oecumenicis loquens: ταῦτα, inquit, ἐπωνυμίαι εἰληφαστῆκεν τοῦ καλέσαντος βασιλέων, οὐδὲ περονού, εἴπεν τε αὐτὸς πνόμαντος δεδραμένεας εἴς την πόλιν τὰς αἰαῖς πάσου τοῦ ιωάννου αρχιεπισκόπου τοιμήν τε γέγενεται. Oecumenica dicta sunt, quae iussu Imperatorū, vel, ut magis propriè dicam, sancti spiritus impulsu concurrerunt ex omnibus imperiis Romanis provinciis.

Innocentius Alexio dicebat: Si per hoc quod C Apostolus dixit, subditi estote, sacerdotibus voluit imponere iugum subjectionis, & eis prelationis p. 51. autoritatem adferre, quibus eos subiectos esse monebat, sequeretur ex hoc, quod etiam quilibet servus in Sacerdotes imperium accepisset, cum dicatur, omni creature.

Prudentius pudendam hanc Innocentij III. soliditatem velasses, quam revelasses.

Quippe 1. Pet. 2. 13. κλητος αιθεωπινη, humana creatura dicitur, non quivis homo, sed opponuntur humanæ creaturæ divinis. Dei creaturæ sunt non tantum omnes homines, sed quælibet entia; Hominum creaturæ sunt Magistratus. Quippe Prætor, Consul, Imperator creari dicitur, cum instruitur auctoritate publicâ, cum id sit hominum voluntate, quod antea non erat, ac velut è nihilo ad dignitatis alicuius splendidæ fastigium subvehitur. Cum autem ex ingenuo sit servus, capite minui, non creari dicitur. Antequam à Græcis discedam, solvendus est nodus quem authore Balsamone forsitan nexus es. Is circiter A.D. 1170. dicebat in Photii Nomo-

Nomocanonem tit. i. cap. 2. *Canones plus A posse quam leges.* Quin & paulò ante laudantur Græcæ constitutiones, dicentes: κανόνεις οἱ νέμοι ἀναγλυθεῖσιν, & οἱ τοῦ κανόνου ἐναλίσκονται περιγραφή των ἀναγοντος εἰσιν. Leges sequuntur canones, & pragmatica forma, quia canonibus adversantur, irrita sunt. At huius disparitatis causam hanc reddit ipse Balsamon, quod videlicet canones Patrium simul & regum autoritate firmati sunt, leges Regum tantum. Ita non anteponitur episcopalis authoritas regiae, sed id quod Rex solus, vel etiam inferior Magistratus sanxerit ei, quod Rex tam de politici, quam de Ecclesiastici ordinis sententiâ sanxerit, ac solemnî ritu promulgaverit, quomodo promulgati fuerant illi canones, quibus tribuitur illa dignitas. Alioqui, quam multi canones antiquati sunt, aut etiam statim repudiati? Tum demum legum vim obtinebant, cum accesserat principis θητεία, ratiabilitio, ut docent Oecumenicarum Synodorum acta, imprimis tertiae, quartæ, sextæ.

Cum autem Imperator legem aliquam ad res Ecclesiasticas pertinentem, prior considerat, tum id jubebat Patriarcham Constantinopolitanum Synodo, Synodi patres, Metropolitas quidem suis provinciis, Episcopos vero suis parœciis significare. Quamobrem Imperatoris Synodicas constitutiones θητεία, confirmatio dicebatur ἐπειδὴ περιστάξεις, sacra iusficio. Synodi verò constitutiones Imperatorias approbantis actio dicebatur οὐσιών περιστάξεων, significatio Synodica. Et οὐσιών quidem aliquando significat imperare, ut cum Agamemnon ait Iliada: Πεντανῆστρον γετεῖσθεν, πεντεοι δὲ αἰάστροι Πάσι τοι οὐσιών. Verbum verò οὐσιών significandi tantum, non etiam imperandi vim habet. Huiusmodi περιστάτων οὐσιών, Synodalium significationem exempla passim habes apud Balsamonem in Photii Nomocanonem tit. i. cap. 34. p. 25. tit. 8. cap. 2. pag. 67. & tit. 13. cap. 2. p.

138. Imprimis notanda sunt p. 140. à Balsamone laudata Alexii Comneni verba dicentis: ή δὴ τῇ μακαρεῖτε περιστάξεις καὶ Ιωάννε τῇ Ειφιλίᾳ συωδικῇ Διοσκούρῳ συπλεωθεῖσαι σημειώσει, ή καὶ δὲ βασιλέσσαι αὐτῷ καὶ Νικόφορῷ ἡ Βολεντίας Διοσκούρῳ καὶ Φίλῳ τῷ καὶ ἡ Σερβίας πατρὸς. Quod igitur Synodicam Patriarchæ Constantinopolitani Lucæ constitutionem anno mundi secundum Græcos σχολ. legendum σχολ. 6674. Indictione XIV. factam sequitur tit. 13. cap. 2. p. 138. Θητεία Manuelis Comneni περιστάξεις, iussio confirmatoria, fiebat id antiquo, maestatique Cæsareæ debito ritu. Quod autem ibidem Manuel Patriarcham vocat suum δεσμόθιον, Dominum, id voluntariæ submissionis fuit, & nuperum.

*Apud Sozomenum l. 3. c. 7. Patres dicunt: p. 41. Nostri Rex non esse Imperatorum statuere de sacra Ecclesia dogmatibus, sed Pontificum, qui securè & tutò decernere de rebus fidei volunt.*

Sanè Rex prudens & pius de fidei dogmatibus non judicabit ipse, sed ut à fidis pastoribus rectè atque ordine de iis judicetur, amabit. At multò minus Episcopus de regnorum translatione sententiam ferre debet. Si quod privilegium hac in parte Romano Pontifici largitus est Deus, qui fit, ut totos sexcentos annos nullum eius vestigium extet, ne in Pontificum quidem de suo primatu tantoperè gloriantur literis? Primus, ni fallor, Honoriū de regum dissensionibus judicare aggressus A.D. 624. de quo sic Paulus Diaconus lib. 5. cap. 43. Cū Adæbaldus eversa mente insaniret, postquam cum matre decem regnaverat annis, de regno electus est, & à Longobardis eius loco Ariobaldus substitutus est. Fecerunt id Longobardi, quod reges suos eligendi, eoq; si regno viderent inutiles, deponendi jus haberent. Placuit id regni tum proceribus, tum Episcopis plerisque. Sed quia Theudelinda sub Agilulpho marito multa donaverat Ecclesia Rom.

visum

visum est Honorio partes illius & Adalvaldi suscipere, quod etsi non admodum feliciter ipsi successerit, tamen ab hoc tyrocinio Romana sedes auspicata majora deinceps sperare cœpit. In Imperatores verò Dominos suos tale quidpam nihil dum audebant. Contrà licet Constantans imperium adeptus A. D. 641. palama esset Monothelita, licet Theodosium Diaconum fratrem suum occidisset, licet Martinum V. Papam in exilium misisset A. D. 650. eiusque successorem Eugenium suscepisset A. D. 654. dein Vitalianum A. D. 657. tamen, quia debitibus submissionibus non satisfecerat Vitalianus, eius nomen ex Ecclesiæ diptychis avelli jussit. Dein A. D. 663. Romam pergit. Tantò submissiūs obviam Constanti venit Vitalianus cum toto clero ad tertium usque lapidem, Romam præcipuis ornamentis suis spoliari passus est, adeo ut septiduo plura Romā Constanti abstulerit, quambarbari 250. circiter annis. Neq; prius reverentiam Imperatoribus debitam exuerunt Pontifices Rom. quam Benedictus II. A. D. 684. ab Imp. Constantino V. per dolum impetravit, *ut persona qui electus fuerit*, (sunt hæc Anastasii verba) ad sedem Apostolicam, è vestigio absq; tarditate Pontifex ordinetur, cùm antea confirmatio Principis esset expectanda. Quam in consulta fuerit hæc concessio, docuit sequentis Pontificis electio reliquarum omnium antecedentium turbulentissima, cùm nec Petrus à clero, Theodorus à militibus electus fuisse, & neuter alteri cederet, utroque deterior electus fuit Conon, cuius prævaricationes fecerunt, ut Imp. Justinianus II. Constantini V. concessionem revocaret, & Cononem carceri manciparet A. D. 686. Sed cùm idem in Sergium tentasset A. D. 692. Sergitis rebus suis ita prospexit, ut Zacarias à Justiniano II. Romam ad capiendum Sergium missus fugâ salutem quærere coactus fuerit, cùm hactenus Episcorum arma lacryme

A fuisse, ut aiebat Hieronymus, quod etiam Gratianus inseruit decreto suo D. 36. c. si quis vult. Sed A. D. 710. Constantium Papam Constantinopolim advenitum Justinianus II. osculo pedum exceptit, eisque reddidit, quod A. D. 686. eripuerat, ut deinceps Papa censeretur Imperatoris confirmatione non indigere. Vix ferulæ manum subduxit sedes Rom. cùm in Principem ausa est talum attollere adversus Philippicum Bardanem A. D. 712. dein sub Gregorio II. adversus Leonem III. A. D. 726.

B Is. Casaubonus dixerat: *Pontifex Romanus dandi & auferendi imperia, regnag, instituendi & destituendi potestatem & jus sibi uni & soli vindicat.* Tu verò Diatribâ sextâ: *Falleris, inquis, Casaubone, & malo more imponis. Non sibi jus id vindicat Romanus Pontifex, quod ne Christus quidem sibi vindicavit, Regnum, inquit ille, meum non est de hoc mundo, sed hoc sibi jus vindicat ad occasum in coronandis & inaugurandis Imperatoribus, quod usurpatum est primum ab Episcopis & Patriarchis Orientis in imperio Constantinopolitano, & posteriori juri vindicat, ut antiquior, ut dignior, ut totius Ecclesiæ caput.*

C Uter imponat orbi Christiano Casaubonus, an Papa & tu, videamus, cùm multo maiorem per suos Canonistas sibi vindicet potestatem, quam tu fingis, tu certè nobis imponis. At etsi nihil amplius sibi vindicaret, quam id quod tu fateris, tamen ab imposturæ criminе liberari non posset.

D Non moror, inquis, homines in Scholis contentiosos, qui hoc nostro seculo Pontifici recusanti nec agnoscenti jus illud scriptū suis adstruere conati sunt.

Non moror, inquis, homines in Scholis contentiosos, qui hoc nostro seculo Pontifici recusanti nec agnoscenti jus illud scriptū suis adstruere conati sunt.

E Vis tibi credam? Fac ut unum aliquem horum adulatorum scripto publico damnnet Papa. Quandiu vero videbimus eos in aula Pontificiæ non tantum impunè regibus obloqui, sed & optima beneficia consequi: patere nos credere, illos potius quam te ex Pontificis sensu loqui, maxime

cum ipſi Pontifices aliquando ſuorum Canonistarum ſtylum imitentur, vel potius cum Canoniftæ ſuas adulationes à Pontificibus hauerint, ex Gregorii VII. dictatibus, Bonifacii VIII. decretis & tot Pontificum exemplis. At vide, quām nobis imponas, & quanto deterior sit Papa, quām Patriarchæ Constantinopolitanæ cauſa. Hie nunquam uſurpavit autho-  
ritatem deſtituendi Imperatores Orientis. Occidentis autem Imperatores deſtituendi jus quoties uſurpavit ſibi Papa? Hodie licet id tentare nō audeat, tamen id ſibi per Canoniftas vindicate non definit.

Quin & tu tuam ipſe refellis ſenten-  
tiam, cūm aīs: *Vulgò jaſtatum Romanum Pontificem Imperatores Occidentis iſtituere, deſtituere, quod ab eo coronari & inungi ſatagerent Imperatores, imò, quod jus omne, quantum illud eſt, quod in imperio ſibi vindicant, à Pontificibus acceperint.* Hæc impoſtura nova priorem jugulari. Nam cūm ore tuo gloriatur Papa totum jus imperii ſibi deberi, eadem operâ gloriatur ſe præditum eſſe po-  
tentia regna, tum imperia confeſſandi, transferendi de gente in gentem, quod à Papa ſibi vindicare modo negabas. Sed ut falſo potestatem illam ſibi vindicat, ſic & falſo gloriatur ſibi deberi totum jus Occidentalis imperii. Qui factum, ut Carolus dictus fit Imperator? quia po-  
tentiam æquabat Orientalis Imperatoris, imò ſuperabat, multis viſum eſt rationi consentaneum, ut Imperator Occidentis diceretur. Huius autem tam latè paten-  
tis potentia ne minimam quidem parti-  
culam Leoni II. debébat Carolus. Multa donavit Carolus Leoni, Leo Carolo nihil dedit, præter verba & uenionem Judai-  
cam, quam non ſine cauſa ſugillat Manaf-  
fes, ut à Leone primùm in Christiani-  
mum iaveſtam

*Οὐ μέν ἀλλα χρησάμενον γύρμοις Ιεδαιῶν  
Ἐκ κεφαλῆς μέχει ποδῶν ἐλαύτητην χρήσιν  
σὺν οἷσι ποτὶ λογίσμοις ή ποιεῖς θησαυρούς.*  
Hinc Imperatoris cui lib. 2. cap. 3. reſtē

A colligis primum omnium Carolum Magnum inunctum. Postea quidem quaſi correctio-  
nis instar addis ante Carolum in Gallia Clo-  
doveum inunctum. Sed prius oportuerat docere quis ſcriptor Carolo magno vetu-  
ſtis unctionis Clodovei meminerit: Gre-  
gorius ecerè Turonensis non meminit.

Omniñ post Turonensem Grego-  
rium, post Carolum magnum nata Remenſis ampullæ cælitus delapsæ, quā Clo-  
doveum inunctum ferunt, fabula, ut vel-  
ut ex compacto Remenſis Regibus Fran-  
ciae, Romanus Episcopus Imperatoribus Occidentis uenionis impertiendæ & im-  
ponendæ corona ſus ſibi vindicarent.  
*Hoc jus, aīs, ab Ep. Constantinopolitano primum uſurpatum in Oriente, multoq; iſtius id in Oc-  
cidente deberi Romano, quām in Oriente Con-  
stantinopolitano Patriarche.* Utrumque fal-  
ſum. Nam coronabantur quidem, sed non ungebantur Imperatores ante Caro-  
lum Magnum & eos coronandi jus non uſurpatum à Constantinopolitanis Epi-  
scopis, ſed ab Imperatoribus iſpis conces-  
ſum, & merito. Nam ſi jus hoc erat ali-  
cuius ſedi Epifcopo tribuendum, cui po-  
tius id tribuileſt, quām illius urbis Epi-  
ſcopo, quæ ſedes erat imperii? Romanus autem Epifcopus hoc, quod illi tu vindi-  
cas, jus nec à Deo, nec ab hominibus acce-  
pit, ſed uſurpavit nullo jure, Principum abutens tum facilitate, tum credulitate.  
Nam cūm ab hinc annis plus mille Roma

D nullius imperii ſit ſedes, & imperium Oc-  
cidentis fictione tantum juris & titulo te-  
nus fit Romanum, nulla fuit cauſa legitima, cur Imperatores Occidentis ungen-  
di, coronandiq; jus arrogaret ſibi Roma.  
*Hot, inquis, illi debetur, quod fit totius Ecclesiæ caput:* At hoc eſt impoſtura ſuperstruere. Si totius Ecclesiæ caput eſt Romanus Epifcopus, & eam ob cauſam illi debetur jus coronandi Reges, Impera-  
tores, qui fit, ut trans Jonium mare regis nullius coronandi jus unquam habuerit toto ſeculorum undecim curriculo? trans  
En-

193 Cap. XXIII. Papa dominatus in Reges: 194

Euphratem autem & cancri Tropicum  
nunquam?

20. & 37. Carolus, inquis, non Italos in armis socios, at  
Longobardos Italorum hostes vicerat. Non igitur  
victorie jure, sed auctoritate Pontificis Imperator  
electus est.

Imo Senatus populique Romani, non  
Pontificis auctoritate. Spontè quidem  
Leonis id factum. Quæ ritus externos &  
verba spectant, horum pleraque lubenter  
procuravit Leo. Authoritas verò penes  
S.P.Q.R. erat. Neque verò suis meritis B  
indebita postulabat aut accipiebat Caro-  
lus. Cùm in suum ipsius socerum arma  
cepisset, ut populi, clericique Romani pre-  
cibus obtemperaret, cùm in Romano-  
rum gratiam suis armis socii sui regnum  
evertisset, quidni protectoris saltem ac  
defensoris nomine jus aliquod obtinuer-  
tur Romæ? Hanc igitur rationem invenit  
Roma Longobardorum metu liberata, ut  
specioso titulo videretur magnum ali-  
quid Carolo largita. Præcipuum verò ti-  
tularis huius liberalitatis fructum aucu-  
pabatur vulpi quam Leoni propior Ponti-  
fex, & eius clerici, non tantum quia norat  
Caroli liberalitatem, à quâ mercedem  
amplam sperabat, sed & quia videbat fu-  
turm, ut titularis huius Collationis be-  
neficio posset olim sibi totius imperii con-  
ferendi jus arrogare, non secus ac si quis  
phaleris donatis speraret & equum &  
phaleras sibi vindicaret.

Quis nescit à Francis, quorum omne jus impe-  
ri fuit, ad Germanos opera Romani Pontificis  
imperium translatum?

Quid? an omnes quorum operâ pro-  
curatur alicuius beneficij collatio, confe-  
rendi beneficij jus vel collati gratiam  
sibi poslunt vindicare? Deficiente Ca-  
roli stirpe cùm jam non semel proprium  
Regem habuissent, etiam in posterum ha-  
bere voluerunt Germani arbitrati nihilo  
magis necessarium esse, ut Germania Gal-  
lia, quam ut Gallia Germaniæ pareret.  
Suos igitur Reges eligabant, Regiâ, sive

A mavis imperatoriâ auctoritate instrue-  
bant, nonnunquam & phalerarum Ro-  
mani Pontificis additamentum insuper  
habebant. Plerisque tum ambitio, tum  
supersticio movit, ut sibi viderentur augu-  
stiores acceptis illis crepundiis. Imprimis  
cùm ambigua videbatur elec̄tio vel suc-  
cessio, tum qui prior occupaverat hæc no-  
minum inania, credi volebat ea magni  
momenti esse, quem errorem sedulò fovit  
clerus Romanus.

Electores, inquis, imperij jus illud suum Ro-  
manis Pontificibus acceptum ferunt.

Scilicet Palatinum, Saxonem, Brande-  
burgicum sententiam roga. Quis eorum  
non sannis excipiet temeritatem tuam?  
Jus illud habent tum illi tres, tum reliqui  
quatuor, quâ Principes, quâ totius Ger-  
maniae suffragiis hac auctoritate prædicti.  
Quod etiam approbationem suam adje-  
cit Papa, fraudulentum fuit, non necessa-  
rium. Videlicet, quod mutare non po-  
test, id appellatione suâ sibi vindicare co-  
natur. Sed non solo nomine Cæsaribus  
Germanis, vel solis illis Cæsaribus se præ-  
fert Papa. Gregorium VII. audilib. 8. ep.  
21. laudatum ab Anselmo lib. 1. cap. 84.  
Juane part. 5. cap. 368. Pann. lib. 5. c. 108.  
Gratiano D. 96. can. 9. Quis dubitet, in-  
quit, Sacerdotes Christi regum & principum  
omniumq. fidelium patres & magistros censi-  
ri? Non nemoralis insaniae esse cognoscitur, si filius  
patrem, discipulus magistrum sibi conetur subix-  
D gare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati  
subjicere, à quo credit non solum in terra, sed etiam  
in celo se ligari posse & solvi? At enim,  
Gregori, vel hinc agnosce quam misera-  
bilis sit insanitia tua, qui velis quemvis  
Principem cuivis Presbytero, quanto ma-  
gis tibi subjicere, cùm Scriptura disertè  
Principem populi sui patrem vocet, Jo-  
sus 7, 19. eius ministros vocet ἡγεμόνες  
ecclesias vocet Rom. 13, 1. eminentes po-  
testates, eisque subjici velit omnem ani-  
mam.

Potestas, inquis, illa instituendi Imperatores p. 20 & 27.

Pontificibus Romanis non directo & ordinario jure, sed indirecto & extraordinario per causam religionis & fidei competit.

Imò Canonistis placet etiam directo jure potestatem illam Papæ convenire. Idem quoque Bellarmino præfat. contra Barcla. Casaubonus autem, quem imposturæ damnabas, non conquerebatur, quod directo jure, sed quod quocunque tandem modo potestatem illam arrogent sibi Pontifices Romani. Enimvero quòd pertinet nuperum illud sophisima, nisi ut veterem imposturam novo, sed per quam inepto techorio incrusteret? Regnum Navarræ Regis nostri proavo per summum scelus ereptum est. Nostrâ quid refert, directo an indirecto jure sibi jus huius iniuriæ facienda Julius arrogaret? Eâdem impietate Romani Pontifices, quod in ipsis fuit, duos Henricos olim imperio, nuper regno spoliârunt. Magnâ certè consolatione demulcisset eorum animos tui sophismatis epithema: Quin portius quisquis injuriam patienti conatur sophismatis os oblinere, is iniuriæ contumeliam adjicit.

*Sub annum, inquis, 820. mortuo Sancto Principe Navarra, 4. annis interregnum fuit, donec à Pontifice Rom. decretum allatum est, quo Ennicus Arista primus Navarra Rex appellatus & unctus est.*

Integrâ fere centuriâ, quin & toto cœlo erras. Quem tui figmenti laudatus sis authorem, videris. Ego Taraphæ Barcinonensis verba referam. Enicus, inquit, cognomento Arista ex Gothicâ gente, vel, ut alii volunt, ex comitatu Bigorrensi anno Domini D C C C X I I . ex montibus Pireneis cum exercitu descendens, magnas Maurorum copias delevit, & victor in Navarram rediens, princeps à Navarris & Arragonibus eligitur, ubi armorum certaminibus ardens fatis concessit, & Garfiam Enicum filium reliquit.

Sed ut demus & Aristam hunc & omnes eos, quos coacervas, Reges ac Imperatores admisisse, vel etiam postulasse

A consecrationem Pontificiam, fecerunt id ultrò, non coacti, non ullius juris divini vel humani legibus ad id obligati, nec posteris suis exemplo suo consecrationis huius petendi necessitatem imposuerunt, sed nec imponere potuerunt.

*Indignum est, inquis, in Ecclesia capite p. 2r. vilegia longa annorum serie firmata in quaestio- nem vocari, cum aliorum principum iura pre- scriptione longi temporis corroborata in contro- versiam non adducantur.*

B Non est eadem ratio: Regnum aliquis sive fraude, sive per vim usurparit. Huius filio cum ultrò fidem & obsequium pollicentur, cives non habent deinceps jus objiciendi vitium usurpationis paternæ filio, multò minus eius posteris. At si tam filius quam pater vim aut imposturam faciat, tam filio quam patti potest eripi jus vulpinâ fraude per circumscriptionem occupatum. Tam falsus autem est & falax Paulus V, quam quisquam antecelsorum, cum se caput Ecclesiæ mentitur, Quidquid igitur expiscatus est huius nominis obtentu, potest id illi, non secus ac malæ fidei possefessori subduci, maximè cum illius impostura sit non tantum iniusta, sed blasphema.

*Tam diurno rerum usu probatum est jus il- p. 21. lud, ut iam in controversiam vocari non debeat, ubi salus Ecclesia agitur.*

C D Integram saluti consulunt tum Ecclesiæ, tum Reip. quotquot commentitiis, qui bus gloriatur Pontifex, titulis larvam detrahunt. In Phortii Nomocanone tit. 2. p. 34. Constitutionum Imperialium tit. 3. Const. 9. Sic refeuit τῷ ἑρῷ καὶ χειρὶς τῷ χειρὶς μονῆς, hoc est, Diuturnitate temporis non acquiruntur res sacrae. Balsamon monet hanc constitutionem haberì syn- tagmatis alterius l. 50. tit. 3. cap. 9. his ver- bis: Τῷ χειρὶς νομῆς δεσπότῳ τῷ σωμα- λιᾳ χωρὶς ἱερᾶς οὐ αριστῶν, η δημοσιῶν, η δημοσιῶν, η πόλεως, η ἐλλήσης τοιχώπων, hoc est: Vscupiuntur corporalia preter res sacras aut sanctas, aut publicas, aut quæ sunt populi.

Rom. vel urbium, vel hominum ingenuorum. Vides quā inuita non possit. At qui conscientiarum libertas, in quas dominationem usurpavit Rom. sedes, est res spiritualis. Regia maiestas est res sacra, cuique regno res sua publica tam Sacrosancta est, quā olim in imperio Rom. res populi Rom. Nihil igitur eorum potuit Pontifex Rom. usu capere. Nicolaus I. Hincmaro Remensi laudatus à Gratiano D. 8. *Mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela abſcienda ac vitanda est, quæ nifi radicitus citius evellatur, in privilegiorum jus ab impiis assumitur.* Ibidem laudatur Augustinus, dicens lib. 2. de bapt. parvolorum: *Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus aut malignus est, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus est.*

p. 21. Non sibi, sed Ecclesia saluti consulunt. Nam quæ regna per vim & iniuriam suis illis potentissimis edictis ad Ecclesia Romane ditionem aggredierunt?

Faciunt illi, non quidquid volunt, sed quod possunt. Si directæ sibi, suæ sedi tot provincias aggregate voluissent, fructu fuissent. Eas tamen plus satis sibi vindicant, cum persuadent illis se caput Ecclesiæ totius esse, cum hoc prætextu etiaḡlia maxima ex provinciis illis expiscantur, cum, quoties libido fecerit auspiciū, & exsequendi consilii nefarii spes, rege legitimo spoliato regem alienum imponunt.

p. 22. Quæ Romani Pontifices hodiè tenent angustiora longe sunt, quā à Principibus solim accepterint.

Videlicet hic est ambitiosorum genius, Quarere ut absument, absumpta acquirere certant. Atq. ipsæ vitiis sunt alimenta vices.

Quæ vis vel fraus occupavit, ea luxus decoquit. Quæ sedi suæ quæsiverunt, ea quod in ipsis est, spuriis, scottis, exoletis suis largiuntur. Ita Regum nostrorum Carolingiorum amplissima donaria turpiter cum prodegerint, non minori turpitudine minora quidem, sed magna ta-

men latifundia Gregorius VII. emunxit Cleopatrae suæ, quæ Mathildis dicebatur. Ea rursus alii vel imminuerunt vel resarserunt, prout aliis alii profusiores aut tenaciores fuerunt.

p. 12. *Age vero, regna omnia Christiana cogitatione percurrito, eorum nomina citato, in quorum corpora & fortunas impotens Pontificis Romani dominatus immodecum grassetur.*

Imò tu, Bulengere, secula priora cogitatione percurrito, cogita quām impotenter in Germaniam, in Angliam, in Italiam grassetat sit Romani Pontificis ambitio totos quingentos plus minus annos. Cogita nunc quoque quām horrenda sit in Hispaniâ potissimum, Inquisitionis Pontificiæ tyrannis ab hinc annis ferè quadrangentis. Lege, scis, quæ non ita pridem scriptissimus de perfidiâ, superbiâ, tyrannide Pontificum Romanorum, de Inquisitoriæ carnificinæ barbarie, & id genus aliis ad eam rem pertinentibus, quæ multò quidem illustriùs, ornatiùs, copiosiùs ab aliis,

à nobis tamen bona fide, nec sine labore sunt enarrata in elogiorum Babylonis descriptione. Quod si moderatior est aliquanto Papæ potestas hodiè quām pridem, id ex parte debes nostris Ecclesiis, à quibus paratum videt auxilium: à Germanis, inquam, Anglis, Belgis, si vellet eadem, quā pridem impotentia grasset, Tamen quid nuper in Venetos, quid in Anglos tentat, non est obscurum.

p. 12. 25. *Erat Anglia veterum Regum voluntate, ac iudicio Pontificibus vestigalis, &c. unde atrocior est Iacobi magna Britannia Regis iniuria, qui non modo Pontificie ditionis in avito regno jugum excusserit, sed ipse pro Pontifice gerat.*

Non jam quæro quām proba sint donationum illarum instrumenta. Sufficit illa juris etiam Canonici regula: *Male fidei possessor nullo tempore prescrbit.* Quidquid Reges Episcopo Romano donarunt eo nomine, quòd illum hæredem Petri, generalem Christi Vicarium putarent, id jure meritissimo possunt repetere: *Qui errat,*

*non consentit.* Plus satis illi sit, quod impo-  
sturæ suæ fructibus tot annos potitus est.  
Hodiè Reges Angliæ excusio Romani  
Pontificis jugo non pro Pontificibus se-  
gesserunt, sed in Anglia sibi competere  
jus illud contendunt, quod Judææ regi-  
bus in Judæâ, nec aliud quidquam titulis,  
quibus insigniuntur, significatum volunt.

Jugum autem Papæ tantò justius, tantò  
miraculosius excussum Eduardus A.D. 1547  
quàm Henricus VIII. A.D. 1534. quò pa-  
tre junior erat, quoq; liquidius ipsi quàm  
patri constabat, quàm nullo jure Papa se  
dicat heredem Petri, Christi Vicarium ge-  
neralem. Serenissimus autem magnæ  
Britanniae rex cùm nihil innovarit, cùm  
scriptis publicis testatus sit, quàm non sit  
ignarus sui juris, quid causæ est cur illum  
insimiles atrociis in Papam iniuriæ? Non  
negamus multas urbes, provincias inte-  
gras pridem sedi Romanæ donatas à Prin-  
cipibus, sed hæc omnia quum per impo-  
sturam emunxerit, & iis in Ecclesiæ perni-  
ciem per summum sacrilegium ac tyran-  
nidem abusa sit, jure merito moveat corni-  
cula visum Furtivis nudata coloribus.

#### Caput XXIV.

#### P E D U M O S C U L U M .

**S**ui dominatûs indicium  
hoc inter cætera voluit esse  
Gregorius VII. A.D. 1076.  
quod iussit unius Papæ pe-  
dibus osculum figi tam à  
Principibus, quàm ab aliis. In quo palam  
facit Papa, quanto se Petro sublimiorum  
faciat, cùm inferiorem multò submissio-  
nem respuerit Petrus. Sed quia *nemo re-  
pente fuit turpisimus*, Videndum quibus  
gradibus ad hoc fastigium aseenderit, quo  
prætextu tantam superbiam tueatur, unde  
denique natus sit iste ritus.

*Mos, inquis, ex eo forte an ortus quod præsa  
supersticio deorum pedes aut manus oscularabatur.*

A Dignum certè patellâ operculum, di-  
gna tam fœtente rivo scaturigo. Sed  
Deorum manus sæpius quâm pedes oscu-  
labantur Ethnici. Papa non manibus,  
sed pedibus suis osculum figi vult. Igitur  
hac in parte docet, quâm ipsi conveniat  
quod de perditionis filio dicitur 2. Thesl.  
2. quod extollit se supra omne id quod dicitur  
Deus aut numen, maximè cùm deorum pe-  
dibus tum demum oscula figerentur, cùm  
supra terram extabant, ut facilius esset il-  
lorum pedes osculari, quâm manus.

*Priamus Achillie genua osculatus est.*

Nempe nulli melius quâm Papæ con-  
venit Achillis elogium, de quo sic Aga-  
memanon Iliad. α.

*Αλλ' οὐδὲ τινὴς Ἐθέλητες πάντοι εἴμαι εναπόδινοι  
Παντῶν μηδεὶς κρεπτὸς Ἐθέλητες, πάντοι δὲ αἰσθαντες  
Πάσσοι τὸ σκουλάνθρωπον εἰπελάσσοντες.*

Tamen ne Achillis quidem tanta fuit,  
quanta Papæ superbia. Manus enim eius,  
non pedes osculatus est Priamus.

*Χερετίνη Αχαΐην θάλασσα γένεται, γῆ κύτε χερετίνη.  
Manibus prehendit genua Achillius & manum*

Est osculatus. Perlunga quaslibet apud  
Ethnicos gentes, invenies quidem genu-  
flexione, adgeniculatione, totius corporis  
nonnunquam in terram usque deiectione  
Principibus honorem exhiberi solitum,  
imprimis à supplicibus.

Ut autem non nisi perreptato de geni-  
culis, cubiculo, osculoq; pedibus admot-  
to quisquam ad colloquium Principis ad-  
mitteretur, nullam, opinor, gentem inve-  
nies, à quâ ritu hunc se didicisse prætexere  
possit Roma. Sed ne Roma quidem ethni-  
ca nisi perraro pedum osculum usurpa-  
vit. Tu tres tantum Imperatores Ethni-  
cos, eosque reliquorum deterrimos lau-  
das, qui ritum hunc exegerint aut admi-  
serint, Caligulam videlicet, Maximini fi-  
lium, Diocletianum. Itaque veterrimum  
eumq; teterrimum huius ritus authorem  
Caligulam habebit Papa. Quanquam et-  
iam Caligula plerunque satis fuit, si quis  
manum eius oscularetur.

Calil-

Caligulae detestatio fecit, ut successorum eius plerosque puderet tantæ vescinæ. Ne tamen hic ritus prorsus obsolesceret, fecit Satan, ut saltem à servis hunc honorem exhiberi sibi paterentur ingenui quidam. Salvianus uxorem suam Palladiam hortatur, ut quantâ maximâ submissione parentum iram leviat. *Osculare*, inquit, *quia absens labiis non rales*, saltem obsecratione pedes parentum tuorum quasi ancilla; manus, quasi alumna: ora, quasi filia.

In Ecclesia tu quidem vis iam inde à Clementis temporibus id usurpari cœptum, & laudas authorem vita Dionysii, dicentem: ὁ Σισίννιος φίλος τε Νερού πεσόντες τῷ Θεῷ ἐψαυτὸν μακαρεῖων ἔκεινων τῷ Πατρὶ ἀγάπης ποδῶν. Tu sic vertis: *Exosculatus est Sisinnius beatos Clementis pedes*, omessa voce Patriarche, quæ sufficit ad docendum quanto Clemente recentior eoqué sublestæ fidei sit hic narrator, cùm nec Eusebius, nec Nicena Synodus, nec eā vetustior quisquam scriptor Christianorum nullum Episcopum vocet Patriarcham. Antiquissimum pedibus osculum figendi vestigium occurrit in Ecclesia quidem apud Tertullianum de pudicitia. Et tu quidem, inquit, Zepherinum Episcopum Romanum alloquens, pœnitentiam mœbri ad exorandam fraternitatem in ecclesiam inducens conciliatum (legendum puto conciliatum) & concineratum cum dedecore & horrore compostum prosternens in medium ante viduas, ante Presbyteros, omnium lacrymas suadentem, D omnium vestigia lambentem, omnium genua detinentem. Et reliqua quidem multis gentibus in supplicatione communia, vetustaque fateor. Illud Romanum & nuperum erat omnium vestigia lambere. Quanquam omnium, hoc est, cuiusvis potius quam Episcopi tum vestigia lambebantur à pœnitentibus, non quod ab iis quisquam hoc postularet, sed quia nihil non excogitabant, ut quamprimum impetrarent suam cum ecclesiâ reconciliatiōnem.

A Philippus Imperatorum primus Christi fidem p. 30. amplexus, reverenter ad Flaviani Rom. Pontificis pedes se provolvit.

Nec ad geniculationis istius meminit Eusebius l.6.c.27. & quod ait: κατέχεται εγώ, rumor obtinuit Philippum fidem amplexum, id fabulosum esse, docet tum Ethnicorum historicorum ea de re silentium, tum quod seculares ludos Romanorum omnium superstitionissimos celebravit Millesimo Urbis conditæ anno, Christi B 247. quibus vix dum exactis supremum diem obiit Fabianus Episcopus Rom. Deinde pedum osculum ad geniculationi simplici immane quantum discrepat.

*Constantinus Magnus statoris munus apud p. 30. Sylvestrum Pontificem obiit teste Photio.*

Imposuit Photio commentitiae Constantini donationis author centum circiter annis ante Photium conficitæ. Tamen ne fictitium quidem hoc instrumentum pedum osculum commemorat, forte quia C tum pauci adhuc Principes Pontificum pedes exosculati fuerant, cùm instrumentum illud confictum est, nemp̄ sub Zaccaria, qui sedere cœpit A.D. 741.

*Ambrosius*, inquis, de dignit. sacerdot. c. 2. p. 30. Regum colla, &c. Si vere sunt hæc Ambrosii.

Locus illustris est, sed quo turpiter abutuntur lupæ Romanæ lustra. Sublimitas, inquit, episcopalis nullis poterit comparationibus adequari. Si regum fulgori compares & principum diademata, longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cùm videoas regum colla & principum submitti genibus sacerdotum, & exosculatis eorum dexteris, orationibus eorum credant se communiri.

His verbis sua constare potest veritas, non eo quem Papa vult, sed eo, quem recta ratio dictat, modo. Episcopatus regno dicitur esse potior. Quidai? Cùm etiam Christianum esse, potius sit quam regem esse. Quis vere Christianus dignitatem suam cum Neronis diademate commuta-

tam velit? Sed Ambrosius non ait se potiorem esse Theodosio, neque certe dicere debuit. Nam Theodosius & Christianus fuit, & pastor, & Sacerdos, ac insuper Imperator. Reges quippe pastores dicuntur, & à sacris & ab exoticis scriptoribus. Quivis Christianus, quā talis, etiam Sacerdos est, atque adeo Rex. *Vosestis*, inquit Petrus non pastoribus, sed ovibus, regale Sacerdotium. Johannes Apocal. i, fidelium omnium nomine fecit, inquit, nos Reges & Sacerdotes. Etiam Episcoporum suorum Episcopus debet esse Rex verè Christianus. At in Synaxin sacram non ingreditur Princeps, quā Princeps, sed quā Christianus, nec ut pastor, sed ut ovis. Id ut testetur, de geniculis adorat & inferiore loco, Pastor stans & de ambone. In hoc actū vel Diaconus ut Rege, sic Episcopo maior est, quia tunc Episcopus non Episcopum agit, sed ovem. Quamobrem tum ut Regis sic Episcoporum colla genibus orantis Diaconi sunt inferiora. Quod si tum tralatitius, ut Ambrosius innuere videtur, mos fuit, ut baptisatum suscepturnus baptizantis manum exoscularetur, tam Presbyteri, quam Episcopi manum exosculari potuit. At num jubebat Ambrosius, ut ad se veniret Theodosius, an non contra Theodosium adibat Ambrosius & honorem habebat illi, qualem subditus suo Regi? qualem Tsalok & Nathan Davidi, Salomoni? Certè tum etiam Ecclesiarum agri tributum pendebat Imperatori, ut ipse docet Ambrosius ep. 33.

Hanc, quam diximus, Ambrosii mentem esse docent sequentia c. 3. Ne sit gradus excelsus, & deformis excessus. Ne habeatur in ecclesia cathedra sublimior, & conscientia sacerdotis reperiatur humilior. In eandem Synaxin si convenirent Episcopi multi, Rex unus, nunquid omnium Episcoporum quam Reges erant sublimiores cathedræ? Quis id credit? Eius vero qui moderabatur actionem, quam cuiusvis alterius am-

A bonem sublimiorem fuisse, nihil mirum est. Fateor tamen illam inter Episcopum & Regem comparationem vitio non carere. Si Theodosius Ambrosium eo nomine culpare voluisset, quem vindicem laudare potuisset? quem Martyrem? quem Apostolum? quem Prophetam? quem doctorem intra 1800. annos, qui fluxerunt ab Aaronis obitu ad Ambrosiam usque? Contra tam novi, quam veteris testamenti tabulae Regiam dignitatem passim anteponunt Sacerdotali, postponunt nunquam. Etiam Judæorum rituales libri docent quæ fuerit hac in parte praxis Israeliticæ Ecclesiæ. Multis autem nominibus regem anteponunt summo Sacerdoti, tractatu de synedrio cap. 2. Vis dicam quod sentio? Nec modestiam, nec seculum Ambrosii sapit liber ille.

*Apud Suidam Leontius Antiochenus Eusebius p. 30. Constantij uxori roganti, ut se inviseret, respondit: Has leges tibi dico, ut Episcopis authoritas sua integrasit, è solio tuo descendas, obviam mihi procedas, & caput meis manibus subicias.*

Tripoleos non Antiochiae vocat Episcopum Suidas, aitque Leontium addidisse: *Ego quidem sedebo, tu vero stabis reverenda, ac tum demum, cum iussiro, sedebis*, quæ quo sunt impudentiora, eo fide sunt indigniora: Constantius scilicet, qui tot Episcopos & Liberium ipsum Romi. Episcopum iniustas ob causas in exilium misit, passus fuisset, ut vult Suidas, Tripolitanum Thrasonem sibi, suæ coniugitam pertulanter inequitanteim.

*Valentinianus Imp. obtestabatur Episcopos, ut p. 30. Mediolani eum eligerent Episcopum, cui ritè caput submittere posset. Theodoretus l. 4. c. 5.*

Hoc est, ut ipse Valentinianus addit, cuius censuram æquo possimus animo pati.

*Guanias Tyrannus Chrysostomum legatum excipiens dextram eius ad oculos suos adduxit, filiosq, ad sacra eius genua admovit, teste Theodoreto l. 5. c. 33.*

Fuit hic extraordinarius impetus, qualis

lis Nabuchodonosoris erga Danielem, quem ideo notant historici, quod esset extraordinarius. Quem autem honorem Chrysostomus habuerit Guaniæ, non notant, quod esset ordinarius.

*Iustinus Imp. dans honorem Deo, humiliavit se pronus, & adoravit beatissimum Papam Iohannem.*

Ita refert Anastasius Papæ, Bibliothecarius Papæ, perpetuus adulator, eo quæ merito suspectus.

*Anno salutis 538. Iustinianus magnus Imp ad Agapeti Pont. pedes accidit, ut prodit Nauclerus.*

O testem locupletem! nongentis amplius post Justiniani mortem annis natum! At vide, quantum ab eo fastigio tum adhuc abesset Papa. Gregorius I. A. D. 593. ep. 10, Theodoro medico: *Quanta bona omnipotentis Dei & serenissimi Domini mei Imperatoris habeam, lingua mea non sufficit explorare. Pro quibus bonis quid est meum retrahere, nisi vestigia eorum pure amare? Hellenismus, amare, φιλεῖν, osculari. φίλημα, osculum.*

Nolim tamen ex hac phrasi colligere Mauricii pedibus osculum figi solitum, non dicam à Gregorio, sed à quovis alio subdito suo. 1. Sam. 25, 41. Abigail ait Davidi: *Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum Domini mei.* Non dixeris tamen Davidem tale quidquam passum.

Ut ut sit, ante sexcentesimum annum Christi nullum Principem Christianum, nullum Episcopum invenies, ne Romanum quidem Pontificem ullum, cui passim is honor exhiberi solitus fuerit, quem hodie flagitat Papa.

A exæquet solium Jovæ & cœlestia tentet? Facit autem id non tantum eo nomine, quod hanc pedum suorum exosculationem adorationem vocat, cum cuiusvis alterius principis, Regis, Imperatoris honorem ita nuncupari nolit, sed & eo, quod quamplurima, quæ soli Deo convenient, attributa, mortali quidem nullo velit ea tribui, sed ea sibi vel tribuit ipse, vel ab aliis passim tribui gaudet. Id quia pertinet ad suum vel potestatis, vel impietatis, vel superbiæ Pontificiæ fastigium, dignum est, quod à nobis accurate perpendatur.

Qui ne suo quidem sanguini pepercit, ut nos redimeret, quanto magis cum illo cætera quoque nobis gratificatus est? inquit Apostolus Rom. 8. Inter illa, quæ nobis largitur Deus, non sunt pro nihilo ducenda magnifica, quibus Ecclesiam suam cohonestat, elogia, quibus tum suam in nos gratiam testificatur, tum revelandam in nobis gloriam adumbrat.

C Sed quod liberalior erga nos est Deus, tanto sincerius agnoscere debemus, quanto discrimine differant hæc elogia, cum Deo, cum Christo, & cum Dei servis, Christi membris tribuuntur. Alioqui, si titulis, quibus Deus suos afficit, abutamur ad nos, vel quosvis alios homines Deo æquandos, sumus vel Diaboli superbiam, vel gentium Idolatriæ consortes. Tu qui-  
dem, Bulengere, passim fateris hæc attri-  
buta Deo convenire primariò, per essen-  
tiā, eminenter, creaturis per participationem: quod sanè verum est. Sed id non sufficit. Nam ut omnes creaturas, non tantum à divina, sed & ab humana Christi natura distinguas, addendum, creaturas quidem *κατὰ τὸν*, secundum quid, quarundam perfectionum respectu, & cum quibusdam creaturis comparatas ornari præstantibus illis divinis attributis. Ea vero Deo, Christo *ταῦτα ποιῶν*, convenire tum perfectionum, quas illæ voces exprimere possunt, tum *creaturarum omnium* respectu.

O



### Caput XXV.

#### ATTRIBUTA DIVINA PAPÆ DATA.

Vi supra omne id quod dicitur Deus tantopere se extollit, ut etiam à Regibus velit suis pedibus osculum figi, quid superest, nisi ut

PAPA PER-  
PERAM DI-  
CITUR EC-  
CLESIAE  
SOL.

Deus unus est Ecclesiæ Sol, lumen. A Cùm Psalmo 27, 1. David Deum suam esse lucem prædicat, docet id ita se Deo tribuere, ut nemini præterea conveniat. Itaque Jacobi primo Deus vocatur paterluminum, quod ab eo sit omne bonum. Sic Johannes Evangelista statim initio negat Johannem Baptistam esse τὸ φῶς, lucem antonomasticè dictam, sed venisse, ut de luce testaretur: Christum autem esse lucem illam, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Cùm igitur ait Matth. 5. *Vos estis lux mundi:* communiter id intelligendum de omnibus Apostolis, ratione sequentium Pastorum; de pastoribus omnibus, ratione suorum gregum: de pastore quovis, quantumvis eximio, respectu paucorum aliquot hominum; de fidelibus omnibus infidelium habita ratione, vel etiam fratum, cum quibus versantur, quibus exemplo facem allucere debent, ut Pastores tum exemplo, tum doctrinâ.

Petrus nusquam vocatur lux. Sed etsi lux diceretur, nemo pius dubitaret id illi convenire communiter cum reliquis Apostolis, & eorum, quibus Evangelium prædicavit, respectu, quo modo Paulus, non minus quam Petrus fuit instar lampadis, instar syderis. Tamen, quasi Petrus singulariter & absolutè sit totius mundi lux, Ecclesiæ totius, quasi quivis Episcopus Rom. sit idem planè quod Petrus, Bonifacius VIII. scilicet duo quidem luminaria magna condita primitus à Deo, sed luminare minus esse Imperatorem, lumine maius esse Papam, quasi fontem scilicet totius luminis, caloris, vita spiritualis, cuius particeps fit Ecclesia. Hoc certè non est Phosphorum, sed Luciferum agere, lucem suam auferre Deo, mundo tenebras offundere.

PETRA.  
Deus unus est Ecclesiæ Petra. Deut. 32. *Petra, quæ te genuit, oblitus es.* LXX. θεὸν τὸν γενίον τὸ στέγνατέλιπε, & ita vicies vocem Hebræam Tsur, quæ propriè petram si-

gnificat, verterunt ἡρόν, κύρον, γένον. Christus unus, ut Deus & homo, lapis est ille reprobatus quidem ab hominibus, sed factus in caput anguli. Psal. 118. hoc est, in principem totius domûs. Nam in Scriptura Principes vocantur τοῦ καρποῦ, anguli. Nec tantum unius anguli caput, sed totius ædificii basis simul & culmen, omnia fulciens verbo potentiaæ suæ. Hebr. 1. omnia verò κατὰ τὴν Εκκλησίαν εἰς τὴν Εκκλησίαν supereminens gloriae suæ maiestate. Itaq; B nemo potest aliud fundamentum posse. Cùm igitur Simon filius Jonæ vocatur Petrus, intelligendum id communiter cum omnibus fidelibus, ut ipse explicat statim initio suæ prioris epistolæ, vel communiter cum aliis Apostolis, ut explicant Paulus Ephes. 2. & Johannes Apoc. 20. eorum denique respectu, quorum fidem exemplo, verbo, miraculis statuminavit. Papa verò nō tam Petrum, quam scipsum eo modo Petram facit, quem blasphemiaæ C meritò damnat Casaubonus. Hic tu sic in eum insurgis:

*Si ex rei veritate, inquis, Petrus Ecclesiæ fundamen- Bul. p. 108.  
damentum appellari potest, cur Deo hac appella-  
tione iniuriam fieri contendis, cur maiorem bla-  
phemiam esse ait, quam ut in ore cuiusquam ferri  
debeat, cum in ore tuo reperiatur?* At nec Ca-  
saubonus, nec quisquam pius Petrum eo  
modo Petram, vel fundamentum vocat,  
quo Papa se Petram vocat. Fundatorem fuisse  
dicimus Petrum earum Ecclesiarum, qui-  
bus primùm Evangelium prædicavit, non  
autem omnium. At Patres Ecclesiæ fun- P. 122.  
damentum eum vocant, nonnunquam &  
totius Ecclesiæ. Rarum id. Tamen etiam  
totius Ecclesiæ fundamentum fatebor  
posse dici, modo fatearis eū fuisse funda-  
mentum Ecclesiæ totius indefinite sum-  
ptæ, quomodo Paulus quoque, Johannes  
& reliquorum quisque fuit indefinite to-  
tius Ecclesiæ fundamentum. Apostolatus  
enim unus est, cuius in solidam pars ab  
omnibus tenebatur. At tu vis Petrum,  
Papam, Paulum V. esse simpliciter, uni-  
versa-

versaliter, absolutè totius Ecclesiæ fundatum. Hoc illud est, quod blasphemum esse pertendimus.

Principi à subditis vel à Principe peregrinante majori natu, vel unico filio suo tribuuntur claves urbis in testimonium supremæ potestatis. Hoc modo Pater cœlestis maximo, quin & unico filio suo claves tradidit. Apoc. 3, 7. Singulatiter videlicet, & omnium hominum respectu, ut unus hic cùm aperit, claudere possit nemo; cum claudit, aperire nemo queat. A Principe verò, cùm tribuuntur subdito claves, id est indicium, non ullius in reliquos subditos supremæ potestatis, sed ministerii, non dishonesti quidem, sed alligati tamen huic sollicitudini tam stricto vinculo, ut non nisi certo capit is periculo suum hoc ministerium insuper habete possit. Hoc modo claves Petro tribuuntur à Christo. At ut in plerisq; paulo munitoribus urbibus, non uni tribuuntur claves, sed pluribus conjunctim, ut horum nullus portam urbis aperire solus possit, sed tum demum cùm coniuncti fuerint: Sic & quandiu simul Hierosolymis faerunt Apostoli, nullus horum solus habuit jus clavium, sed simul omnes conjunctim hoc munere fungebantur. Ubi verò sejuncti toto passim orbe prædicabant, tum non ut à Petro, sed ut à Christo delegati, soli Christo ἡλικίῳ potestatem clavium eodem jure singuli exercebant, quo simul omnes coniunctim, cùm Hierosolymis essent. At nec simul coniunctim universi, nedum singuli seorsim in totum gregem, immò nec in ullam gregis partem διαστύχον, αντεγμένον, monarchicum jus habuerunt.

Quod claudendi & aperiendi, id designat ligandi solvendi potestas, Deo Patri, Christoque Filio conveniens non minus singulariter quam reliqua, quæ recensuimus elogia, quod ut planius fiat, respiciendum non tantum quid fiat inter homines lictorum quidem manu, sed

A Magistratus jussu pro jure quod accepit à supremo Principe, sed imprimitis spectandum jus Legislatoris, penes quem unum est sciscere quid vetitum, quid licitum sit.

Id Judæi dicunt ligare, solvere. Vide cum primis R. Molem affirmativo mandato cxi. & in Milnaioth ac Talmude passim. Est autem Christianis unus Legislator, qui potest servare & perdere, Jac. 4. 12. Hoc modo ligandi, legibus æternis conscientias & totam Ecclesiam alligandi potestatem nulli mortali tribuit Deus. Uni Christo singulariter competit hoc ligandi solvendi jus.

Lictoribus verò cùm ligandi solvendi jus tribuit Princeps, id tribuit nulli singulariter, sed multis communiter, utpote ministerium, officium non dominatum. Cùm autem homo corporeus non possit animæ, quæ spiritualis est, injicere vincula, quæ spiritualia quoque sunt, cùm homini tribuitur jus ligandi solvendive, tum illa ligatio solutio-

C que sumitur eo sensu, quo passim in Scripturā חָרֵךְ נִקְמָה justificare, Græcis Ακαδεμίᾳ. In oppositō verò passim eadem ratione dicunt Hebræi ἡρών γένος καὶ οὐδὲν. Græcis, Latinisque desunt vocabula propria, Quis enim audeat dicere reificare, malificare vel improbificare, peccatificare? Ut ut sit, in omnibus huiusmodi verbis facere, nihil aliud significat quam declarare. Solus peccator se propriè loquendo reum, improbum, peccatorem facit. Talem autem illum declarat Deus supremo jure, Pastor verò delegato, quasi minister, dispensator, cœconomus, non ut Dominus. Sic, cùm varias Rabbinorum suorum sententias refert Talmud, dicit, ille quidem ἀστός ligat, ille verò solvit, hoc est, pronuntiat ille quidem nefas, ille verò licitum hoc & illud esse. Petro sanè jus ligandi, solvendi datum à Christo, sed ut omnium nomine Jesum fuerat confessus Dei filium, sic & omnium nomine jus illud tum clavium, tum vincolorum accepit, quæ non sunt duo jura, sed unum aliteratque

D

declarat Deus supremo jure, Pastor verò delegato, quasi minister, dispensator, cœconomus, non ut Dominus. Sic, cùm varias Rabbinorum suorum sententias refert Talmud, dicit, ille quidem ἀστός ligat, ille verò solvit, hoc est, pronuntiat ille quidem nefas, ille verò licitum hoc & illud esse. Petro sanè jus ligandi, solvendi datum à Christo, sed ut omnium nomine Jesum fuerat confessus Dei filium, sic & omnium nomine jus illud tum clavium, tum vincolorum accepit, quæ non sunt duo jura, sed unum aliteratque

aliter adumbratum. Ne verò Petrus, vel potius quispiam alias Petri nomen mentiens jus istud quasi Petro, Petrique successoribus singulariter conveniens in Tyrannidis instrumentum verteret, quod vinculorum, eoq; clavum jus Petro commiserat Christus Matth. 16. id omnibus Apostolis æquo cum Petro jure commisit, Joh. 20. Qui verò singulariter id obtentu Petri Romano Pontifici vindicant, eoq; vinculorum titulo nullum non dominandi jus complectuntur, quasvis leges figendi refigendique potestatem Papæ quasi supremo totius Ecclesiæ Legislatori tribuunt, ii non minus blasphemos, non minus idololatras se produnt, quam in reliquis supra meioratis elogiis. Quippe, si per auditorum recordiam liceat illis dissentere prodere, quid velint, tandem eò cum Canonistis delabentur, ut dicant posse Papam de injustitia facere jus, non causam facere causam, & id genus alia, quæ si strictissimè accipiuntur, ne Deus quidem sibi vindicat, ut qui juris & injusti fines nunquam permisceat, nec in illa permixtione ponat ullam sui dominii, sive majestatis supremæ partem.

## PASTOR.

Pascendi munus omnibus quidem Episcopis convenit, atque a deo Presbyteris. Sed eum Scriptura passim Christum Pastorem simpliciter vocet, & ὁ παπᾶς, 1. Petri 5, 4. Satis docet sui quenque gregis respectu, pastorem esse, Christum unum gregum omnium, pastorum omnium respectu, Pastorem esse. Eundem titulum cum Papa sibi, cum Baronius Papæ tribuat A. D. 34. §. 207. cum tu quoq; passim idem facias, ut in aliis elogis, sic etiam in hoc quoq; Papa blasphemè sibi tribuit, quod uni Christo convenit.

## SPONSUS.

Eandem blasphemiam admittit, cum se vocat, aut vocari patitur totius Ecclesiæ sponsum.

Criminantur, inquis, Oecumenico Concilio Lugdunensi Pontificem sponsum Ecclesiæ vocari, blasphemiam committi aiunt, quod solus Christus

A sit sponsus Ecclesiæ. Admitto, si primarium sponsum dicunt: Pontificem secundarium sponsum esse non diffitemur. Ita Deus primaria lux, Apostoli secundaria.

Quid? Ecclesiæ digama duobus nupta? Cum Johannes Evangelista cap. 1. negat Johannem Baptistam esse lucem, ut hoc tantum vult non fuisse primariam lucem? Itane Christo quidem, quatenus homo, lucis nomen conveniet, cum Pater certè, cum tam Patris, quam Filii, Spiritusque sancti divinitas sit primaria lux. Christus autem lux dicitur, non tantum quam Deus, sed & quam homo, quod etiam illius humana natura supra quamvis Angelicam lucem sit erecta. Unus Christus est, ut lux, sic & sponsus totius Ecclesiæ. Quilibet pastor est, esse certè debet ut sponsus. Sic lux gregis sui. Totius Ecclesiæ sponsum neminem præter Christum vocare potes sine blasphemia. Si secundariae lucis titulum merentur omnes Apostoli, quid habet commentitius hæres Petri, cur sit secundaria, vel centenaria, millefimava lux potius quam Johannis, Bartholomæi, Thomæ successor? Oecumenicæ vero Synodi titulum frustra das Lugdunensi A. D. 1274. habitæ, cum eam Oriens nunquam admiserit, cum eam detestetur Occidentis maxima pars.

Regem Regum se dictabant Nabuchodonosor, Sennacherib, alii, sed ethni-  
cā loquendi ratione, quam nemo pius  
D Princeps usurpaverit. Tamen potuit illorum superbia tolerabilior esse Pontificiā. Nam idè se Reges Regum dicebant, non quod omnibus, sed quod multis regibus imperandi jus haberent. Papa Regibus, non multis tantum, sed omnibus imperandi jus sibi tribuit, quod & tu quoque Papæ tribuis. Oblatrant, inquis, in cap. periculo de statu regularium in c. dicere Papam totius mundi principatum tenere. Agnosco, sed spiritualē, ut Christi Vicarium. At hoc est Chimarami chimarā superstruere. Non magis enim probas Papam esse generalem  
Chri-

CHRISTUS.

Christi Vicarium, quām mundi Dominū. Èdēm impudentiā Christus quoque dicitur ab adulatoribus suis. Claudius Seissellius adversus Waldenses A.D. 1520. fol. 36. *Quantuscunq; culpis alioquin sit irretitus, angelus Dei est. & eō amplius, Apostolorū successor & Christi Vicarius, dicitur amplius in dī & CHRISTUS. Si se quoq; talē credi voluit Seissellius Archiepiscopus Taurinensis, quantò magis antonomasticè de Papa dictū id voluit? At q̄s p̄ius huiusmodi Thrasonismos dicam an Gnatoniſmos non abominetur?*

**B** Sic & Patris nomen simpliciter & absolūtē sumptum uni Deo convenit, quod unus Deus sit pater, Spirituū omnis carnis, Num. 16, Marth. 5.

Pater verò quisque dicitur eorum respectu, quos pascit, quos genuit, sive secundum carnem, sive secundum spiritum, quorum denique regimen sive politicum, sive Ecclesiasticum accepit à Deo. Itaque regibus Gerari convenienter & ~~viginti~~, imponebatur illud nomen, ut omnes dicerentur, Abi-melee, ut meminissent sibi paternū affectum potius quām herile supercilium induendum. Graci lectors aut alios huiusmodi minores ordines vocant ~~aut~~ ~~aut~~, ut Balsamon in Photii Nomocanonem tit. 1. cap. 34. & hodieq; Germani simplices Presbyteros vocant Papas. Olim Episcopus quivis gregis sui respectu dicebatur Papa. Id annos circiter octingentos obtinuit, ac iam habebat hæc nuncupatio suum usum. At ex quo Gregorius V 11. A.D. 1073. titulum hunc uni sibi vindicavit, ut ab aliis hoc veluti proprio nomine discerneretur, quod vellet se simpliciter & absolūtē Papam omnium, omnium parentem, adeoq; Dominum, Regem, Monarcham habeti, dici, coli, ex eo cœpit maximè blasphemus esse titulus hic. Itaque sciat se τυγχανως à nobis Papam dici, quomodo Soteris Antiochi filius ab historicis etiam Christianis ~~μητρικως~~ dicitur Antiochus ο Γρ. Est hæc contracta loquendi ratio, cuius

A mens hęc est: Antioch⁹ ille, cuius impietas & superbia tanta fuit, ut dici voluerit Deus.

Huius impietatis etiam apud Ethnicos Deus. rara sunt exempla, si Romam excipias, quæ frequenter suis Imperatoribus tribuit, ut divinos honores, sic & Dei nomen ut plebs Narbonensis in voto quod Augusti numini suscepit A.D. 11, V.C. 764. ut refert Rosinus Antiquit. Rom. lib. 2. c. 2. p. 90.

Docent id imprimis Poëtae: Virgilius.

O Meliboe Deus nobis hac otia fecit.

Namq; erit ille mibi semper Deus. Augustus videlicet. Sic Horatius l. 2. ep. 1. *Presenti tibi maturos largimur honores*

*Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.*

Ovidius ut Augustum placaret, Deum passim indigetat Tristium l. 1. elegia 1.

*Vivere medices, salvum tamen esse negabis,*

*Id quoq; quod vivam, munus habere Dei.*

Elegia 2.

*Placato possum non miser esse Deo.*

Elegia 3.

*Et tecum magno pareat illa Deo.*

Elegia 4.

*Hac offendatur ne pietate Deus.*

Alia complurima nobis ipse suppeditata Imperatoris tu lib. 1. cap. 13. Huiusmodi voces aversabatur Tiberius. Itaque Romanæ propemodum obsoleverat hic stylus, cum eum frequentiorem quām pridem reddiderunt, Caligula, Nero, Domitianus, cuius patri satis erat, si post obitum Deus diceretur, quod innit fœditati suorum adulatorum illudens ipse, cum ait moribundus. *Vt puto, Deus fio.* Vide Dempsterum Antiquit. Rom. lib. 3. cap. 18. p. 225. & seqq. Nihil ergo mirum, si mysterium iniquitatis jam tum efficaciter agi moneat Paulus 2. Thess. 2. quod cum multis aliis, tum vel hoc nomine verum esse cordati vident. Nihil quoque mirum si bestiæ prioris typo totū Reip. Romanæ regimen à Romulo ad Odoacrum complectatur Johannes Apocalypsi. 13. cum etiam Christiani Imperatores se tuasq; statuas adorari passi sint, ut elogiorum Baby-

lonis cap. II. multis exemplis docuimus, A quibus addere potes quod Theodosius Pacatum patienter audiit, dicentē: *Deum dedi Hispania, quem videmus, quodq; suūnumen, suas statuas adorari vult.* C. Theod. lib. 15. tit. 4. Idem Symmachum non reputat, dicentem l. 10. ep. 21. *Hac aeternitas vestra venerabilis, &c.c. expectamus oraculum, quo salutariter ut vestro numini familiare est, patrum decreta firmetis.* Hæc piis illis principibus præculdubio nō placebant, sed in ethnico, gnatonomq; tantâ turbâ, quæ vix poterat emendare, toleranda putabant. Interim principi non imerito tribuitur, quidquid eius autoritate firmatur. Hunc certè stylū imitari non debuerunt Romani P̄tifices.

Hic Resureidus Casaubono tabula V. Cūm Divi & Critorum grege quipiam propoununtur, minime stomachus tuus nauseat. Legistīne de Scaligero amicō tuo, ab amico Lipsio dictum? Genus Deorum. An excidit illud, quod quidam ē vestris Heinsius lib. 1. eleg. 1.

Iam mihi Burdenos mensest deducere Divos. Lipsio quod objicis, id tuo potius quām nostro probro cedit. Heinsius illa cūm scriberet, juvenis admodum erat. Et pleriq; Poëtæ putant hac in parte multū sibi licere. Putant à se quemlibet Principem, à Principibus ortū vocari posse Deum, ac genus Deorum. Hac mente Scaligero tribuerunt hæc elogia, quē à Veronensibus Principibus ortū, & dotibus humanū præmodū captū superantibus præditū sciebant. Pontificū pleriq: cūm sint terræ filii, longè alia mente Dei nomē illis tribuitur.

Pessimum factū clamant, quod Constantinus M. omnes Episcopos vocarit Deos apud Rufinum hist. l. 1. c. 2. Respondet Dominus ipse: ego dixi, Dī estis, & filii altissimi omnes.

Athæc verba Psal. 81. non Sacerdotibus dicuntur, sed Principibus ac Magistratib⁹, qđ si Constantinus adhuc cathechumenus ignoravit, excusatione dignus est. Sed pessimum factū meritò contendere possumus, quod Constātino persuasum est, quisquis tandem fraudis illius primus author fue-

rit, hæc sacerdotibus & episcopis dici. Imprimis pessimum factū dicimus, quod Nicolaus I. ad Michaelem scribens, & ab Anselmo lib. 1. c. 71. Gratianoq; D. 96. can. 7. laudatus ita ratiocinatur: *Satis evidenter ostenditur à seculari potestate, nec solv: prorsus, nec ligari pontificē, quem constat à pio principe Constantino Deum appellatū, cūm nec posse Deum ab hominibus judicari manifestū sit.* Argumentū Nicolai tale est: Deus à nullo mortali iudicari potest. Ego sum Deus. Ergo nec à te, Michael, nec ab ullo mortali iudicari possim. Cūm ita de se locutus sit Nicolaus, cūm ita loquens laudetur in Canonico sedis Romanæ jure, nihil mirum si Canostistas huius recordiæ non puduit.

Mentiuntur splendide Canonistas Pontificem p. 62. Deum essentiā facere: imò imitatione, & delegata ab ipso Deo jurisdictione. Imò tu splendide nobis imponis. Sed potestne verè dicere canonistas Papæ minus tribuere, qđ Judæos Herodi⁹ Herodes cūm ab Angelo percus- C sus est, an dixerat: Ego sum essentia Deus? an illi dixerat populus; Tu es essentia Deus? Nihilominus sensit ultricē Dei manū. At Canonistarū, qđ Judæorū adulationes sunt multò detestabiliores, eoq; Pontif. Rom. multò damnabiliores Herode. Nam populus id semel dixit imperu potius quām consilio. Canonistarū natio sēpè blasphemias suas repetiit, & propugnavit.

Illā ego nō tulerim, quæ computat & scelus ingens. Sana facit. Harum adulationū aliquot D exempla proferrē, nisi nuper id fecisse elo- giorū Babylonis c. 96. Eas aliquādo videri vis improbare. Tu tñ. paria facis. Deus, in- quis, Papa, omniū in Ecclesia judex, quia Vicarius Christi, Deus participatione. Nō quivis Vicarius Christi, Deus per participationem. Nā nec tu Dei titulū patienter feras cū reliq; Episcopis comunicari, multò minus cū Magistratu politico, cūm tñ. huic p̄priè vocē Eskim tribuat Scriptura. Vicarius ille specialis, vel universalis, quē sibi vindicat Papa, planè fictitiusest. Deus igitur est p̄ imposturā, p̄ usurpationē, p̄ blasphemiam.

SEDIS

SEDIS RO-  
MANÆ  
SANCTITAS.

# IACOBVS CAPPELLVS

JUL. CÆS. BULENGERO S.



Vam sedi Romanæ sanctitatem tribuas, BULENGERE, non satis disertè exprimis. Sed quid illa sibi tribuat, vel te tacente satis cōstat. Pelagius I. vel, ut alii volent, Gelasius I. D. 21. c. quamvis, &c. Petrus, inquit, & Paulus Romanam Ecclesiā Christo Domino consecravit, eamq; omnibus urbibus in universo mundo sua praesentia atq; venerando triumpho pratulerunt. Est ergo prima Apostoli Petri sedes Rom Ecclesia non habens maculam neq; rugam, nec aliquid eiusmodi. Vides quantò pluris faciat Roma Petri Paulique sanguinem, quàm tot Prophetarum, tot Apostolorum & ipsius Christi, qui tum præsentia suâ, tum martyrii suo triumpho Hierosolymitanam Ecclesiam Deo consecravit, neque tamen illam reddiderunt erroris & lapsus omnis expertem, cùm id sibi concessum contendat Roma, non ullo Christi, Petri, Paulive mandato, (Deus enim pro suâ providentiâ prospexit, ne tale mandatum ullum auderet Roma comminisci) sed hoc solo nomine, quod Romæ prædicarunt, & martyrium fecerunt Apostoli duo sanè præstantissimi. Cùm ergo, ne Roma quidem ausa sit ullum ullius Apostoli, Christive decretum fingere, quo talis sanctitas sedi Romanæ vel eius Episcopo tribuatur, ut ne rugæ quidem, nedum maculæ sit capax, videndum quid in hac parte docere nos possit ratio, seculorum sedecim experientia, & Patrum consensus.

Capit. I.

AN PAPA SIT OBNOXIUS  
CENSURE.

**P**apa nullo jure sibi vindicat idem jus in omnes totius orbis Episcopos, quod Deus summo sacerdoti tribuerat in reliquos unius civitatis, unius templi, Sacerdotes. Quantò injustius plus juris sibi tribuit Papa, quam Deus Aaroni? Igitur si Deus Aaronem, quanto magis Papam obnoxium esse censuræ voluit? Atqui Moses Aaronem, Joas Jojadam increpat, Salomon Sadokum exauthorat, Nehemias Jojadæ filium Samaballathi generum excommunicat. Id enim innuunt verba Nehemias 13, 28. **A**כְּרָבָהוּ מִלְּפָגָה eum à me. Quod si summus sacerdos abuteretur Malachia verbis c. 2. dicentis: Labia sacerdotis custodient scientiam, & ex eius ore requirent Legem. Nam est Angelus Domini exercitum, tum quid respondendum sit, docet Talmud tractatu Moed kathon cap. 3. fol. 17. a. Si similis sit Angelo Domini, si le præbeat Angelum lucis, ex eius ore requirent legem. Sin minus, ex eius ore non requirent legem, sed נַחֲתָה excommunicata illum.

Fiebat tamen id sanè rariùs, nec nisi graves admodum ob causas. De Synedrii vero Principe, quem vocant patrem domus judicij, Sic ibidem Talmud, Pater domus judicij סָרֵב ferociens tyrannum agens, vox est originis Arabicæ, non excommunicatur אֶלְעָזָר יְהוָה sed illi dicitur, ut olim Joas Amasis 2. Reg. 14, 10. Contentus est gloria tua, denique te contine. Quod si rursus labatur, ne Dei nomen prophanetur, excommunicatur. Vides etiam Synedrii principem excommunicationis subjici, sed relapsum demum, & minori, quæ dicitur נִדְעֵי Niddui, summum vero sacerdotem etiam non relapsum, & omnium maxima excommunicationis formulæ, quæ dicebatur נַחֲתָה schaminata, obnoxium fuisse. At D. 40. c. non nos. Glosa sic ait: Sacilegii instar esset disputare

**A** de facto Papa, ut XVII. q. 4. §. qui autem. Facta Papa excusantur, ut homicidia Samsonis & furta Hebreorum, & adulterium Iacob, ut extra de divortio. §. gaudemus.

Petri iura nullo jure sibi vindicat Papa.

Quanto minus id quod ne Petrus quidem sibi vindicavit? Atqui, quod Cornelium baptizasset accusatus, non utitur exceptione fori, sed facti rationem reddit, Actorum 11. à Paulo reprehensus non responsat, Gal. 2. non conqueritur αὐτὸν δικαιον dominatum suum à Paulo labefactari. Quin & Victor, Stephanus, Marcellinus, cum damnantur ab Ireneo, Cypriano, Sinvestran Synodo, non contendunt se nulli factorum suorum rationem reddere teneri. Nec Liberitis injuriarum Hilarius postulavit, a quo tam liberè fuerat anathemate percusitus, nec Agatho conquestus est sedi sua factam injuriam, quod cum aliis Monothelitis etiam Honorio nigrum theta præfixis let sexta Syndodus A.D. 681.

**B** Peccatum factum clamant, quod Constantinus Magnus apud Rufinum lib. 1. c. 2. &c. Huic allegationi tuae jam supra respondimus. p. 59.

Sed addi multa possunt. Igitur quod Constantinus putavit de Sacerdotibus intelligendum, quod Psalmo 82. legimus: Ego dixi, dij es sis, fuit hæc non tam Constantini culpa, quam Sylvestri; vel quisquis aliud Constantino persuasit. Quam hinc elicit conclusionem, ea Constantini

**C** modestia deputanda. Deus, inquit, vos constituit Sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quog, iudicandi, & ideo nos a vobis recte iudicamus. Vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expedite iudicium, & vestra iurgia quacunq; sunt, ad illud divinum reserventur examen. Hac oratione, cum Papa veluti signatis tabulis utitur, ut Cesari suum jus eripiat, ac sibi vindicet, vide quam sit iniquus.

I. Quo jure Papa sibi potissimum hoc vindicet, cum illi cœtui non interesset Sylvester? II. Benhadadis immodestiam

imitatur, qui cum Achab amicè dixisset:  
*frater meus, Benhadad, adhucne vivit:* conti-  
nuò supplicis habitum exuens, non ut ca-  
ptivus, sed ut par cum Achabo voluit age-  
re. I. Regum 20, 32. 33. III. Potest fa-  
nè pastor in quibusdam rebus judicare de  
rege, non rex de pastore, puta sitne ad Sa-  
cramentorum communionem admitten-  
dus, an excludendus. Sed vicissim multa  
sunt, in quibus Rex de pastore, tanquam  
subdito suo judicat. Quod licet hic Con-  
stantinus dissimulet, tamen alibi rebus  
ipsis præstigit, cum videlicet de contro-  
versiis inter Donatistas & Cæcilianum  
Carthaginensem Episcopum judicavit,,  
tum per alios A.D. 313, 314. in Synodis Ro-  
manâ & Arelatenſi, tum ipse, cum leges  
multas Ecclesiasticas tulit, quod exem-  
plum successorum eius optimi quiq; sunt  
imitati.

P. 47.

*Audi Patres Sinuessoano Concilio, sub Dioctetiano, quid in causa Marcellini Pontificis agnoverint. Prima sedes, inquit, à nemine iudicatur, concilium Rom. sub Sylvestro, Nemo iudicabit primam sedem.*

At horum acta conciliorum tot mendis,  
tot mendaciis scatent, ut eorum etiam Ba-  
ronium ipsum pudeat. Ut igitur alia  
multa, sic etiam id quod laudas, assutum  
est horum conciliorum fragmentis, eo  
prætextu, quod Synodus diu laborârit in  
adigendo ad confessionem delicti sui  
Marcellino, quomodo judicess quidam  
quantumvis convictum reum ad crucem  
non adiungunt nisi confessum. Hæ certè  
non Romanæ sedis *avauagatio* aut *avu-*  
*nitibwov*, sed impudentiam Marcellini de-  
monstrant, qui diu pernegavit, quod Sole  
meridiano clarius erat. In hac contum-  
acia si persistisset, an ideo mansisset ex per-  
censuræ & quin potius an non tanto jū-  
stiùs, tanto constantius fuisset pitorum o-  
mnium suffragiis damnatus? Veræ Pa-  
trum Sinvestianorum voces hæ sunt: *ex tuo*  
*spissus ore condemnaberis*. Hinc autem aliquis  
ad marginem corollarium hoc elicit: Pri-

**A** ma sedes à nemine judicatur: quæ non fuit  
mens Sinyessanorum patrum; sed ut ini-  
ciatorem ad veritatis agnitionem & pec-  
cati confessionem adducerent. Sie Tal-  
mudis tractatu Moed Kathon cap. 3. fol. 17.  
docetur, quo modo sit agendum cum iis,  
qui semel in discipulorum sapientum ca-  
talogum admissi fuerant: **D**iscipulus sapiens  
non excommunicatur כפרק ט' ב פרק ט' א'  
apertè. Scribitur enim Osea 8, 5. Cades die,  
propheta verd nocte. Operito igitur eum tan-  
**B** quam nocte. Item: **D**iscipulus sapiens excom-  
municat se ipsum, & seipsum operit cineribus.  
Idem ut faceret Marcellinus, obtinuit  
tandem tum Synodi patientia, tum veri-  
tatis evidentia.

Dioscorus & Ephesina Synodus 2. damnantur, p. 47c  
quod de Leone Pontifice sententiam tulerant.  
Damnatur quoque quod de Flaviano  
sententiam tulissent iniquam. Illi videlicet  
Flavianum innocentem per vim op-  
presserant, & fidem adulteraverant. Si  
quid ab iis etiam in Leonem tentatum,  
potuit esse vel censeri eiusdem cum reli-  
quis eius Synodi molitionibus nota.

Nicolaus I. epist. ad Michael. Imp. 8. Synodo P. 47.  
act. 7. Romanus Pontifex de omnibus Ecclesiarum presulibus judicat, de eo nemo unquam iudicavit legitimè.

Vocem illam *legitimè*, non satis legitimè addis; ut Nicolai I. mendacium in-  
crustes. Cedemus Nicolaum ita locu-  
tum, aut ita sensisse. Quid cum A.D. 691.

D 787. Honorium damnarunt Oecumenicæ Synodi tres, quis ante Nicolaum definit id illegitimè factum : aut quo jure Nicolao sedi suæ testimonium perhibenti credemus potius quam tribus eo vetustioribus Synodis Oecumenicis ? Quid ? quod etiam octava Synodus, ad quam scribit Nicolaus I. anathematis sententiam in Honorium latam, confirmavit A.D. 869. & 879 ? An non eadem opera Thrasonicam Nicolai I. jactantiam mendacii convictit ? In sequentibus seculis ea p. 47- narras ipse, quæ satis docent, quam pauci

crediderint illud *καὶ τὸ διωρος & αἰα-*  
*ματην*, quod Papa sibi vindicat, ne tum  
 quidem cum Papæ potestas ad id fasti-  
 gum pervenisset, quod diu retinere non  
 potuit.

*Aferis merum esse mendacium, quod vulg-  
 jatur Apostolicum Patrem ab homine judicari  
 non posse, cum nullo Concilio jus illud ei sit arro-  
 gatum. Quid audio, mi Casaubone, equumne  
 esse censes, ut jus à Deo concessum ab homine fir-  
 metur?*

Atqui vestri Doctores etiam Sacrorum B  
 librorum autoritatem à Conciliis, à Pa-  
 pa pendere volunt, saltem quoad nos. Et  
 certè tot hominum Scripturam agno-  
 scentium consensus rem quidem ipsam  
 non firmat, sed fidem nostram. Etiam si  
 totus orbis in Samosateni verba jurasset,  
 nullum tamē detrimentum pastorum fuisse  
 Christi divinitas. Sed Deus, qui Chri-  
 stum à nobis adorari, suscipi; vult, ut Fi-  
 lium suum, ut *αὐτὸς* Deum, effecit ut nul-  
 la non Synodus Divinitatem illius ado-  
 raret. Si voluisset Papam etiam à nobis  
 suscipi, ut *αὐτὸς* Deum, *αὐτούς* ex-  
 tra omnem erroris aleam positum, nullius  
 centuræ obnoxium, nulla non Synodus  
 jus illud prædicasset. Hoc jus illi cùm  
 nulla Synodus Oecumenica tribuat, a-  
 gnoscat nulla, certum est ne Dei quidem  
 mentem fuisse, ut talis à nobis haberetur,  
 maximè cùm huiusmodi privilegiū ne mi-  
 nimū quidem extet vestigium in Scri- D  
 ptura. Sed è proterviæ venit Papa, ut  
 non tantum censuræ, sed etiam errori se  
 negaret obnoxium. Certè, si ne falli qui-  
 dem potest, quo jure censuræ subjcere-  
 tur? Sed illud videndum imprimis,  
 quām verè humani quid-  
 piām à se alienum  
 putet.

### AN PAPA POSSIT ERRARE.



Vd deteriores sunt homi-  
 nes, quod magis à majorum  
 suorum virtute degenerant,  
 eò solent insolentius de ma-  
 jorum meritis gloriari. Id si  
 vitiosum est in iis potestatisbus, quas lege  
 naturæ filius accipit à patre, multò vitio-  
 sius est iniis, quæ simpliciter sunt per elec-  
 tionem. Si ne Principes quidem decet  
 superbia, quantò minus Episcopos? At  
 nusquam major, nusquam diuturnior ap-  
 paret superbientis titulo majorum gloria-  
 tionis continuatio, quām in Papatu Ro-  
 mano, tanto indies insolentior, quo siebat  
 indies sedes illa vitiosior.

Circa quingentesimum annum Chri-  
 sti sic glorabatur Symmachus, ote cala-  
 moque sui patroni, sui Diaconi Ennodii:  
*Non nos beatum Petrum, sicut dicitis, à Domino*  
*cum sedis privilegiū, vel successores eius peccandi*  
*judicamus licentiam suscepisse.* Ille perennem  
 meritorum dotem cum hereditate innocentia  
 misit ad posteros. Quod illi concessum est pro  
 ætuum luce, ad illos pertinet, quos par conversa-  
 tionis (legendum videtur consecrationis)  
 splendor illuminat. *Quis enim sanctum esse du-  
 bitet, quem apex tanta dignitatis attollit?* in  
 quo si desunt bona acquisita per meritum, suffi-  
 ciunt quæ à loci decessore præstantur. Aut enim  
 claros ad hac fastigia erigit, aut qui eriguntur,  
 illustrat. Orationis huius hæc est summa.  
 Videbat Ennodius se criminis, quæ Sym-  
 macho permulta objiciebantur, diluere  
 non posse. Ea non satetur quidem, sed  
 perinde ratiocinatur ac si dicat. Etiamsi  
 Symmachus hactenus sanctus non fuisset,  
 nunc certè sanctus est, sanctum illum  
 præstat ac reddit Petrus. Hæc Ennodii  
 sententia tantoperè placuit Pontificiæ se-  
 dis adulatoribus, ut eam decretis suis in-  
 seruerint Polycarpus l. 3. 7. & Gratianus

D. 40. c. non nos. Non absimilia tu quoque sciscis.

P. 26.

Bene est, Casaubone, quod Pontificem Romanum Ecclesia caput agnoscis. Sed non video, quam in capite Ecclesia reformationem desideres: in fide ne an peccat in moribus? At tantum abest, ut Romanus Pontifex in rebus fidei peccet, ut conversus fratres, si lapsi fuerint, erigere teneatur.

Cum Casaubonus ait frustra postulatum & promissum per tot secula, tum in capite, tum in membris Ecclesiae reformationem, non ex suo, sed ex postulantium ac promittentium sensu vocat Papam caput Ecclesiae, quomodo nos quoque, cum Papam vocamus eum, quem tyrannuscimus.

*Avaugmatio* accepit Papa, cum Christus dixit: Orari pro te, Petre.

Pro quovis fideli Christus orat, ne fides eius deficiat: Joh. 17. Quivis fidelis tenetur, quoties lapsus fuerit ad Deum converti, & conversus fratres suos confirmare. Non ideo tamen omnibus fidelibus aut cuiquam fidelis pollicetur Deus avauagmatio. Cum ipse Petrus in fide peccarit, quo jure Papa, qui se Petro patrem nunquam demonstravit, avauagmatio ullam sibi vindicabit?

### Caput III.

## INFALLIBILITATIS PONTIFICIAE SPECIMEN.

**R**ebus novis nova sunt indenda vocabula. *Avaugmatio*, quam Papa sibi tribuit, nulli mortali contingit. Igitur huic tam novae, tam inauditae perfectioni novum vocabulum fuit affictum. Novitas vocis excusari potest, dum de rei veritate constet. Videntum igitur quid secularis sedecim experientia nos doceat, an, inquam, omnibus aut primis certe purioribusq; seculis Epi-

A scopi Rom. fuerint infallibles, labis & lapsus omnis expertes.

Fides Petri in successores eius transit, in quibus p. 132.  
Et aadem prerogativa transit.

Quisquis in pastoralis muneric functione Petri fidelitatem imitatur, is demum est verus Petri successor. Petri prerogativam nullam, nedum omnes Episcopo Rom. pollicitus est Deus. Si Petri fides in sedem illam transiisset, etiam mortum sanctitas transiisset. Fides enim deficit non minus in eo, cuius mens impia, vita scelerata vel flagitiosa est, quam in eo, cuius mentem occupat aliquis error in doctrina. Neutram Apostolicæ sanctitatis partem in Episcopos Rom. transiisse, res ipsa docet.

P. 275.

Pius I. A. D. 143.

**S**ub Victore primum, ais Casaubone, my- p. 45.  
sterium iniquitatis operari coepisse, cum B. Paulus 2. Thess. 2. diserte scribat, mysterium iniquitatis suo tempore operari, ut necesse sit velte, vel B. Paulum falsi argui posse. De Simone Mago, A. D. 196. Cerinio, Ebione taces, de Victore Pontifice Rom. & martyre clamas. Jam pridē tacent, ut extinti sunt illi, cū quibus nos luctari jubes. Romani vero Pontificis fastus adhuc & clamat, & pugnat. Quid mirum, si quam pridem Ecclesiæ nocuerit ille fastus, sedulò conquerimus? Sed quia criminatio nem tuam fusiū enarrat, & acriūs urget

**D**Gretserus in Plessium V. Cl. juvat ipsum Gretserum audire.

Cum, inquit, Paulus 2. Thess. 2. diserte scri- Gretserus  
bat Mysterium iniquitatis jam suo tempore ope- p. 2.  
rari coepisse, mirari subit, quomodo Plessus asserat mysterium hoc potius operatum esse, & os faciemq; suam exercuisse in illis, qui dictabant: Ego quidem sum Pauli, &c. quam in Simone Mago, &c.

In promptu ratio est. Non erat Plessio propositum omnes, aut foetidissimas quasque abominationes conquerere, sed quæ magis ad rem faciebant.

Oculus

Oculos in solam sedem Apostolicam intentos A  
babet.

Nempe hoc ipsum agitur, quibus gra-  
dibus mysterium pietatis, quod Romæ  
severat Christus, in mysterium Babylo-  
niū, quod 2. Thess. 2. & Apoc. 17. descri-  
bitur, fuerit transformatum. Hæc verba  
2. Thess. 2, 7. τὸν μυστήριον τὸν ἐνεγένεται  
τὸν αὐτούς vetus interpres vertit: jam enim  
mysterium iniquitatis operatur, subintelligen-  
do videlicet ex versu sexto pronomen ille.  
Sed verbum Græcum potest accipi passi-  
vè. Ambigua vox est Arabica, quam hic  
usurpat Arabs interpres. Tremellius Sy-  
riacam versionem ita reddit perappositè:  
*Iam enim incipit efficax esse mysterium iniquita-  
tis.* Videlicet nihil necesse est, ut jam tum  
natum dicamus filium perditionis. Sed  
eius parens huic operi jam tum inceumbe-  
bat efficaciter vel assidue, quod propriè  
sonat Syriaca vox. Ubinam autem pri-  
mùm orsus sit telam illam, nihil est ne-  
cessere nos divinare, non magis quam ubi-  
nam tum ageret Φιλοπετώτων Diotre-  
phes. Sufficit quod jam Apostolorum  
tempore Christianis aliquot insufflaverat  
illud Φιλοπετεῖας virus, ut ex 1. Cor. 11, 9.  
constat & ex tertia Johannis epistolâ. Ro-  
mæ verò si non Episcopus, saltem Episco-  
pi frater iniquitatis mysterio non leve  
pondus adjectetiam ante Victorem. O-  
rigenes putat Hermam, cuius mentio fit  
Rom. 16, 14. authorem esse libri, qui Pa-  
stor incribitur, quem & utilem & divini-  
tus inspiratum putat. Origenem secuti  
sunt Eusebius hist. l. 3. c. 5. & Hieronymus  
de scriptoribus Ecclesiasticis. Sed obstat  
ratio temporis. Nam Hermam huius  
authorem libri Tertullianus in suis ad-  
versus Marcionem versibus lib. 3. & Da-  
masus docent fuisse fratrem Pii I. qui se-  
cundum Damasum, Panvinium, Coste-  
rum sedere cœpit A. D. 143. Si Pius fra-  
trem serio rogasset, Quid? An hæc Ange-  
lus, ut profiteris, tibi reveta dictavit? pu-  
duisset Hermam in mendacio perstare.

Quod ni humanitus aliquid passus fuisset  
Pius in tolerandis aut extollendis potius  
quam tollendis piis, ut vulgo vocant,  
fratris fraudibus, nunquam hunc φιλο-  
πετεῖα Origenes sibi, Eusebio, Hierony-  
mo persuaseret esse Γερμανον. Qui Ro-  
mæ propiores erant, Afri fraudem huius  
commentitii Pastoris subolfecerunt sagi-  
cius & fortius damnarunt. Tertullianus  
Montanista quidem, sed hac in parte  
non Montanista Zepherinum alloquens  
A. D. 216. Cederem tibi, si scriptura Pastoris,  
qua sola mæchos amat, divino instrumento me-  
ruiisset incidi, si non ab omni concilio Ecclesiarum  
inter apocrypha & falsa judicaretur. Tertul-  
lianum suffragatur, quod ipsa Roma Mer-  
curiales stationes, quas hic Pastor ab An-  
gelo imperatas mentiebatur, damnavit.  
Itaque disertè Gelasius I. circa A. D. 493. D. 15. c.  
hunc Hermæ Pastorem Apocryphis, i.e. *Sandam*.  
Pseudepigraphis & adulterinis libris ac-  
censet. Præcipuus huius impostoris error  
est, quod Angeli mandatum mentitus juf-  
fuit, ut qui post baptismum vel semel in  
idolatriam, homicidiū, aut id genus cri-  
men atrox lapsus fuerit, quivé bis in mæ-  
chiam aut scortationem impegerit, is ad  
pacem cum Ecclesia nunquam admittatur,  
quem errorem diu propugnavit Ro-  
mana sedes, & exemplo suo celeberrimas  
quasque Synodos ac Ecclesias in eundem  
errorem traxit. Errorem tamen esse jam  
totus, ni fallor, Christianus orbis agno-  
scit. In Zepherino vide plura.

VICTOR I. A.D. 186.

**V**ictor Pascha Dominico die celebrandum Greber p. 3  
statuit, Asiaq; Ecclesias huic decreto acqui-  
scere nolentes, sed Quartā decimā Lunā Pascha  
cum Iudeis celebrantes communione Catholica  
seunxit. Enormem Mysterij iniquitatis ope-  
rationem!

Omnino censura dignum est hoc φιλο-  
πετεῖα temeritatē, quæ tandem in tyran-  
nidem Babyloniam evasit, epichirema,

non putidiū quidem Simonis Magi, Menandri, Cerinthi, & id genus pestium retrimenti, sed quod notare Plessaeus debuit potius quam ἀπεσθίνωσι illa, quæ passim obtrudis. Si Pastoris liber Angelicæ fuissest authoritatis, ut mentiebatur Hermas, Deo per Angelum voluntatem suam significanti obloquentes Asiaticos merito potuisset Victor anathemate percellere. Silentium Victoris testatur eum imposturæ Mercurialis concium agnoscisse librum hunc non εργασον, non genuinum, sed spuriū ac οὐδὲντες τὸ σκύλατον fuisse. Supererat igitur humana tantum authoritas, cui non cedebat perpetuus Ecclesiarum Asiaticarum usus exemplum secutus B. Johannis Apostoli, à cuius obitu nondum centesimus currebat annus, cum Victorem non puduit Iudaismi damnare tot Ecclesiæ, quæ in Paschatis celebratione, non Judæos, sed Apostolum imitabantur. Demus Petrum aliter Romæ vel alibi facere solitum. Hoe ipsum erat argumento, posse multas varietates in Ecclesiâ salvâ concordia tolerari, Apostolos ipsos libertatem hanc exemplo suo confirmatam voluisse.

Gretser p.3  
Bulenger.  
P. 49. Concilium Nicenum pro Victore sententiam tulit.

Ut Victor, sic & Nicena Synodus Palestinae Synodi sententiam probavit. Probamus & nos. Brutifulminis, quod Victor in aliter sentientes jaculatus est, temeritatē damnarunt Ecclesiæ multæ, pbavit nulla. Quam multi Victoris impotentiam damnarint, ac compescuerint, ex Eusebio lib. 5. c. 22. plus satis demonstravit Heros ille, in quem tam frustra deblateras, quam Victor in Asiaticos. Quartadecim in dicti sunt & haereticis annumerati, non qui Victoris proterviam compescuerunt, sed qui Synodorum Arelatensis & Nicenæ A. D. 314. & 325. habitatum sententiam Imp. Constantini edicto sanctam insuper habuerunt.

Gretser p.4 Etiam ii, quibus Victoris zelus in excommuni-

A ricardū Asiaticis displicebat, nunquam Victoris factum pro Mystery iniquitatis operatione haberunt.

Bonum factum nemo, multi temerarium, & iniquum contestatis sunt. An autem temerarius ille Sedis Romanæ fastus in eam tyrannidem, quam hodie videamus, erupturus olim esset, hoc ab illis non prævisum, non prædictum quis mitetur? Non manent exempla, ubi cœperunt. Sed ne Victor quidem quidquam tam teturum sibi pr̄ posuit, quale nunc Hildebrandini lupi propugnant, quorum numero Victorem non accensemus, licet illi Victoris exemplo abutantur. De Kalendarii Gregoriani ὁ Δεκαποτοῦ, à Clavio tam perpicaciter propugnatis, quam temerè promulgatis, à Mæstino, à Calvisio, quem videris ignorare, solidè confutatis, non est hīc disceptandi locus.

Adiaphora ante preceptum mutantur post Gretser. p.5 Superioris preceptum in necessaria.

Hoc ipsum Diotephis φ. λόπεω τοῦ οὐρανοῦ & Johannem non a' mittentis fastum sapit, quod ita Victor in eos superiorē agit, in quos superioritatis nullum jus accepit.

In Ecclesia multa antea non satis explorata Gretser. p.5 extenebris in lucem fuerint extracta.

Scilicet in tenebris verlabatur B. Johannes Apostolorum Christo dilectissimus, verabantur omnes ab illo conditæ, tot annos ab illo rigata Ecclesiæ, donec Brutifulminis coruscatione lucem illis affunderet Victor.

ZEPHERINUS A. D. 198.

T Ertullianus à Montano deceptus Zepherinum in eo putabat errare, quod semel in scortationem aut adulterium post baptismum lapsis ac relapsis tibus veniam promitteret. Revera Zepherinus errabat, quod semel tantum huīus beneficii spem faceret, quod lapsis in homicidium aut idolatriam idem beneficium

negicum negaret. Ut ut sit, Tertullianum  
hac occasione, de Zepherino quid sentiat,  
differentem audiamus. Is in libro de pü-  
dicitia sic argumentatur A. D. 216. p. 742.  
Idololatram & homicidam semel damnas, mo-  
echum vero de medio excipis? Persona acceptatio-  
ista est, miserabiliores personas reliquisti. p. 769.  
Quaecunq; authoritas, quecunq; ratiq; mæchos &  
fornicatori pacem Ecclesiasticam reddit, eadem  
debet & homicida & idololatra pœnitentibus  
subvenire: certè negatori & utiq; illi quem in  
prælio confessionis tormentis conluctatum sevitia  
deject. Ceterum indignum Deo & illius misé-  
ricordia, qui pœnitentiam peccatoris morti pre-  
vertit, ut facilius in Ecclesiam redeant, qui suban-  
do quam qui dimicando ceciderunt. De jeju-  
nio p. 781. Deus tibi venter est & pulmo tem-  
plum, & aqualiculus altare, & sacerdos cocus, &  
sanctus Spiritus nidor, & condimenta charis ma-  
ta, & ructus prophetia. Vetus es, vera si velimus  
dicere, tu quis tantum gule indulges, & merito te  
priorem jactitas, semper agnoscere sapere Esau ve-  
natorē ferarū, ita passim indagandū turbis faves.  
q. d. Tu gloriaris tuam Ecclesiam nostram  
vetustiorem, primatum tuum ostendas:  
age prior sis, sed ut Esau, cuius mores pla-  
nè refers: Si tibi lenticulam defrustra infrusa-  
tam obtuler, statim totos primatus tuos vendes:  
apud te agape in cacabis servet, fides in culinis ca-  
let, spes in ferculis jacet? Sed maior his est agape,  
quia per hanc adolescentes tui cum sororibus dor-  
miunt. Qui sanctior inter vos, nisi convivandi  
frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi cali-  
cibus instructior? Fateor Tertulliani stylum D  
hyperbolicum esse, hæc, ut ipsius voces u-  
surpem, felle potius quam atramento scripta.  
Sed quam multa laterent hominum cri-  
mina, nisi detexisset ea livor & ira saepius,  
quam purus & sanctus domus Dei zelus?  
Ut ut sit, ne putemus omnibus Ecclesiis  
Orthodoxis infensum, in omnes Orthodoxos  
hæc probra jacere, manifeste di-  
stinguit Italiam à Græcia p. 779. Aguntur  
precepta per Gracias illas, hoc est, non tibi vi-  
cias, in Italia sitas, sed à te remotiores cer-  
tis in locis concilia ex universis Ecclesiis, per qua &

A altiora queq; in communet tractantur, & ipsa re-  
presentatio rotius nominis Christiani magna ve-  
neratione celebratur. Et hoc quam dignum fide  
auspicante congregari undiq; ad Christum. Vide  
quam bonum & jucundum habitare fratres in  
unum: hoc tu, Zepherine, psallere non facile  
nosti, nisi quod tempore cum pluribus cœnas. Hæc  
non falsò Romanis Episcopis exprobriari  
vel hinc liquet, quod cum tanto plures  
quam reliqui suarum laudum præcones  
nacti sint, tamen nullius intra tria priora  
B secula Synodi Romanæ vestigium ullum  
usquam, quod sciam, extat. Non est quod  
Plessæo V. Cl. Gretserus exprobret c. 4.  
mysterium iniquitatis eum in Zepherino  
videre, in Tertulliano non videre. Videt  
ille, videmus & nos ac lugemus errores  
Tertulliani; sed Babyloniae, sed Romanæ,  
non cuiusvis iniquitatis mysterium sibi  
proposuerat Plessæus, describendum: quo  
modo nos quoque non omnium (quorū  
sum enim id?) sed Romanorum (quod  
errare se posse negent) Episcoporum er-  
rores saltem in transcurſu describendos  
nobis proposuimus.

## CORNELIUS. A. D. 250.

Cyprianus I. 1. 3. p. 10. Satis miratus  
sum, cum animadvertissem te, Cornelii,  
minis ac terroribus eorum, qui venerant, ex Af-  
rica, aliquantum esse commotum, cum te, secun-  
dum quod scripsisti) aggressi essent cum summa  
desperatione comminantes, quod si literas quas  
attulissent, non accepisses, publicè eas recitarent,  
& multa turpia & probrosa, & ore suo digna  
professerent. Quod si ita res est, frater, ut nequis-  
simorum timeatur audacia, ut quod mali jure  
atq; equitate non possunt, temeritate atq; despera-  
tione perficiant, actum est de episcopatus vigore  
& de ecclesia gubernanda sublimi ac divina po-  
testate, hoc est, quam accepimus ab ipso  
Deo, nec Christiani ultra aut durare aut esse  
possimus, si ad hoc ventum est, ut perditorum mi-  
nis atq; insidias pertimescamus. Et mox: Ma-  
gnere debet apud nos, frater, fidei robur immobile,

& stabilis atq; inconcussa virtus contra omnes incursum atq; impetus oblateralium fluctuum velut petra obiacentis fortitudine & mole debet obſſere, q. d. non petram, nec Petri ſucessorem, ut par erat, te præbuisti. Cum igitur p. 21. ait Romanos eos esse, quorum fides Apoſtolo predicanter laudata eſt, ad quos perfidia habere non poſit accessum, illunūnos loquitur, & docet, quales ſe dicereat, quales fuiflent, ac eſſe debuiffent, non quales tunc eſſent Romani.

## STEPHANUS I. A.D. 255.

A D. 228. Cyprianus Pompeio to. 2. p. 109. Frater noster Stephanus hereticorum cauſam contra Christianos & contra Eccleſiam Dei affere conatur. Nam inter cetera vel ſupervacua, vel ad rem non pertinentia, vel ſibi ipſi contraria, que imperite atq; improvidè ſcripsit, etiam illud adiunxit, ut diceret: Si quis ergo à qua cunq; ha- reſi venevit ad nos, nihil innovetur, niſi quod traditum eſt, ut manus illi imponatur in pœnitentiam, cum ipſi heretici prop̄ alterutrum adſe- venientes non baptizent, ſed communiceant tan- tum. A qua cunq; ha- reſi venientem baptizari in Eccleſia vetuit, hoc eſt: omnium hereticorum ba- ptijmata iuſta eſſe & legitime iudicavit. Hęc Cyprianus, quem aperetio tñs aſſoloxñs in alterum extrellum rapuit.

Incidit in Scyllam cupiens vitare charybdim. Sed vitiosam fuifſe tam Stephanus charyb- dim, quām Cyprianus Scyllam, nemo pru- dens negaverit. Ut Stephanum excusat Gretserus c. 5. ait eum præſupponere ba- ptismi materiam & formam à Domino præſcriptam ab hereticis fuifſe ſervatam. Sed falſo præſupponit Gretserus Stephanum hoc præſuppoſuifſe. Stephanus enim nullos hereticos excipit. Plerique vero triū priorum ſeculorum heretici vel in materia, vel in forma baptismi, vel in u- troque peccabant. Quod igitur de omni- bus censebat Cyprianus, id de plerisque ſaltem dici poterat, illorum baptismum eſte nullum. Secunda Synodus Oecu-

A menica c. 7. multò plures hereticos re- baptizari, quām non rebaptizati jubet. Basilius cap. 1. ſimpliciter Cypriani cano- nem laudat. Matthæus Blastares M. S. τε το ὁσικὲ τῷ τοτὲ στυπετελή καὶ τοῖς περιχυμαῖ, h. e. Cypriani ſententia conve- niebat illius ſeculo, ac rerum ſtatui.

## MARCELLINUS A.D. 296.

B A Cta Sinuſianæ Synodi: In ſinu tre- A.D. 297. centorum Epifcoporum caput cinere con- volutum habens Marcellinus Epifcopus urbi Ro- ma, voce clara clamans, dicebat: Peccavi coram vobis, & non poſſum in ordine eſſe ſacerdotum, quoniam avarus corrupit me auro. Subſcripe- runt igitur in eius damnationem. Damnarunt autem non tantum ut idolis thurificatum, ſed ut inficiatorem, quod crimen man- festum diu pernegasſet.

## LIBERIUS A.D. 351.

C B Aronius A. D. 357. §. 42. Non alia Dalila Liberio detimento fuit, quām invi- dia humana laudis gloria corrupta: quippe qui agro ſerebat animo intrufum ab Arianiſ Felicem agere Romæ Pontificem, ſe verò exulem atq; à ſede procul extorrem, quam ut recipere & ex ea Felicem ejiceret, oblatas ſordidas conditiones accepit tandem. Conditiones autem fuerunt, ut impio Synodi Sirmiensis Symbolo, quod ab Arianiſ conditum fuerat, & Athanasiſ damnationi ſubſcriberet. Sic enim Arianoſ affatur apud Baronium §. 43. Pro dei- ficio timore ſancta fides veſtra Deo, cognita eſt ho- minibus bona voluntatis, ſicut lex loquitur, iuste iudicate, filii hominum. Ego Athanaziū non defendo.

D Sozomenus l. 4. c. 5. crimen, quod objicitur p. 51. Liberio, ſolvit hiſ verbis: Epifcoli, qui Sirmij erant, ſcribunt ad Felicem Pont. Romæ & clerum Romi. ut ambo thronum Apoſtolicum regerent, &c. Sed cum Felix brevi mortuus eſſet, ſolus Li- berius Eccleſiam rexit Deo diſponente, ne thronus Petri dedecoraretur à duebus paſtoribus admi- niſtrare.

## 235 Cap. III. Infallibilitatis Pontificiae specimen. 236

nistratum, quod diffensionis est Symbolum, & ab Ecclesiæ lege alienum.

Obiter h̄c nota non Dei, sed Ecclesiæ legem vocari, quæ vetat unius civitatis duos Episcopos esse. Sed huius quantò brevius est tuum emplastrum vulnera? Quis nisi perfidæ frontis dixerit sedem Rom. immaculatam, etiam extra omnem erroris aleam positam, cùm eam videat A. D. 355. ab Arianis Episcopum Felicem acciperet: Felicem, ut clero suo gratificaretur, in eos, à quibus B Episcopatum emendicatus suffragiis acceperat, anathemata torquere: Liberium, ut sedem suam recuperet, Arianorum Symbolo subscribere, foedissimis adulatioibus gratiam eorum aucupari, sedem suam armis Arianorum recuperare, strages in urbe fœdas, ac horrendas edere, Felicem ipsum per vim opprimere, post Constantii demum mortem chamæleonem illum Arianis, quos nuper adoraverat, inequitate cœpisse?

Per vim coactus à Constantio Liberius cum Arianis communicaverat, in Athanasii damnationem subscríperat, quam subscriptionem, ut vi & necessitate extortam excusat Athanasius epistola ad solitariam vitam agentes

Videlicet imposuerat Athanasio Liberius facinus suum excusans. Revera nullus Arianus Liberio, sed Liberius Felici vim fecit, quam ob causam etiam inter Martyres relatus. Liberio prævaricationes suas extorsit non metus, sed ambitione, D quam unam Liberii Dalilam vocat ipse Baronius A.D. 357. §. 42. Neque verò dici potest extra erroris aleam positus, quem sive mortis metus, sive male suada famæ, & honoris vel opum furiosalibido potest ad hæresecos & tyrannidis patrocinium suscipiendum adigere.

Ambroſius lib. 3. de virginitate sanctitatem Liberi commendat.

In Synodis passim Nestorius, Euthyches, Dioscorus etiam tum cùm hæresecos accusantur, sancti vocantur, nec ante da-

A mnationem Synodalem cessabat huius nuncupationis usus. Quantò justius sanctum vocare potuit Ambrosius Liberium, qui saltem post Constantii mortem professus fuerat pœnitentiam? Johannes Constantiopolis Patriarcha Gregorii monentis, ut Oecumenici titulo abstineret, minas insuper habuerat. Et tamen illum etiam defunctum sanctissimum vocat Gregorius.

## DAMASUS A.D. 367.

**A**Mmianus l. 27. *Damasus & Ursicinus* supra humanum modum ad rapientem episcopalem sedem ardentes scissis studiis asperritè conflictabantur ad usq; mortis vulnerumq; discrimina adjumentis utriusq; progressi, que neccorrigere sufficiens Viventius, Prefectus Urbis, nec mollire, vi magnâ coactus secessit in suburbanum, & in concertatione superaverat Damasus parte, qua ei farebat, instante, constatq; in basilica Siccini, ubi ritus Christiani est conventiculum, uno die centum triginta septem reperta cadavera peremptorum, efferataq; diu plebem agrè postea deliniram.

Hinc est quod Damasus metuens ne Valens Ursicino faveret, Valentis Aiani persecutionem in Orthodoxos orientales excitatam insuper habuit, ut supra docuimus.

## SIRICUS A.D. 383.

**Q**UAM indignè de matrimonio sentierit Siricius, docent iphius ad Hieronimium Tarragonensem literæ A.D. 385. scriptæ cap. 7. Plurimos, inquit, Sacerdotes Christi atq; Levitas post longa consecrationis sua tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu ( Utrumque Siricius eodem habet loco) sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac prescriptione defendere, quia in vetere Testamento Sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa, videlicet ex legitimo conju-

Q

gio, quod in Sacerdotibus non minus improbat Siricius, quam concubinatum. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum (videlicet sic quemlibet conjugii sacerdotalis patronum vocat Siricius) praeceptor, vitiorum, si estimat, quod in lege Moysi passim sacris ordinibus à Deo nostro sunt frenata laxata luxuria (sic vocat Siricius quod Apostolus *reitw amicarv* Hebr. 13.) Cur eos quibus committebantur sancta sanctorum, pramone dicens: Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester. Ita sanctitatem cum usu conjugii pugnare contendit Siricius. Cur procul à suis dominibus, anno vices sua in templo habitare iussi sunt Sacerdotes? At hæ vices erant hebdomodaria, non annuae: Quis autem eum neget turpissimum esse, qui ne septimanam quidem unam potest abnoctare? Paulò postulat: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Ita conjuges omnes carnales & exoscos Deo eum faciat Siricius, quis neget hunc affinem esse culpæ quam damnat Apostolus 1. Tim, 4. 1. Tamen doctrinam hanc canorum pontificiorum compilatores decretis suis inseruerunt. Iuop. 6. c. 30. Pol. 1. 4. t. 31. Gratianus D. 82. c. plurimos.

## INNOCENTIUS I. A.D. 402.

**I**S Exuperio Tolosano scribens easdem proponendum omnes blasphemias repetit & confirmat, quas Siricius in matrimonii sanctitatem evomuerat. D. 82. c. D proposuit. Neque posthac ullus in hac sede comparet, quem huius diabolicae doctrina puduerit aut pœnituerit.

## ZOSIMUS A.D. 417.

**P**elagius in Africa damnatus more Vitiligitorum ad Sedem Rom. provocat. Literas illius ad Innocentium scriptas, à Zosimo suscepas Baronius refert & laudat A.D. 417. §. 31. & seqq. Inter cetera sic Pelagius §. 36. Liberum arbitrium

A sic esse confitemur, ut dicamus, nos semper Dei egerere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæis dicunt, hominem non posse peccatum vitare, quam illos, qui cum Ioviniano assertunt hominem non posse peccare; ut ergo enim tollit libertatem arbitrii. Nos verè dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, ut semper nos liberi confitemur esse arbitrij. Has literas ut Orthodoxas suscepit Zosimus. De his Baronius §. 37. Pelagius, inquit, non potuit non recipi ut Catholicus. At enim Africanis displicuit & merito quidem hæc Pelagi sententia hominem semper posse tam non peccare, quam peccare. Quamobrem Zosimus excusationis instar scripsit ad Africanos A.D. 418. monens se rem totam illis committere, cum, inquit, tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus de nostra posset retractare sententiā (his verbis innuit Zosimus sententiam suam ab Africanis retractatam, sed temere retractatam) nihil egimus, quod non ad vestram notitiam nostris ultrè literis referremus, dantes hac fraternitati. Fraternitati se dare fingit Zosimus, quod Africanis Ecclesiis eripere non poterat.

## BONIFACIUS I. A.D. 419.

**P**Latina: Orta tum in Clero seditio. Nam dum Bonifacius in Basilica Iulij urbis Romæ episcopus creatur, in Constantiniana Eulalius electus huic statim objicitur. Ambo ab urbepelluntur, revocatur tamen septimo mense post Bonifacius.

Quam turpiter patribus Africanis imponere conatus sit, alibi docuimus.

## ANASTASIUS II. A.D. 497.

**A**Nastasius Ecclesiæ Rom. Bibliothecarius: Multi clerici & presbyteri se à communione ipsius, Anastasi, retraxerunt, et quod communicasse sine consilio Episcoporum, vel presbyterorum, vel cleri cunctæ Ecclesiæ Catholice, diacono Thessalonicensi nomine Photino, qui communionis erat Acacii, & quia voluit occulisse

### 239 Cap. III. Infallibilitatis Pontificia specimen. 240

cultè revocare Acacium, hoc est, sententiam in Acacium latam, sed non potuit, qui divino nutu percussus est. Hæc Anastasii Bibliothecarii verba suis Decretis inseruerunt Iuо Carnotensis part. 14. c. 40. & Gratianus D. 19. c. *Anastasius*. Confirmat id ipsum Beno Cardinalis. Nec quisquam veterum eam relationem falsi damnavit. Sed quia mortuus erat Acacius, antequam Pontificatum adipisceretur Anastasius, hinc occasionem lubenter arripuerunt Baronius & Sixtus Fabri totam hanc relationem, ut commentitiam tejiciendi, quasi non possit unius tropi beneficio huic relationi sua constate veritas.

#### S Y M M A C H U S A. D. 497.

**A**nastasius: *Hic sub contentione ordinatus est uno die cum Laurentio. Bis recrudit contentio. De secunda sic Platina: Orta ob hanc rem tanta seditio Roma est, ut multi tum ex clero, tum ex populo paſſim caderentur, nec sacris virginibus parcerent.* Symmachum multorum criminum accusabat Laurentius. Ea cùm diluere non posset Ennodius Symmachi patronus, rem uno verbo definit. *Hac cathedra sanctos accipit aut facit.* Petierat Symmachi sanctitas, nisi semel occupatam Petri cathedralm rualto cruento retinuisse. Sed imprudenter vera dicit Caiphas. *De hac, inquit, mihi dictum videatur per Prophetam, si hec humiliata fuerit, ad cuius confugietis auxilium, & ubi relinquetis gloriam vestram?* Videamus quām apposite convenient hæc Esaiæ verba c. 10. *Va qui condunt leges iniquas, &c. ad cuius confugietis auxilium.* Tamen adulaciones istæ tantoperē placuerunt decretorum Pontificiorum compilatoribus, ut eas decretis suis inseruerint Anselmus l. 1. c. 24. Iuо p. 5. c. 10. Pan. l. 4. Gratianus 9. q. 3. c. aliorum hominum.

#### BONIFACIUS II. A.D. 530.

**A**nastasius: Bonifacius zelo & dolo datus daninavit Diuersorum, reuin se con-

A fessus est Maiestatis, quod Diaconum Vigiliū subscriptione sui chirographi, & ante confessio-  
nem B. Petri Apostoli successorem constituisse, ac ipsum constitutum, hoc est, chirographum, in  
presentia omnium Sacerdotum & Cleri & Se-  
natus incendio consumpsit.

#### S Y L V E R I U S A. D. 535.

**A**nastasius: *Sylverius levatus est à Tyranno & Ariano Theodato sine deli-  
eratione decreti, qui Theodatus corruptus pecunia  
datâ talem timorem induxit clero, ut, qui non  
consentiret in eius ordinationem, gladio puni-  
retur.*

#### V I G I L I U S A. D. 537.

**V**igilius, inquis, per Theodoram Augustam p. 55. *Sylverium Papam oppugnavit, admitto.*  
Idem mortuo Sylverio legitimus Pontifex fuit,  
admitto. Sic & S. Paulus è lupo factus est  
pastor.

C En compendiariam, sed quinque seculis prioribus ignoratam sanctitatis adipiscendæ viam. Papatum invadito, tuum antecessorem fame perire cogito, continuò fies alter Paulus, alter Petrus. Quid? quod etiam post Sylverii cædem multa turpissima patravit Vigilius?

#### G R E G O R I U S I. A.D. 590.

**D**Q uomodo regnum invaserit Phocas, ex ipso Gregorii I. registro colligitur statim Initio l. 11. occiso, videlicet, *Mauritius cum omnibus filiis suis masculis A. D. 602.* Tamen huic parricidæ sic gratulatur Gregorius l. 11. ep. 36. *Gloria in excelsis Deo, qui juxta quod scriptum est, mutat tempora, & transfert regna, &c. per huius misericordia vi- scera in cunctorum mentibus exultationis sue gratiam infundit.* De qua exultationis abundantia roborari nos certius credimus, qui benignitatem pietatis vestre ad imperiale fastigium pervenisse gaudemus. Lætentur cœli, & exultet ter-

ra, & de vestris benignis actibus universa Reip. A pocalypsis i 7. querendum Antichristum.  
populus nunc usq; vehementer afflictus hilarescat.

Hunc tamen virum sanctissimum vocat,  
tum Platina, tum alii multi, quod superstitionis  
quisque jam tum pro sanctissimo  
haberetur, & quod cum successoribus  
suis comparatus videri possit longè sanctissimus. Sed, ô Babel, si quid in te lu-  
men est tam tenebrosum est, ipsæ tenebrae  
quantæ?

## SABINIANUS A.D. 604.

**P**Latina: Cum fame laboraretur, instarentq;  
pauperes, ut pieratem Gregorii elemosynis  
imitaretur, nihil aliud respondebat, quam Gre-  
gorium popularem famam auctoratum patrimo-  
nium Ecclesie largitionibus dissipasse. Paululum  
etiam absuit, quin libri eius comburerentur, adeò  
in Gregorium ira & invidia exarserat homo ma-  
levolus. Fortasse Sabiniano displicebat,  
quod tam absolutè, tam acerbè damnasset  
Gregorius titulum Oecumenici Pon-  
tificis. Id certè Bonifacio III. plurimum  
displacuisse res ipsa docet.

## BONIFACIUS III. A.D. 605.

**P**Latina: Bonifacius à Phoca Imperatore ob-  
tinuit, magna tamen contentione, ut sedes B.  
Petri Apostoli, qua caput est omnium Ecclesia-  
rum, ita & diceretur & haberetur ab omnibus,  
quem quidem locum Ecclesia Constantinopolita-  
na sibi vindicare conabatur, hoc est, obtinuit,  
ut Oecumenici titulus, quo Constanti-  
nopolitanus centum circiter annos potiti  
fuerant, quod unius Satanae vel Antichri-  
sti superbiae convénire toties affirmave-  
rant Pelagius II. & Gregorius I. deinceps  
tribueretur Romano potius quam Con-  
stantinopolitano Patriarchæ. Dignum  
certè patella operculum nactus est Boni-  
facius, dignum ambitione suâ patronum.  
Ita deinceps titulum hunc sibi vindicavit  
Papa, ne quis dubitaret in eâ Babylone,  
quam ἐπίσκοπον describit Johannes A-

## DEUS DEDIT A.D. 615.

**C**onciliorum Coloniae A. D. 1606.  
Editorum to. 2. p. 9; 8. Deus dedit in-  
terrogatus ab Hispalensi Gordiano, quid  
acturus esset erga eos, qui pridiè Paschatis  
imprudentes circumfluente populi turba  
velut oppressi suos ipsi liberos baptizan-  
dos obtulerant, respondet solvendum il-  
lud matrimonium, & anno revoluto per-  
mittendū utriq; parti, ut ad alias nuptias  
convelet, ita censuisse decessores suos,  
Julium, Innocentium, Celestimum. Ita  
quatuor habemus Pontifices hæreseos ne-  
fandæ patronos, ut quæ disertè Christi  
verbis adversetur Matthæi 5, 32.

## BONIFACIUS V. A.D. 618.

**C**ontra P. Latina: Bonifacius instituit, ne qui ad Ec-  
clesias confugerent, inde vi retraherentur.  
Contra Deus de homicida loquens:  
Ab altari meo avelles illum.

## HONORIUS A.D. 622.

**A**Iunt Honorium Pontificem Rom. hereticum p. 57.  
Monothelitam fuisse, quos falsi arguit S.  
Maximus, Manuel Caleca, Agatho.

Scilicet testes erunt locupletiores quam  
Oecumenicæ Synodi sex habitæ A.D. 681.  
D 691. 755. 787. 869. 879. Eatur certè nulla  
est, quæ non sit fide dignior pauculis aliquot adulatoribus Honori. Adde Photiu-  
m, Plellum, Zonaram, Balsamonem,  
Matthæum Blastarem, alios:

*Agathonis ad Constantinum Imp. epistola Bul. p. 57.*  
Concilio 6. lecta & probata palam afferit, nullum  
ex Pontificibus Rom. aliquando à recta fide des-  
xisse. Hoc tibi tantoperè placuit, ut id cā-  
dem paginā bis repetieris. Sed non est  
quod eo nomine glorieris. Agathonis  
literas probavit sexta Synodus in quæ-  
stione juris. Quæstionem facti quod at-  
tinger,

tinet, non erat Agathonis de re tantare respondere, cum extarent Honorii literæ, quas ne legati quidem Agathonis negabant ab Honorio scriptas, ex quarum electione Synodi Patres unanimi consensu judicarunt, tam hæreticum fuisse Honoriū, quam Pyrrhum, Sergium, & alios, quos simul omnes anathematismis fixerunt. Extant illæ hodieque, nullisq; strophis à Monothelismi labo poslunt vindicari. Itaque concil. tom. 3. p. 116. & 118. Leo II. epist. 2. & 5. *Honorius*, inquit, non exinxit, ut decebat, flammam heresos, sed negligentia sua fovit, imò & scriptis. Itaq; que impolluta fuerat, *Honorius impuræ profanæq; prodictioni obnoxiam fecit*. Nilus Thessalonicensis Monarchia Rom. to. 1. p. 35. ait Agathonem de sede sua locutum, *Oecumenia tropo h.e. hyperbolice*.

*V. Synodo sub Martino I. quâ Monothelite, damnantur, nulla Honorio labes adsperritur, nulla eius fit mentio.*

Ergo nec absolvitur. Quantò pluris est autem testis unus loquens quā sexcenti muti? Sed necnulla Synodus Oecumenica sub Martino I. convocata est, & quæ sub eo Romæ congregata est, valde turbulenta sint, ac lubentius Honorii pudenda texisset quā retexisset. In Oecumenica verò sexta, quum damnarentur multi Patriarchæ, nulla fuit causa cur eiusdem culpx particeps *Honorius* solus immunis dimitteretur.

*In epistola Synodica ad Agathonem legitur: Itaq; tibi ut prima sedis antifisci universalis Ecclesiæ, quid gerendum sit, permittimus stanti supra firmam fidei petram.*

Hanc Synodicam suspectam habere mihi licet, cum eam non habeant editiones Colonienses annor. 1538. & 1551. Sed, posterior 1606. & Romana 1612. his verbis: ὅτεν καὶ οὐκέτι αἱ πεντεράποδαι τῆς δικαιολογίας τὸ πεντετοῖο παρενθέψεως, θητὴ τιμὴ σεραῖς πέτραις ἐσῶν τῆς πίστεως. Si Synodus ita scripsit, tanto liquidiūs constat, quā bona fide damnārit Hono-

rium, quum Agathoni tantum tribuit, & quā mala fide laudibus huiusmodi Romana sedes abutatur. Permittit aliquid Agathoni Synodus. Ergone quidvis illius fidei committit? fidei successorum Agathonis, etiam si quovis Honorio deteriores evadant?

Oecumenicititulum Episcopo Romano largitus fuerat Phocas A D. 606. Titulum hunc admisit & ambabus ulnis suscepit Bonifacius III. eiusque successores. Titulum hunc Agathoni dederant tres ipsius legati sextæ Synodo subscriptentes. Quid mirum, si Synodus quoque titulum hunc Agathoni largiatur? Credebat illa titulos istos ab Imperatorum liberalitate pendere. Quandiu Romana sedes sub Honorio Monothelitis favebat, super arenam stabat, inferorum portis militabat. Ubi sub Agathone cœpit Monothelitas damnare, tum demum cœpit super firmam fidei petram stare. Sunt hæc ad perseverantiam incitamenta, non de perpetuâ Sedis Rom. perseverantiâ gloriandi argumenta.

*Agatho canonem hunc tulit apud Gratianum Bul. p. 57. D. 19. Sic omnes Sanctiones Apostolice Sedis accipienda sunt, tanquam ipsius divini Petri voce firmatae sint.*

Hinc collige, quā bona fidei sit sedes illa. Omnes, quæ dicuntur Oecumenicæ, Synodos habuerat Oriens. Ad eas Roma quidem legatos suos miserat. Reliquæ totius Occidentis Ecclesiæ paucissimos Tantò studiosius debuerat Romaña sēes Synodorum illorum acta cum vicinis saltē Ecclesiis communicate. Id sedulò cavit. Semper enim occurrebat aliquid, quod Romano palato non satisficeret, ut docuimus elogiorum Babyloniæ cap. 7. Sed si quid in iis occurseret, quod ambitioni suæ commodum videtur, id plenis buccis intonabat. Episcoporum erat δέχεσθαι gratias habere; Imperatorum autem διπλωμata, hoc est, ratas reddere Synodicas sanctiones. Utrumq;

confirmationis vocabulo designabantur. Igitur Imp. Constantinus V. suæ jussionis, qua Synodum sextam firmabat, exemplar Romam mittens. Similiter, inquit, confessi sumus, & tanquam ipsius divini Petri vocem Agathonis relationem supermirati sumus. Nemo discrepavit nisi unus, nempe Polychronius, cuius tamen, ut enim Honorii, Pyrrhi, Sergii nominibus, &c. parcit Constantinus. Has literas lubenter Agatho disseminavit, aut certè lubens complexus est, ut ex iis hoc egregium porisma colligeret, B omnes omnium Episcoporum Rom. sanctiones, totidem esse divini Petri voces, divinos apices, cum ne unam quidem Agathonis epistolam per omnia probaverit Synodus, sed in sola quæstione juris. In quæstione facti docuit ab Agathone se dissentire. Docuit itidem in quæstione juris ut Honorium, sic & alios multos tam Romæ, quam cuiusvis alterius urbis præsules errare posse.

## JOANNES VII. A.D. 705.

**A**nastasius: Illicè ut proprium imperium adeptus est, hoc est, recuperavit Justinianus II. *tomo 5.* Sextæ Synodo habitæ A. D. 691. quos antea sub Domino Sergio Apostolica memoria Pontifice Romam direxerat, in quibus diversa capitula Romana Ecclesia contraria scripta inerant, per duos Metropolitanos Episcopos demandavat, ac adhortatus est, ut Apostolica Ecclesia concilium aggregaret, & quæ, ei visa essent, stabiliret, & quæ adversa renuendo excuderet. Suspectum hinc est adulatoris testimonium. Justiniani II. mens fuit: Si concilium A. D. 691. convocatum à iui prædecessoris Johannis VI I. legatis subscriptum, tam tibi, quam Sergio displicet, age convoca Synodum, ex huius sententiâ doceas, quid in sexta Synodo tibi displaceat, & quam ob causam. At certe suspectum esse non debet in sequentibus Anastasi testimonium, cum ait: Sed hic humana fragilitate timidus, hos nequaquam tomos.

A emendans per supra fatos Metropolitanas direxit ad Principem, post quæ non diu in hac vita duravit. Videlicet cum Johanni V II. decesserat rationes validæ, cur sextam Synodum improbaret, non ausus est dicere, sit pro ratione voluntas, sed simpliciter sextam Synodum suo Synodique Romanæ testimonio comprobavit.

## GREGORIUS II. A.D. 615.

**C**um Imp. Leo III. idololatriæ vietandæ causâ de Synodi sententia jussisset imagines amoveri, Gregorius II. vetuit ne Leoni tributa solverentur, ne precibus publicis Deo commendaretur, &c. cumque Cæsar ipsi minaretur, Gregorius contendit antecessores quidem suos martyrium non detrectasse, sed se bono publico velle vivere. Recitat eius literas Baronius: Αφε τις πολὺ ὡφέλειαν, inquit, θελομένη στον καὶ θητεῖσι, ὃν πάσαις δύστις εἰς τις πολὺ ημετέρου δοπιάληπτο πεπίστων, εἴ τις χρήματα τις τοι, αὐτὸν ἐκεῖνοι μεγάλης πίστης ἔχοντο εἰς ήματα, καὶ εἰς ὃν ἐπαγγύειον εἰς πάτεραν στον αὐτοῖσι τὸν χαρακτῆρα τοῦ Πέτρου, ὃν αἱ πάσαις βασιλεῖαι τῆς δύστεως θεὸν θητεῖσιν ἔχεισι, hoc est: Totus Occidens humilitatem nostram respicit, quamvis tales non simus, sed magnam fiduciam habent in nos, & in eam, quam abolere minaris, effigiem Petri, quem omnia Occidentis regna pro Deo terrestri habent. Occidentalibus affingit Gregorius II. Sed

D hoc ipso docet quid velit, ut videlicet omnes suam fiduciam collocent in Papam, in Petrum, in effigiem Petri, ut Petrum eiusq; commentitium hæredem habeant pro Deo. Triplicem hanc idololatriam, & in reges hanc idololatriam improbantes perduellionem deinceps pro virili promoverunt aut propugnarunt omnes Pontifices Rom. Itaque non est, quod anxiè deinceps inquiramus, an hæc sedes errat in moribus aut doctrina, cum palam sit, ea fuisse deinceps reliquarū omniū vitiosissimā & multiplicis idololatriæ patronā.

Gre

## 247 Cap. III. Infallibilitatis Pontificie specimen. 248

Gregorii II. quænam in Leonem III. molitiones fuerint, vel hinc collige. **R**avenne, inquit Platina, tanta sedatio orta est, cum alii Pontifici, alii Imperatori obtemperarent, ut in ipso tumultu Paulus Exarchus cum filio occideretur.

**GREGORIUS III. A.D. 731.**

**A**VENTINUS lib. 3. refert ab hoc Gregorium damnatum hæreseos; Vigiliū Episcopum; quod affirmaret antipodas esse.

**ZACARIAS I. A.D. 741.**

**G**regorius VII. lib. 7. ep. 8. & ex eo Carnutensis Juo part. 5. cap. ult. Gratianus 15. q. 6. c. aliis. Zacarias, inquiunt, Regem Francorum non tam pro suis iniuritatis, quam pro eo, quod tanta potestati erat inutilis à regno depositus, & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum substituit, omnesq. Francigenas à juramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex auctoritate frequenti fecit Ecclesia, cum milites absolvit à juramenti vinculo, quod factum est his Episcopis, qui Apostolica auctoritate à pontificali gradu deponuntur. Nondum erat ea Sedi Rom. potestas, quam Zacariae I. tribuit Gregorius VII. ut posset Chilpericum deponere, Pipinum illi substituere, sed rogatus à Francis Zacarias, an possent salvâ conscientiâ fidem Chilperico datam violare, responderet, Zacarias eos id posse. Quam bonâ fide potuerit id respondere, judicent pii. Ut sit, ex illo Sedi Romanae tralatitium fuit, ut sibi juramentorum vincula solvendi jus arrogaret, & consequenter jus regna transferendi.

**CONSTANTINUS II. A.D. 768.**

**F**asciculus temporum. Iste fuit laicus & subito factus presbyter tyrannice Papatum invadit, & magno scandalo prefuit, sed zelo fide-

lium ejactus, & oculis privatus. Et iste videtur fuisse quintus infamis Papa. Sed quām multi jam pro famigeratis habiti fuerant, cum reverā famosi fuissent?

**JOHANNA A.D. 854.**

**D**E Iohanna Papissa, quod objiciunt, sunt Bul p. 58. vitrea fracta, cum Victorianus grayis eadem etate scriptor post Leonem IV. nullum Iohannem, nullam meretricem, sed Benedictum proxime post Leonem & auctos sedisse in suis annalibus tradat. Sic & Lupus, Nicolaus I.

**I**mò tuæ, non nostræ rationes sunt vitro fragiliores, cum toties Bellarminus clamet, unum testem loquentem, pluris esse quām mille mutos. Cur autem silentio transmiserint propudium illud aliquot Scriptores, causa manifesta est. Nullum dedecus huic comparandum tulerat tum Romana Sedes. Potuit igitur sancire, & meritissimo quidem jure, ne meretricis omnium, quas Roma viderat, impudentissimæ rationem quisquam haberet in contextenda Romanorum Pontificum serie, sed huius αμνησθε portenti nomen ex hominum, si fieri posset, memoria deleretur. Quidni? cum etiam hæreticorum nominâ tolerent ex Ecclesiarum diptychis eradi. Sed ubi viros multos habuit sedes Romana nequiores, turpiores, deteriores hac Johannâ, cum tamen usque gloriaretur, & multò quidem frequentius quām pridem, sed necerrare, nec posse, si velit, errare, quidni deinceps historici, ut tot alia Sedi Rom. portenta, sic etiam istud suo loco recenserent?

**A**ccedit Leonis historicæ testimonium, qui Iohannem VIII. Adriani successorem lib. 1. hist. ait: qui octavus certè non fuit, si Iohanna illa fuit.

Imò, licet decem Johannes tulisset sedes Romana, tamen Adriani II. successor merito vereque diceretur Johannes VIII. Nonus verè dicinon potuit. Aliud enim, ni fallor, est Johannes, aliud Johanna.

Marti-

p. 53.

*Martinus Polonus huius fabule author.*

Non potest id verè dici, cùm ante Martiaum Polonum id retulerint Martianus Scotus, qui desinit in A.D. 1181. & Sigerbertus, qui desinit in A.D. 1112. cùm Polonus tuus pertingat ad A.D. 1270. Sed si fabula fuit, quā sit, ut eam falsi nemo dārārāt ante Aventinum A.D. 1533? qui sit, ut contra sive Martino, sive Mariano fidem habuerint. Rodolphus A.D. 1341. Boecius A.D. 1350. Petrarcha defunctus A.D. 1364. Ramulphi Polychronion A.D. 1365. Antoninus Florentinus defunctus A.D. 1463. canonizatus A.D. 1523. Fasiculus temporum 1474. Platinæ. A.D. 1480. Matthias Palmerius A. 1481. Johannes Ballæus, Jacobus Curio, Sabellicus, Theodorus Zuingerus, Fulgosiis, Sebastianus Francus, Annales Aquitanæ, Johannes Nauclerus, Nicolaus Ægidius, Johannes Stella, Raphael Valtérarus, Jacobus Philippus Bergomas, Joh. Abbas Trithemius in Hirsaugensi Chronicò, Baptista Mantuanus, Cœlius Rhodiginus, Joh. Lucidus, Rodericus Sanchez, Petrus Mæsias, Albertus Krantsius in Metropoli, Bartholomæus Caranza in epitome Conciliorum, In Græciam serò pervasit huius monstrifama. Meminerunt tamen eius Laonicus Chalcondylas & Barlaam.

### MARTINUS II. A. 882.

**P**Latina: *Sunt qui scribunt Martini fraude, ut in Formoso dicetur, Iohannem Pontificem ita seditionibus agitatum fuisse, ut ei in vincula coniecto confugere fuerit. Martinus autem malis artibus Pontificatum adeptus brevi moritur. Annū enim & menses, tantummodo in Pontificatu vixit, nil dignū memoria gerens, &c.*

### FORMOSUS A. D. 891.

**P**Latina: *Formosus Iohannis Pontificis se veritatem veritus episcopatum suum dese-*

**A**rens in Gallias aufugit. Verum, cùm revocatus redire abnueret, anathemate notatur. Romanum veniens omni ecclesiastica dignitate privatut, prophana indumenta simul cum moribus assumens. Sunt qui arbitrantur, hoc ideo Formosus accidisse, quod eius coniurationis conscius & auctor fuerit, quā Iohannes captus & in vincula coniactus est. Hac itaq; contumelia motus Formosus ab urbe discedens jure iurando affirmavit, se nunquam postea vel Romanum vel ad episcopum redditurum. At vero Martinus Pontifex Iohannis successor hominem postea iuramento solutum in patriam & pristinam dignitatem restituit, unde ad Pontificatum non ita multo post largitione potius, quam virtute contradicentibus quibusdam assumitur.

### STEPHANUS VI. A. 897.

**P**Latina: *Tanto odio persecutus est Formosus nomen, ut statim eius decreta abrogaverit, res gestas resciditerit. Ego arbitror hoc odium ex ambitione ortum fuisse, cum jam eo decrevissent Ecclesiastici, ut non coacti ut antea, sed sponte & largitionibus Pontificium munus obirent, &c. Refert Martinus scriptor Stephanum tanta rabiie decreuisse, ut habite concilio corpus Formosi è tumulo tractum Pontificali habitu spoliatum, indutumq; saculari sepulture laicorum mandaverit, absq; tamen dexter eius duobus digitis, illis potissimum, quibus in consecratione sacerdotes utuntur, in Tyberimq; proiectis, quod, ut ipse dicebat contra iura Sacramenti Romam & sacerdotium repetisset, quo à Iohanne VIII. iure spoliatus fuerat. Magna fuit hac controversia & peñimi exempli, cum postea fere semper servata hac consuetudo sit, ut acta priorum Pontificum sequentes aut infringerent, aut omnino tollerent:*

### ROMANUS A. 898.

**P**Latina: *Stephani Pontificis decreta & acta statim improbat abrogatq;. Nil enim aliud hic Pontificuli cogitabant, quam & nomen & dignitatem maiorum suorum extinguere, quo nihil potest*

# 251 Cap. III. Infallibilitatis Pontificie specimen. 252

potest esse peius. His sunt qui fraude, malitia, dolo, maledicentia de humano genere bene meritos mordent, lacerant, accusant, corrodunt, tanquam ignavi canes & inutiles, ne feris se se objicientes ob timideitatem; sed victimae & caueis inclusas mordentes.

THEODORUS II. A. 898.

P Latina: Vestigia seditionis sequitur: Nam & Formosi alta restituivit, & eius sectatores in prelio habuit.

JOHANNES IX. A. 898.

P Latina: Iohannes Formosi causam in integrum statim restituivit, adversante magna populi Romani parte, & Stephani res gestas improbat. Hacten accidisse putaverim, cum quia Pontifices ipsi à Petri vestigiis discesserant, tum vel maximè, quia respub. Christiana ignoravos & desideris principes habebat, &c. nūl de se dignum memoria reliquit, nisi quod seditiones quasdam pro pē extintas revocavit.

JOHANNES X. A. 916.

P Latina: Praeful Ravennas is antea fuerat, Episcopatu deiectus, populi tumultu, &c. spiritus militares magis quam religioni deditos gesit, seditione militari captus, & in vincula coniectus, cervicalis in os coniecto, necatur. Fasciculus temporum. Iste Iohannes fuit filius Sergii Pape, tam natura, quam moribus; etiam rapuit Praefulum. Post eum quidam alius Iohannes intrusus fuit, sed statim electus est.

STEPHANUS VIII. A. 940.

P Latina: In seditione mutilatus turpiter aliquandiu vitam duxit, cum ob in honesta vulnera prodire in publicum erubesceret.

JOHANNES XII. A. 955.

P Latina: Patris Alberici potentia fatus Pontificatum adeptus est. Homo sane ab ado-

A lescenia omnibus probis ac turpitudine contaminata venationib. magis, si quid temporis à libidinibus supererat, quam orationi deditus, &c. Cardinales ipsos capit, & huic nasum, illi vero manum abscondit. Iudicium bene sentientium reformidans in Hernicos aufugit, in sylviq; more fere aliquandiu latuit. Sunt qui scribant hunc sceleratissimum hominem vel hoc monstrum potius in adulterio deprehensum & confessum interisse, &c. vix omnium qui unquam ante se in pontificatu fuere perniciosior & sceleratior, &c: B Fascicul. temp. venator fuit ac totus lubricus, sceminas publice tenebat, qua propter depositus fuit per Otthonem, sed non curavit. Tandem cum uxore cuiusdam se oblectans à diabolo in tempore percutitur, & sine paenitentia subito moritur.

JOHANNES XIII. A.D. 965.

P Latina: Iohannem Romani, accersito Iofredo Campanie Comite, in Campaniam exulatum mittunt, verum interficito Iofredo eiusq; unico filio à Iohanne Campano Principe Pontifex Romam rediit. Otto cognitus à Pontifice calamitate, &c. consules in Germaniam mittit Decarbones laqueo suspendi jubet. Sunb qui scribant, Petrum (orbis prefectum) excarnificandum Pontifici traditum, abrasa barba, capillie suspensum ad caput equi Constantini aliquandiu statisse. Inde autem ablatum asinoq; superimpostum verso ad clunes vultu & manibus sub cauda ligatis, atq; ita per urbem ductum & virgis casum fere usq; ad interitum fuisse, postea verò D in Germaniam exulatum missum.

BENEDICTUS VI. A.D. 972.

P Latina: A Cynthio Romano civi captus in Hadrianam molam includitur, eodemq; in loco non multo post strangulatur, vel fame moritur. Detanta injuria nullam sumptam esse vindictam, non possum ego non admirari. Sed reverore talia fuerint Benedicti merita, quale premium à Cynthio consequitus est. Fasciculus temporum. Sanctitas Papas dimisit, & ad Imperatores accessit hoc tempore, ut appareat.

R

BONIFACIUS VII. A. 974.

**P**Latina: Pontificatum malis artibus adeptus, male etiam amisit. Nam initio magistrorum conspirantibus simul bonis civibus urbem relinquere coactus, preciosissima quaq; è basilica Petri subtrahens, Constantinopolim aufugit, ubi tandem substitut, donec divenditis qua sacrilegio abstulerat, magnam vim pecuniarum comparasset, quibus tanquam adminiculis occupanda Tyrannidis fretus urbem repetit, cives Rom. largitione corrupturus. Obstant conatus suis viri boni, maxime vero Iohannes diaconus Cardinalis, quem captum, adjuvantibus quibusdam pernicios hominibus oculis statim privavit. Atq; ipse turpiter vitam finivit. Hoc autem continere in quavis repub. consuevit, quando plus malorum ambitio & avaritia valet, quam bonorum virtus & gravitas. Fasciculus temporum. Iste Bonifacius per Romanos strangulato Benedicto in Papam erigitur, & depradata Ecclesia fugit in Constantinopolim. Post reversus Iohanni diacono oculos eruit. Ipse deinde subito extinctus est.

JOHANNES XIV. A. 984.

**P**Latina: Post adeptum Pontificatum mense 6. à Romanis capitur, & in mole Hadriani ut in publicâ custodiâ inclusus: ibi tandem fateore carceris, inedia & molestia animi maceratur, quoad vitam turpiter finivit.

JOHANNES XV. A. 985.

**P**Latina: Miro odio in clericos exarbit, unde merito & ab ipsis clericis odio habitus est: maxime vero quid divina humanaq; somnia cognatis & affinibus suis elargiebatur, posthabito Dei honore, quem certe errorem ita posteris tradidit, ut ad nostram quoq; etatem pervenerit. Apparuisse cometam tum ferunt, eaq; mala ob superbiam & rapacitatem Pontificis contemptumq; Dei & hominum accidisse putatum est. Arnulphus Aurelianensis in concilio Remensi A.D. 991. Roma vix quisquam est, qui literas didicrit.

**P**Latina: Sanctionem retulit, videlicet solis Germanis licere principem diligere, qui Cæsar & Romanorum Rex appellatus, tum denum Imperator & Augustus haberetur, si eum Romanus Pontifex confirmasset.

JOHANNES XVII. A. 995.

**P**Latina: Is potentia Crescentii Romanus Consulis fretus, pecunia corrupisse creditum est, tempore Gregorii quinti per factionem Pontificatum occupat; effosus prius oculus, pontificatus simul & vitâ privatur.

SYLVESTER II. A. 998.

**P**Latina: Malis artibus Pontificatum adeptus est. Relicto monasterio diabolum sequutus, cui se totum tradiderat. Pontificatum postremo maiore conatu, adjuvante diabolo, consequitus est, hac tamen lege, ut post mortem totus illius esset, cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat. Fasciculus temporum. Sylvester secundus factus est Papa auxilio diaboli, cui homagium fecit, ut cuncta ad votum ei succederent. Dictus fuit Hilbertus, & in gratiam regis Francia inimicus ei procuravit, unde factus est Archiepiscopus Remensis, tamen electus statim fuit per concilium, jubente Benedicto primo. Deinde gratiam Imperatoris acquisivit, & fit Episcopus Ravenna, postea Papa. Sed finem solitum cito

habuit: ut puta qui sphen suam fallacibus damnobibus commisit. Speratur tamen de eius salvatione propter certa judicia sepulchri ipsius & penitentiam, quam in fine fecit, gravissimam, membris abscessu & arrib. datis.

JOHANNES XX. A. 1024.

**P**Latina: Nullis sacris iniciatus Pontificium munus suscepit.

BENEDICTUS IX. A.D. 1032.

**P**Latina: Romani Benedictum hominem ignavum, & nullius precii perosi è sede deji- ciunt,

255 Cap. III. Infallibilitatis Pontificiae Specimen. 256

ciunt, in eiusq; locum sufficiunt Sylvestrum 3. A quo post 49. dies pulso denuo Benedictus restituatur. Is autem cum cerneret se iterum subitum eadem discrimina, Iohanni Archidiacono S. Iohannis ad portam Latinam, qui postea Gregorius VI. est appellatus, pontificium munus libenter cessit, vel (ut quidam affirmant) vendidit. Hanc ob rem merito ab omnibus est accusatus, & iudicio Divino damnatus. Constat enim simulachrum eius admodum monstrosum post mortem cuius apparuisse, interrogatumq; quid illa horrida imago praese ferret: cum antea Pontifex fuisse? Quia, inquit, in vita sine lege & sine ratione vixi, ideo volente Deo & Petro, cuius sedem omnibus probris foedari, simulachrum meum plus feritatis quam humanitatis in se habet. Fasciculus temporum. Benedictus nepos Benedicti 8. totus lubricus damnamus apparuit cuidam in specie monstrosa & horribili. Caput & cauda erant asinina, reliquum corpus sicut ursus & ait: Noli expavescere: Scito me hominem fuisse sicut tu es: sed sic me reputo, sicut olim existens Papa bestialiter vixi. Tempore eius schisma scandalosum nimirum fuit, quippe ipse ejectus erat, & iterum restitutus, & iterum electus. Tempus esse minatum in episcopatu circa annos Domini mille, in quo fides Christiana valde cepit desiccare & declinare, &c.

SYLVESTER III. A.

P Latina: Ed tum Pontificatus devenerat, ut qui plus largitione & ambitione, non dico sanctitate vite & doctrina valeret, is, &c. Ad Sylvestrum redeo Pontificem creatum, non dico a collegio patrum, quod tolerabilius fuisse, sed largitione. Fasciculus temporum. Ille Sylvester electus fuit expulso Benedicto, sed e contra ejicitur, & Benedictus restitutus, quo iterum ejecto, Gregorius substitutus; qui cum effet ruditis literarum alterum Papam ad Ecclesiastica officia exequenda secum consecrari iussit.

GREGORIUS VI. A.D. 1045.

P Latina: Henricus secundus in Italiam cum magno exercitu veniens, habita Synodo cum

Benedictum 9. Sylvestrum 3. Gregorium 6. tanquam tria tetrorema monstra abdicare se magistratu coegeret, Syndegerum Pontificem creavit. Ferunt vulgo homicidam, Symoniacum, & sanguinis humani appetentissimum habitum a perniciosis hominibus, id est a Cardinalibus quibusdam prædicari solitum.

CLEMENS II. A. 1046.

P Latina: Romani Pontificem in iussu suo creatum, veneno è medio sustulere, pontificatus sui mensè nono. Scribunt autores venenum ipsum in hos usus à Stephano paratum, qui & in Pontificatu successit, & Damasus secundus appellatus est.

DAMASUS II. A. 1047.

Pontificatum per viam occupat, nullo cleri populi consensu, &c. Sed obstitit Deus justus index. Fuit invasor Ecclesie, & subiit defunctus est. Inquit Fasciculus temporum.

LEO IX. A. 1049.

P Latina: Huic (ab Imperatore missa) Romanum Pontificio habitu petenti. Abbas Cluniacensis, & Hildebrandus persuasere, ut deposito Pontificali ornatus Romanum privatus ingredetur, quod dicarent, Henricum nullam creandi Pontificis potestatem à Deo habere, & ad clerum populumq; Romanum id pertinere. Motus his verbis Leo, &c. Fasciculus temporum. De pluralitate beneficiorum, que circa hac tempora nimirum invaluisse videtur, & deinceps continuata multumq; dolenda ambitione prelatorum, & Simoniacalabre quamplurima scripta sanctorum patrum habentur. Ibi pluribus in avaritiā invenitur.

STEPHANUS IX. A. 1057.

P Latina: Curavit Mediolanensis Ecclesia, que à Romana ducentis fere annis se subtraxerat, nunc demum eidem obtemperaret, &c.

Sunt qui dicant eum in Henricum Imperatorem bareos nomine investum esse, quod summaeorum Pontificum auctoritatem diminueret contempta religione, spretog̃ immortalis Deo.

## BENEDICTUS X.

**P**Latina: Factio quorundam nobilium Pontifex creatur, &c. Ab Hildebrando Pontificari pulsus est. Fas. temp. Hildebrando instantे Gerasimus Pontifex creatur. Benedictus, cum per vim papatum rapuisset, & novem B  
mensibus sedisset, cessit.

## NICOLAUS II. A.D. 1059.

**I**n Synodo, quam habuit A. D. 1059. quamque laudat Gratianus D. 23. c. in nomine, sic ait: Impii non resurgent in iudicio. Petitus est error ex virtuosa veteris interpretis versione, Psal. 1. Sed error tamē est.

BENNO DE PONTIFICIBUS  
SUI TEMPORIS.

**A**nno igitur post Gerbertum vige-  
simo quinto, Theophylactus disci-  
pulus eius sedem violenter obtinuit, &  
condiscipulum suum, Laurentium, & ar-  
chepresbyterum Johannem Gratianum  
intimos & secretorum conscos habuit.  
Eodem tempore Hildebrandus derelicto  
monasterio, prædicto archipresbytero ad-  
hæsit, & archiepiscopi Laurentii magiste-  
riū secutus, brevi factus est utriusque  
magistri imitator egregius. Qui cūm vel-  
let, manicas suas discutiebat, & in modum  
scintillarum ignis dissimilebat: & iis mira-  
culis oculos simplicium velut signo san-  
ctitatis ludificabat. Et quia diabolus per  
paganos Christum publicè persequi non  
poterat, per falsum monachum, sub habi-  
tu monastico, sub specie religionis, no-  
men Christi fraudulenter subverttere dis-  
ponebat. Sed quamvis peccatis exigenti-

bus talia fieri permitteret dispensatio di-  
vina, tamen tempus retributionis propin-  
quabat. In diebus illis, defuneto Con-  
rado legis, & religionis cultore fidelissi-  
mo Romanorum Imperatore Augusto,  
Theophylactus, qui & Benedictus nonus,  
habito consilio cum familiari suo Laureti-  
tio, & aliis suis complicibus, molitus est  
filium Imperatoris Conradi Henricum  
Imperatorem successione Imperii extur-  
bare, & in ecclesia schismata diversa semi-  
nare. Hoc enim est, quod amplius exi-  
gitur à mundi principio, à tenebrarum  
principi. Misit igitur coronam Romani  
Imperii Petro Regi Ungarico. Sed ad Pe-  
trum expugnandum dixit Imperator  
Henricus Ducem Lotharingiæ, Gotfre-  
dum, virum fidelem, & bello strenuum,  
& inter regni principes clarissimum. Qui  
primo conflictu, Petrum bellō captum, &  
omnes vicinas nationes, ne in eum al-  
iquid præsumerent, deteruit, & ut digna  
**C**factis tanti schismatis authori Theophy-  
lacto redderet, Romam venire disposuit.  
Quo auditu, Theophylactus timore per-  
territus, vendidit Papatum complicito,  
prædicto Archipresbytero ecclœ sancti  
Johannis, de porta Latina, magistro Hilde-  
brandi, acceptis ab eo libris mille quin-  
gentis. Qui a le dendens sacram sedem tan-  
tae iniquitatis gradibus, nomine mutato,  
dictus est sextus Gregorius. Igitur Hilde-  
brandus in Schola tam profundæ perver-  
**D**satis, usu & arte edocetus, erat tantorum  
fidus minister maleficiorum, & pessimus  
magistris peior discipulus. Quod ex fru-  
ctibus perfidiz ipsius postea percepit ec-  
clesia, per eum sub obtenu Catholici no-  
minis gravi schismate lacerata: percepit  
& mundus bellis feralibus, & immensis  
caedibus ipso authore laniatus, & sub co-  
lore mellis veneno propinato hæresibus  
nefandissimis propè suffocatus. Eisdem  
diebus superpositus est in Papatum præ-  
dicto archipresbytero Sabinensis Episco-  
pus, qui mutato nomine dictus est Syl-  
vester.

Anno  
Dominis  
1052. aut  
1053.

vester tertius : & factum est, ut Romana ecclesia in partes diversas scindi videtur. Cum autem tanta perversitas Romanam ludificaret, divino nutu affuit Imperator Henricus, & (ut multa breviter concludam) religiosorum Cardinalium precibus efflagitatus, ipsis autoribus, Romanam Ecclesiam pro loco officii sui, pro officio imperiali, pro potestate sibi a sacris canonibus concessa, ad purgandam Ecclesiam, ad exturbanum & ulciscendum vi sacrilegos devotum se prebuit. Theophylactum in fugam coegerit, sextum Gregorium in custodiam reclusit, quem postea in exilium misit. Sabinensem Episcopum, quem non ambitio, sed vis ad Papatum coegerat, ad sedem propriam redire compulit. Romanaverò Ecclesia, eius respitans auxiliis secundum Clementem Papam elegit, sub quo unitas ecclesiarum respluit, a quo & subsequenter Romanorum Imperator Augustus, veneranda memoriaz Henricus coronatus est : & protantis meritis unice glorificatus triumpho singulari, unici amoris privilegium pellendo dololatras, Simoniacos, & unitatem Ecclesiarum defendendo promeruit. Quibus strenue peractis, sextum Gregorium (ut supra dictum est) cum Hildebrando discipulo suo in Teutonicas partes deportatione damnavit. Nimia tamen pietate deceptus, nec Ecclesiarum Romanarum, nec sibi, nec generi humano prospiciens, novos dololatras nimis laxe habuit, quorum memoriam aeterno carcere a contagione hominum removere debuit. Defuncto autem in exilio sexto illo Gregorio, Hildebrandus perfidie simul & pecunia eius haeres extitit. Eodem tempore Clemens Papa defunctus est. Huic successit Damasus, & sedet viginti tantum & tribus diebus, veneno, (ut dicitur) propinato suffocatus. Theophilactus enim magister Hildebrandi post fugam reversus, Romanum cum familiari suo Laurentio, multis maleficiis sacram sedem vexabat,

A & per literas discipuli sui Hildebrandi, ea quæ in Palatio Imperatoris geregabantur, resciebat. Eo igitur immaniter vexante, iterum Romana ecclesia Legatum ad Imperatorem dirigit, ut confilio Cardinalium Papam eligendum Romanum mittat, exposcit. Bruno igitur, qui & Leo, ex consilio Cardinalium Romanum invitus & coactus dirigitur. In cuius comitatu nimia Imperatoris indulgentia permisus est reverti Hildebrandus, hac permissione sacerdotium pariter, & regnum sub specie religionis eversurus, & juramenta Imperatori praestita non diu servaturus. Brunoni igitur multa loquendo in itinere se supposuit. Et, ut Romanum venit, ab eo obtinuit, ut fieret unus de custodibus altaris beati Petri. Et in brevi loculos implevit, & cui pecuniam illam committeret, filium cuiusdam Iudei noviter quidem baptizatum, sed mores nummulariorum adhuc retinentem, familiarem sibi fecit. Et jamdiu conciliauerat sibi quendam alium incomparabilibus maleficiis assuetum Gerhardum nomine, qui cognominabatur Brazutus, amicum Theophylacti, qui subdola familiaritate dicitur sex Romanos Pontifices intra spacium tredecim annorum veneno suffocasse, quorum nomina haec sunt : Clemens<sup>a</sup> qui sexto a. D. Gregorio damnato, & Theophylacto ex-<sup>1046.</sup> pullo sedet mensibus novem, & diebus septem: Post Clementem<sup>b</sup> Damalus, qui b<sup>1047.</sup> sedet dies viginti tres. Post Damasum<sup>c</sup> Leo, qui sedet annis quinque. Post Leo-<sup>c 1049.</sup> nem<sup>a</sup> Victor, qui sedet annis duobus, a 1055. mensibus tribus, diebus septem. Post Vi-<sup>b</sup> torem<sup>b</sup> Stephanus, qui sedet menses fe-<sup>b 1057.</sup> bruario, dies viginti octo, post Stephanum<sup>c</sup> Benedictus, qui sedet menses septem, c 1058. dies viginti. Hic non veneno, sed vi & dolis Hildebrandi fuit electus. Post Be-<sup>d</sup> nedictum Nicolaus, qui sedet annis duo-<sup>d 1059.</sup> bus, mensibus sex, diebus viginti quinq. Huius tempore Hildebrandus praedictis duabus familiaribus suis pecuniam suam,

& consilia sua communicavit, & pereos venales linguas multorum sibi comparavit. Et posthac Theophylactum antiquum dominum suum & magistrum simulantem pénitentiam Leoni Papæ in dolo reconciliavit, & Theophilacti confilio, & factione ipsum Papam Leonem contra Normannos animavit. Igitur Leo Papa, eorum dolos minus intelligens, & Romam deserens, alpes transivit, & multis Teutonicis sibi aggregatis, ad expugnandos Normannos, Romanum redit, & Hildebrando & Theophylacto instigatis in Apuliam contra Normannos transivit. Et quia Theophylactus manifeste eum lādere non audebat, simulatio obsequio cum eo manens, & ingressus & egressus eius explorans, singula per lecetros nuncios intimabat Normannis, & in manus eorum, Hildebrando dictante, ipsum Papam tradidit. De quorum manibus, vix Papa, (interfectis per proditionem Teutonicis) desolatus evasit. Leone post modicum defuncto, Theophylactus de parentum potentia presumens, Romanam Ecclesiam, quam prius toties vexaverat, iterum vexare non destitit. Interim Hildebrandus novus Proteus, novis presumens tergiversationibus, de Roma ad Imperatorem, de Imperatore ad Romanum absque consilio Romanæ ecclesiæ discurrebat. Et si quis alias in Papatum eligetur quam ipse, prædictus Gerhardus cognomine Brazutus familiaris eius in brevi illum veneno suffocabat. Postquam autem sedit Nicolaus Papa, Hildebrandus, quia Papatum adipisci non potuit, ad Archidiaconatum quoquo modo invadendum se convertit. Et Mancium tunc Archidiaconum Romanæ ecclesiæ multis iniuriis afflixit, & circumvenit. Qui vietus contumeliis & dolis, & pecunia deceptus Hildebrandi, ad ultimum concepsit, ut Hildebrandus vice eius Archidiaconatu fungeretur. Hac concessione Hildebrandus arrepta, Nicolaum Papam ex

A improviso aggressus, coegerit inverecundis precibus, & minis militum, quos pecunia collegerat, metum etiam mortis quibusdam terribilibus significationibus incutient, ut eum Archidiaconum ordinaret, & constitueret. Et post paucos dies ipse Nicolaus defunctus est, veneno, (ut dicitur) suffocatus. Cardinales autem ambitionem Hildebrandi non ignorantes, Imperatorem multis precibus coegerunt, ut eis in electo suo Parmensi episcopo Cadolo favorem & auxilium praestaret. Quod factum cor Hildebrandi, altius percussit. Et manifeste factus est Imperatoris inimicus. Omnia juratae fidelitatis viacula disrupti; & facta conspiratione cum inimicis Imperatoris, & cum Normannis, quem Parmenti Episcopo Cadolo à Cardinalibus electo, opponeret, Anshelnum Lucensem Episcopum decepit, & eum in Papam eligi à quibusdam Romanis fecit. Et ipsum Anshelnum mutato nomine, Alexandrum vocaverunt. Igitur Anshelnum, quem in dolo elegerant, pariter & Parmensem Episcopum, quibus poterat artibus vexabat, quia utriusque succedere anhelabat. Igitur ubi Alexander intellexit se dolis & arte ab Hildebrando & inimicis Imperatoris electum & inthronizatum, die quodam, cum intra missarum solennia sermonem haberet ad populum, prædicavit se nolle sedere in sede Apostolica absque licentia & gratia Imperatoris. Et publicè dixit: se literas huius rei gratia missurum ipsi Imperatori. Quo auditu, Hildebrandus vix manus, multa murmurando, donec missa completeretur, abstinuit. Missa expleta ipsum Alexandrum, cum militari manu ab altari duxit in cameram, & nondum extum pontificalibus indumentis, pugnis durè colaphizavit, increpans & impropersans, quod vellet inquirere gratiam Imperatoris. Et statuit, ut ex eo die non daretur ei amplius, quam quinque solidi Lucensium denariorum. Et exinde ipse Hilde-

263 Cap. III. Infallibilitatis Pontificie specimen. 264

Hildebrandus orans redditus Romanæ Ecclesiæ sibi retinuit, & immensam pecuniam congregavit. Alexandro igitur sub miserabili jugo Hildebrandi quodam vespera defuncto, eadem hora Hildebrandus à suis militibus sine assensu cleri & populi est inthronizatus, timens ne alias per moram eligeretur. In cuius electione nullus Cardinalium subscrpsit. Ad quam cum veniret Abbas Cassinensis, ait ipse Hildebrandus: Frater nimium tardasti: Respondit Abbas: Et tu Hildebrande nimium festinasti, qui nondum sepulto domino tuo Papa, sedem Apostolicam contra Canones usurpasti. Hoc modo inthronizatus Hildebrandus, qualiter vixerit, qualiter à se Cardinales, qui testes viæ & doctrinæ eius esse debuerant, removet, quam miserabiliter vexaverit, quantis hæresibus mundum corruerit, quanta perjuria, quam immensas perditiones consilii craverit, vix à multis describi potest. Clamat tamen altius sanguis Christianorum eo autore, & incentore miserabiliter effusus.

BONIFACIUS VIII. A.D. 1294.

**P** Latina: Per omnes dignitatis gradus ad Pontificatum non sine ambitionis crimine pervenerat. Nam dum esset S. Martini Cardinalis, adeo dignitatem Pontificatus exoptavit, ut nil ambitione & fraude prætermiserit, quod ad eam rem consequendam pertinere arbitraretur. D. Tanta præterea arrogantia fuit, ut omnes fere contemneret, & gratias à Nicolao 4. & Celestino 5. factas revocaret. Gibillinos quoq; mirificè persequutus est. Vnde tantum repente bellum exortum est, ut tota fere Italia tumultuaret. Fiebant hec in Italia cum magno provincia detrimento, Pontifice nullibi ad pacem confundendam autoritatem suam interponente.

Imperatoribus, regibus, principibus, nationib. populus terrorem potius, quam religionem in jicere conabatur, quicq; dare regna & conferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conaba-

A tur. Aurum undiq; conquistatum plus quam dici potest, sibi retinetur: Faf sic temp. In tantam arrogantium erexit seipsum, ut dominum torius mundi se diceret, tam in temporalibus, quam in spiritualibus. Hic est de quo dicitur, quod intravit ut vulpes, vixit ut leo, moritur ut canis.

JOHANNES XXII. A.D. 1316.

**P**etrarcha epistolarum sine titulo ep. 1. Ille vadit pro meritis accepturus, & canibus esca maritimis. Si ad clavum similis Nauclerus accesserit, salus nos ipsa, si velit, servare vix poterit.

BENEDICTUS XII. A.D. 1334.

**H**ieronymus Squarzachius in Fr. Petrarchæ vita. Erat Soror Fr. Petrarchæ, que jam duodeviginti habebat annos, qua Avimone, ubi orta, cum Ghirardo fratre morabatur, eleganti forma, insignia moribus, & virtutibus predita, cuius pulchritudinem & formam deperibat Pontifex Benedictus XI. ut illâ potiretur, multa fecit experimenta. Cogitavit premiis & honoribus Fr. Petrarcham in suam trahi opinionem, Cardinalem se facturum promittit, dummodo illa suo concederetur arbitrio. Franciscus, qui in omni re Deum præ oculis habebat, respondit, tam foetidum galerum capitâ non esse ponendum. Nihilominus Pontifex furori impatiens, alterum fratrem Ghirardum tentare cepit, qui paucis muneribus corruptus, &c.

JOHANNES XXIII. A.D. 1410.

**P** Latina: Synodus Constantiensis judices gravissimos & doctissimos delegit, qui crimina Iohanni objecta discuterent, eademq; ex ordine referrent. Ad 40. capitula, & eo amplius contra hominem probata sunt, quorum aliqua, cum in eo minime immutari possent, adeo erant inveterata, contra fidem judicata sunt, aliqua vero Christianis omnibus (si non damnarentur) scandalum paritura. Venientibus itaq; omnibus in eandem sententiam, Iohannes meritò è Pontificatu

catu dejectus sententiam in selatam comprobatis. Missus Carolus Malatesta, &c. Gregorium Pontificatus abdicat. Quia quidem auctoritate Benedictus discus à aliquandis re, pontificatu tandem privatur.

EUGENIUS IV. A.D. 1431.

**P**Latina: Eugenius Romani lapidibus & sagittis incessunt. Is ad tollendum Basiliense concilium versus, illud quidem primo ex Basilea Bononiavi transstulit, Cardinalium omnium, qui secum aderant, consensu. Sed Imperator aliq[ue], Principes, &c. non modo Pontifici non obtemperarunt, verum etiam cum his terq[ue] monuerunt, ut Basileam idoneum à Martino celebrandi concilii locum delectum una cum Cardinalibus proficisceretur, aliter se in eum acturos, ut in praevicatorem & contumacem.

Iohannes Vitelleschus à Pontifice missus, caput Antonium Pontaderam hostem Ecclesie apud Frasimonem ad olivam turpi laqueo suspendit, &c. Pulcellum forcipibus ignitis in curru excruciatum, in campo flore suspendit. Paulum absuit, quin Alphonsum caperet, fraude potius quam vi, cum induci inter eos essent, & pax prope certa.

A. 1436. publico Consistorio Eugenius Basiliense Consistorium, quod ante approbaverat, Ferrariam transfert.

Harum vere triremiam (Gallicarum scilicet, qua Imperatori Constantinopol. Iohanne Paleologo obviam ibant) prefectum ita largitionibus corrupit Eugenius, ut relisto concilio partes suas deinceps sequutus sit. Vitelleschus publico Consistorio cum magna laude in numerum Cardinalium recipitur. Florentiam transferre consilium placuit. Extorsere (Florentini) ab Eugenio literas Apostolicas, quibus declarabat Franciscum agri Piceni Marchionem & dominum. His tamen verbis accipiat, quod Petrus & Paulus ei male vertunt. Philippus ager ferens Florentinos, adiuvante Eugenio, atq[ue] adhortante, &c. cum his agit, qui in Basiliense Concilio erant, ut Eugenium citarent. Ecce id illi quidem his terve, verum cum id ex sententia es non cederet, eo de-

A mente eos perpulit, ut abrogato Eugenio Amadoum Sabaudie ducem, sacerorum suum, Pontificem crearent, & Felicem appellarent. Hinc magna in Ecclesia Dei orte sunt seditiones.

P A U L U S II. A. 1464.

**P**Latina in vita Hadriani primi. Idem quoq[ue] accidisse nostra etate, Paulo secundo putaverim, qui adeo his mulieribus delinimentis delectatus est, conquitis undiq[ue] magno pretio gemmis, & exhausto penè Ecclesie Romana erario, ut quotiescumq[ue] in publicum prodiret, Cybeles quadam Phrygia ac turrita, non mitrata, videbatur. Hinc ego ortam tum sudore prepinguis corporis, tumq[ue] gemmarum pondere apoplexiam illam puto, qua correptus subito morbo interiit. In vita Stephani V L. Paulum certe absuit, quin nostra tempestate Paulus secundus, Venerus, Formosi nomen (ut sit) sibi inderet, quod id nomen ei maxime convenire videretur, propter præteritatem corporis & maiestatem. Nil ei preter hoc nomen ad felicitatem summam deesse videbatur. In ipsius Pauli II. vita. Eo indignatio plerumq[ue] deveniebat, ut, cu[m] precando quod vellet, consequi non posset, ad faciendam fidem precibus lachrymas adderet. Hanc ob rem Pius Pontifex hominem Mariam pientissimam appellare solebat. Curabat ut uni sibi magis quam alteri egrotantium testamenta committerentur, que postea ex arbitrio suo partiebatur.

Abbreviatores omnes, quos Pius in ordinem redegerat, tanquam inutiles & indoctos (ut ipse dicebat) exauktoravit. Eos bonis & dignitate indicta causa spoliavit, quos etiam propter eruditio[n]em & doctrinam ex toto orbe terrarum conquisitos magnis pollicitationibus & premis rocare ad se debuerat.

Canoniorum secularium nomen abolitur, si quis moriebatur, in demortui locum neminem sufficiebat. Neq[ue] hoc consentius, Paulus seorsim canonicos quosdam allocutus, eos minis etiam adhibitis abdicare se illis canoniciis impellebat. Paulum urgebat regis Boënie persidia, qui se patlatim à toto corpore Christiani nominis subducerebat. In hanc itaq[ue] mittere Hungaria regem cum exercitu constitueret.

Paulus

267 Cap. III. Infallibilitatis Pontificie specimen. 268

p. 24. Paulus comiti Acieris filios incautos, & nile  
tale opinantes oppresit, redactis in potestate Ec-  
clesia novem castellis. Franciscus eorum alter  
cum filio capitur, & quinquennio in arce Ha-  
driani retentus, demum, creato Sixto, liberatur.

Paulas ad otium conversus, populo Rom. ad  
imitationem veterū ludos quam magnificentissi-  
mos, & epulum lautissimum instituit. Cum au-  
diisset Lucam, Romanū civem in se conjurasse &  
adventare, multos, in urbe suspectos capi, ubet,  
rum ex aulicis, rum ex Romanis. Torquentur  
multi, quorum pars magna in cruciatibus ipsis  
moritur. Quos tanto tumultu concitato cepisset  
ac torquisset, statim velut innoxios dimittere no-  
luit.

Imò quo paulo ante coniurationis & maje-  
statū reos accersierat, eosdem mutata sententia ob-  
divulgatam fabulam hæresecos accusat.

Praterea verò numismata propè infinita ex  
auro, argento, arevē sua imagine signata sine  
ullo S.C.to. in fundamentis adiectorum suo-  
rum, more veterum, collocabat, veterespotius hac  
in re, quam Petrum, Anacletum, & Linum  
imitatus.

Volebat in omnibus videri acutus, doctus, fa-  
cetus, deridebat fere omnes & contemnebat.

Fuere etiam qui dicerent, eum, dum in publi-  
cum prodiret, faciem sibi fucis concinnare. In  
mitra multas opes contulit coemptis, undiq; ac  
magnis preciis, Adamantibus, saphirus, smaragdis,  
&c. Inspecti tum ab omnibus volebat, & admirari. Hanc ob rem peregrinos nonnunquam in  
orbe retinuit.

Cardinalib. primo Pontificatus sui anno pan-  
num coccineum dedit, quo equos sternarent, dum  
equitant. Voluit in decretum referre, ut Galeri  
Cardinalium serico coccineo fierent. In colligen-  
dis pecunias ita diligens fuit, ut fere semper bene-  
ficia & episcopatus his committeret, qui offi-  
cium aliquod venale haberent, unde elici nianas  
posset. Omnia eum officia suo tempore venalia  
erant, quam ob rem factum est, ut, qui episcopa-  
tum aut beneficium veller, officium aliquod  
emeret.

Venationem miro apparatu edidit duci Fer-  
rariensi. Adire hominem die dormientem, ac

A noctu vigilantem, attractantem gemmas & mar-  
garitas difficilè erat, nec nisi post multas vigilias.  
Sepe quod promiserat, mutata sententia inverte-  
bat. Humanitatis studia ita oderat & conte-  
mnebat, ut eius studiosos uno nomine hereticos  
appellaret.

Hactenus Platina, qui suum, de vita  
Pontificum opus, Nurembergæ typis é-  
dendum curavit A. D. 1481. Nos eam  
editionem, ut minus suspectam, secuti sumus.  
Sequentium Pontificum septem  
quænam fuerit sanctitas, testem locupletem  
habemus ac lyncerum, Sannazarium  
Neapolitanum, qui poëma sua Rome  
dicavit, Papæ Clementi VII. qui sedere  
cepit A. D. 1527.

SANNAZARIUS DE PONTI-  
ficibus sui seculi.

IN SIXTUM IV. A.D. 1484.

Dic, unde, A lecto, pax hęc effulgit & unde Sannaz.  
Tam subito reticet prælia? Sixtus obit, epig. I.I.

IN INNOCENTIUM VIII.

A. D. 1484.

Innocuo priscos æquum est debere, Qui p. 155.  
rites.

Progenie exhaustam restituit patriam.

IN ALEXANDRUM VI. A.D. 1492.

D Visurā se iterū Sixtū, cum Roma putaret, p. 161.  
Pro Sexto Sextum vedit & ingemuic.

Ergo te semper cupiet, Lucretia, Sextus? p. 162.

O fatum diri nominis! hic patere est?  
Piscatorem hominum, ne te non, Sexte, p. 159.  
putemus.

Piscaris natum retibus ecce tutum.

IN EIUSDEM JUBILÆUM A.D. 1500.

Pollicitus cœlū Roman⁹ & astra sacerdos p. 163.

Per scelerā & cedeis ad Stygā pādicititer.

IN EUNDÆM A.D. 1503.

P. 176.

Mirum, si vomuit nigrū post fata crux,  
Borgia, quæ biberat, concoquere haud  
potuit.

Nomen Alexandri ne te fortasse moretur.  
Hospes abi, jacet hic & scelus & vitiū.  
Borgia cur summa nihil sacra fecerit hora,  
Cūq; sua dominos spreverit arce Deos.

Parcite mirari, qui talia poscitis, ac me  
Credite Apollineo verius ore loqui.

Hoc, q; vos corlū, quæ numina dicitis, ille B  
Esse apinas longo tempore crediderat.

P. 176.

Bello, inimicitiis, furtis & cædibus haustā  
Italiæ cernis, Sexte, & obire potes?

P. 175.

Fortasse nescis, hic tumulus cuius siet  
Adsta, viator, nī piget.

Titulum, quæ Alexandri vides, haud illius  
Magni est, sed illius, qui modo

Libidinosa sanguinis captus sit  
Tot civitates, inclytas,

Tot regna vertit, tot duces letho dedit,  
Natos ut impleat suos.

Orbem rapinis, ferro & igne funditus  
P. Vastavit, haustis, eruit.

Ut scilicet liceret (heu scelus) patri  
Natæ sinum permungere,

Nec execrandis abstinere nuptiis  
Timore sublato semel.

Et tamen in urbe Romuli vel undecim  
Præsedit annis Pontifex.

I nunc, Netones, Caligulas nomina,  
Turpeis vel Heliogabalos.

Hoc sat, viator: reliqua non sinit pudor.  
Tu suspicare & ambulare.

IN LEONEM X. A.D. 1522.

Sacra sub extremâ, si forte requiritis, hora  
Cur Leo nō potuit sumere? vendiderat.

IN ADRIANUM VI. A.D. 1523.

Classe viriss; potens, domitoque Oriente  
superbus (mos.)

Barbarus in Latias dux quatit arma do-

P. 176.

A In Vaticano noster latet: hunc tamen alto,  
Christe, vides ecclœ (proh dolor!) & pa-  
teris?

Distichon Sannazarii in Leonem, ut à San- Bul. p. 66.  
nione, & Mimico Poëta est. accipiendum.

Quid? an unum Sannazarii distichon  
tibi displiceret? aut cur hoc unum tibi ma-  
gis displiceret, quam tot alia, quæ recensui-  
mus, ejusdem authoris disticha? At in li-  
bris de partu Virginis, quam non semper  
Sannio fuerit, prodidit. Et tu forsitan Eliam  
ipsum Sannionem dixeris, quod Baalita-  
rum vesanos clamores Sannis excepit.  
At cum vividioribus coloribus Ethnicæ  
Romæ vitia nulli Scriptores expresserint,  
quam Poëta, quidni Poetas audiamus  
vitia Babylonis, ut ut ipsi quoque vitiosi  
fuerint, graphicè depingentes? Quam  
syncerum sit Synceri Sannazarii de sui se-  
culi Pontificibus testimonium, abundè  
colliges, si legas ea, quæ gravissimus scri-  
ptor Fr. Guicciardinus passim de rebus

C Italiæ scripsit.

Ex Jac. Ave. Thuani Hi-  
storiarum libris excerpta.

Ex Lib. II.

JULIUS II. A.D. 1503.

Q uo effectum est, ut Iulius 2. immoderato-  
sttu omnia bellis miscendi, etiam in decre-  
pitâ etate ardens, muneris pastorali oblitus, &  
tot beneficiorum nuper in Gallia acceptorum  
immemor, cum jam sibi videretur de injuriis Ve-  
netorum satis graves poenas sumpisse, in nos o-  
dium & acerbitudinem convertere decreverit.

P. 8. Cum Iulio 2. non eandem amicitiam  
colsit Ludovicus, quippe eum infestissimum ho-  
stem semper expertus, quem gratissimum amicum  
habere debuit.

Et paulò post addit: Regem Iulium Lug-  
duni Synoda convocatā in iug. vocasse, postea Pisis  
concilium indixisse, in quo in caput & membra  
anquireretur, custo etiam Neapoli aureo nummo,  
qui effigiem suam ex una parte, & insignia Nea-  
polis

271 Cap. VI. Infallibilitatis Pontificie specimen. 272

polis ac Sicilie ex altera referebat, cum hoc elogio: A  
PERDAM BABYLONIS NOMEN.

CLEMENS VII. A.D. 1523.

P Ag. 14. Cæsar ut injuriam sibi à Clemente illatam ulciceretur hominis Pontificii autoritate per omnem Hispaniam abolet, exemplo ab Hispania ipsis posteritati relieto posse Ecclesiasticam disciplinam citra nominis Pontificii autoritatem ad tempus conservari.

PAVLUS III. A. D. 1534.

S ub exitum sequentis anni VII. Cal. VIII. br. Clemens deceperit, cuius in locum Alexander Farnesius, Petri Lodoici F. qui Onofrius V. primùm, mox Paulus III. dici voluit. Eid. Decemb. creatur. sobrietate, vultus gravitate, doctrinâ, ac postrem corporeculi adfætata imbecillitate profundam ambitionem diu celaverat, quam mox adeptâ dignitate manifestam omnibus fecit.

P. 16. Mortuo plurima editis libris & per Italiam Sparsis virtio criminosè data, inter alia, quod bona pauperū dilapidasset, in nepotes & Sororum filios omnem Ecclesiæ iubstantiam absumpisset, Mutinam & Regium Lepidi, quæ ad Imperium pertinent, Ferratiensium duci vendidisset, Parmam & Placentiam quas Ecclesiæ minime quaerisset, alienasset, Ascanium Columnam & Baleonos injustè profligasset, calumniosè Cæsarem & Gallia Regem incusasset, quod hic cum Protestantibus, ille cum Anglo amicitiam coluisse, cùm ipse cum Turco Alexандri 6. exemplo occultum commercium habuisset, quod deniq; in consiliis capiendis, ac ceteris rebus suis semper Astrologos, atq; adeò Lucam Gauricum, quem & mensa adhibebat, consuluisse.

JULIUS III. A. D. 1550.

P Ag. 164. Igitur 6. Eid. Feb. III. vacantis sedis mense jam penè transacto præter omnium expectationem Pontifex renunciatur, & VIII. Kalend. Mart.

ab Innocentio Cibo susceptis insignibus inauguratur. Is soluti ad omnem licentiâ animi homo, statim adeptâ dignitat, qualis eset, omnibus manifestum fecit. Nam cum antiquæ consuetudinis sit, ut novus Pontifex galerum, cui velit, suum largiatur, eum juveni cuidam, cui Innocentii nomen, quique quod in familiâ Simiæ curam gereret, Simiæ etiam postad eptam dignitatem nomen retinuit, cognomine etiam suo atq; insignibus attributis donavit. Querentibus vero Cardinalibus, quod hominem indignum ad tantum fastigium evexit, non inurbanè respondit, & vos, quid tandem in me meritorum comperistis, quem Christianæ Reipub. Principem constitueretis?

Sub id tempus Julius III. intemperantiâ vitæ magis quam senio, effætus fato concessir, qui Johanne Baptista, Balduini fratris filio mortuo, uti diximus, cum nouita à Fabiano juniori Baptista fratre sollicitaretur totum se voluptatibus mancipaverat, parato ad delicias nobilio secessu structurâ & operibus antiquis admirando, in quo ferè reliquam vitam à negotiis vacuus cum amicis sui similibus inter ludos, aleæ, comedias, & quæ talia comitari amant, sacro fastigio indigna oblectamenta continuatis nocti diebus transegit, ac tandem IX. Kalend. April. deceperit.

Caput IV.

D SEDIS ROM. SCHISMATA.



Anætitatis Pontificiū Rom. specimen vidimus. Videntur jam sedis quæm secessum eius potior fuerit cōditio. Quæ turpiter falli possit sedes Rom. luculentum testimoniū perhibent schismata, quibus ipsa se, totumq; quod in ipsa fuit, orbem Christianū miserè laceravit. Eorū seriem h̄ic contexere nobis sufficiet. Quæ Panvinius omisit, nos aliunde supplevimus. Tam illius tamen, q; nostram seriem hic proponere visum est.

## SERIES Anni

Panvinii.	Nostra.	Christi.
I.	1.	252.
II.	2.	355.
III.	3.	366.
IV.	4.	419.
V.	5.	498.
VI.	6.	530.
VII.	7.	537.
	8.	586.
	9.	587.
VII.	10.	757.
VIII.	11.	767.
	12.	824.
	13.	855.
IX.	14.	891.
	15.	905.
X.	16.	964.
XI.	17.	985.
XII.	18.	995.
XIII.	19.	1012.
	20.	1045.
	21.	1045.
XIV.	22.	1058.
XV.	23.	1061.
XVI.	24.	1080.
	1086.	
	1088.	
	1099.	

Cornelius	Novatianus.
Liberius	Felix.
Damasus	Ursicinus.
Bonifacius	Eulalius.
Symmachus	Laurentius.
Bonifacius	Dioscorus.
Vigilius.	Sylverius.
Conon	Petrus.
Sergius	Theodosius.
Paulus	Paschalis.
Constantinus	Theodosius.
Eugenius	Theophylactus.
Benedictus	Philippus.
Formosus	Zinzimus.
Sergius.	Anastasius.
Leo	Sergius.
Johannes XII.	Christophorus.
Johannes XIV.	Leo VIII.
Gregorius V.	Benedictus V.
Benedictus VIII.	Bonifacius VI.
Benedictus IX.	Johannes XVII.
Sylvester III.	Gregorius VI.
Johannes XV.	Gregorius VI.
Benedictus X.	Nicolaus I.
Alexander II.	Honorius II.
Gregorius VII.	1080. Clemens III. an. 21.
Victor III.	1101. Albertus.
Urbanus II.	1102. Theodosius.
Paschalis II.	1102. Sylvester IV.

Vix tandem abdicante Sylvestro finitum hoc Schisma A. D. 1102.

cum durasset annos 42.

XVII.	25.	1118.	Gelasius II.	{ Gregorius VIII.
		1119.	Calistus II.	
XVIII.	26.	1124.	Honorius II.	Celestinus II.
XIX.	27.	1130.	Anacletus II.	Innocentius II.
XX.	28.	1159.	Victor IV.	Alexander III. his trib' Serpentibus devoratis evasit Draco abdicante Callisto A.D. 1175.
		1164.	Paschalis III.	
		1169.	Calixtus III.	
		1378.	Urbanus VI.	1378. Clemens VII.
		1389.	Bonifacius IX.	1394. Benedictus XIII.
		1404.	Innocentius VII.	1424. Clemens VIII paulè post
		1406.	Gregorius XII.	abdicavit, actum demum finitum
		1409.	Alexander V.	hoc Schisma, cum durasset annos
		1410.	Johannes XXIII.	46. Hi duo Clementes in Pontificum seriè non numerantur.
		1417.	Martinus V.	

## Caput V.

DE ROMÆ SANCTITATE  
VETERUM TESTIMONIA.

**S**I Romanæ Sedis Episcopi possunt errare, si toties & tam fœdè lapsi sunt, quidnil ab iis possit sedes ipsa, clerus, inquam, & populus Rom. ecclesia Romana? Romanæ quidem Ecclesiæ fidem laudat Paulus, ut orbis toto celebrem, sed iisdem elogiis ornat Thesalonicensem Ecclesiam: in posterum Thesalonicae nihil, Romæ nihil spondet, quin potius quasi Romani cleri fastum jam præagiens, cum ita comprimit Rom. 11. Dices: Defracti sunt rami, ut ego inserer. Rectè, per infidelitatem defracti sunt, tu vero fide stas, ne effertor animo, sed timeas. Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit, vide nisi tibi quoq; non parcat. Hac, inquis, Gentilibus omnibus dicuntur. Ad omnes certè pertinet hæc monitio, sed non de nihilo Romanis nominatim hæc dicuntur, ne quid in posterum sibi promissum prætexerent. Ex his verbis: ἐν ὅσιοις οὐταὶ καὶ ὑμῖν, Rom. 1. 6. quomodo Auctorum quoque 19, 21. δὲ μὲν γὰρ Πωλὸς ιδεῖν, quid colligat Chrysostomus, vide: σκόπος γάρ μοι ἡράκλειος, πῶς καὶ λακεῖας πάντας αὐτῷ αγαγόντες εἰσίν, ἢ Παύλος ψυχὴν. Ρωμαῖοι γὰρ Διοφλεγοῦσι. τοῦτος αὐτοῖς εἰσέπειρεν τοὺς ὀπικεμένους απόντας καὶ θρημάτους, εἰδὲν τοῦτον αὐτοῖς διδοσι ταῦν λαϊκῶν θεραῦν. εἰδὲν ἐπειδὴ ἔχει τοις γε ἴσασι σύνδον, γε τοῖς παθοματικοῖς Φοῖς παθέσιν αὐτοῖς ἔχει. αὐτὸς μαστέος φησι τοῖς θεοῖς πάσιν κηρύξθειν, έτσι καὶ ὑμῖν, μῆτρας Συντιμὴν τοῦ Θεούντων αὐτοῖς αριθμόν. Επίτε, εἰ μὴ τοῦτο ἰσχύεται δηλώσω, τοις τούτοις λέγοντος τοῖς εἰπεῖν εἰς οὐτοῖς γὰρ ὑμῖν. Ταῦτα γε ποιεῖ, καθαρῶν αὐτῶν τὸ Φρόνημα, καὶ κενῶν τὸ Φύσημα τοῦ Διοφλεγοῦσας, καὶ διδασκοντων αὐτοῖς τοὺς περὶ τὸν αἴρειν ικανούς. hoc est: Illud mihi confidera ut adulatio omnivacet anima Pauli. Cūm Romanis verba faciens in universa terra fastigio quodam constitutus, nibil tamen amplius illis tri-

A buit, quam reliquias gentibus. Et mox: Hac autem facit illorum fastum, dejiciens inanem mentis turgiditatem evacuans, eosq; docens equalitatem erga alios servare. Et in Rom. 11. 20. Homil. 19. Πάσιν αὐτῶν κατέστη τὸ φύσημα. Iterum ipsorum fastum contrahit, subiungens & dicens: Ne efferraris animo, sed timeas. Οὐκοῦ δὲ τὸ μὲν τὸ χάρετο τὸ ἀριθμόν τοῦ ηγετοῦ διαβάζειν τούτου.

Quin & Baronius A. D. 58. §. 54. Redarguit, inquit, Romanos Paulus facilitatis atq; superbia, quod, ut notat Hieronymus, in prefat. lib. 2. in epist. ad Rom. hac fuerint peculiaria Romanorum vitia, qua etiam Bernardus exprobrat ad Eugenium lib. 4. Quid sibi velit Baronius facilitatis nomine, non satis video. Sed unum superbiæ crimen Luciferum, Adamum, totum genus humanum cùm perdidit, quidni potuit etiam Sedem Rom. perdere, & ex vere Christianâ tandem Antichristianam efficere?

Baronius eam Sedem affirmat, non tantum inculpatè, sanctam, sed & sanctitatis tam indubitate, ut Ecclesia nulla, fidelis nullus pro sancto sit unquam habitus, nisi per communionem cum Ecclesiâ Rom. Hac, inquit, A.D. 45. §. 9. unâ tesserâ, hoc uno Symbolo, qui catholicî essent, quive hereticis semper innotescere coepérunt. Certè, quoties Sedes Romana suam cum aliis operam sociavit, ad hæreses oppugnandas, optimi quique Doctores, & eius potestati libenter faverunt, & communionem ejus

D magni fecerunt; at hoc perpetuum, hoc unum illis γένεσιν, Symbolum, hanc illis perpetuam unamque tesseram fuisse, quam catholicos ab hereticis discernerent, vide quam sit alienum à vero. De Victore, Zepherino, Cornelio, &c. nominatim egimus, nunc videamus, quid veteres in genete dicant de Sedis Rom. sanctitate. A. D. 90. B. Johannes in Apocalypsi Sedem Rom. sub typo Babylonis, ἐθαλίψ desribit. Tertullianus de corona militis A. D. 209. Novi pastores illorum, Romanorum, in pace leones, in prælio cervos.

Cyprianus, inquit Baronius A.D. 58. §. A  
50. ad Cornelium Papam scribens ep. 57. id quod  
Paulus ait: *fides vestra annuntiatur in univer-*  
*so mundo: existimat prophetice dictum esse.*

Nec Pauli, nec Cypriani mens hæc fuit:  
utriusque mens fuit, non spondere, quid  
in posterū esset eventurū, sed hortari Ro-  
manos ad fidei inculpatæ perpetuam &  
invariataam professionem. Quoties Epi-  
scopi Rom. majorum suorum pietatem  
sunt imitati, toties illis lubenter tribue-  
runt Patres, quod pridem usurpaverat  
Paulus. Hanc, inquit Cyprianus, laudem  
virtutis & roboris firmitatem jam tunc in spiri-  
tu prævidebat Paulus, & præconio futurorum  
merita vestra contestans, dum parentes laudat,  
filios provocabat. Rectè, provocabat Pau-  
lus, provocabat Cyprianus. Sed huic  
provocationi, quām securus sàpè responde-  
rint, ex ipso Cypriano jam suprà demon-  
stravimus.

Basilii de Sedis Romanæ sanctitate,  
quæ fuerit sententia, satis docent ejus  
quærimoniæ, quas recensuimus, cùm de  
Sedis ejusdem potestate verba faceremus.  
Hic extrema tantum ejus verba refere-  
mus ad Eusebiūm ep. 10. *Mibi subit illud*  
*Diomedis, Noli precari: nam nimis super-*  
*bus est. Revera enim superbiores mores si colantur,*  
*indies insolentiores fieri solent. Enimvero si no-*  
*bis propitius sit Dominus, quid opus habemus alio*  
*subsidio? Sin ira Dei perseveret, quodnam an-*  
*xilium nanciscemur ab Occidentali supercilie?*  
Hi verum nego, sciunt, nego, discere sustinent, sed  
falsis suspicionibus preoccupati nunc circiter A.  
D. 372. ea faciunt, quæ prius A. D. 347. in  
Marcello, contentiose adversus eos, qui veritatem  
illis nuntiant, heresim autem per se firmantes.  
Ego quidem sine communī sententia, hoc est,  
privatum volebam eorum coryphae, Damaso  
scribere, de rebus quidem ecclesiasticis nihil, nisi ut  
subinnuerem eos nego, scire rerum, quæ apud nos  
sunt, veritatem, nego, suscipere viam, quæ eam  
discant. In genere vero non esse afflictis insultan-  
dum, nec superbiam pro dignitate habendam, cùm  
vel hoc solum peccatum posit nos Deo exosos reddere.

Notum, inquis, est illud Hieronymi ad Da- p. 7. 125.  
masum. Ego nullum primum, nisi Christum,  
sequens Beatitudini tue, id est, Cathedra Petri  
communione consocior, super illam Petram edi-  
ficatam Ecclesiam esse scio.

Hunc locum passim inculcas, inculcat A.D. 372.  
Baronius, Rosweydis tabula V. Quod  
Hieronymus ait: *inde nunc animé mea postu-*  
*lo cibum, unde olim Christi vestimenta suscep-i.*  
Casaubonus de Presbyteratu intelligit,  
Rosweydis de baptismo. Utrumvis tu-  
mas, patet causa, cur homo Latinæ lingua, Romæ baptizatus, Romæ diu versatus,  
Romanus potius consulat, quam Carthaginem.  
At certè, si nullus est primus, multò  
magis nullus est Dominus, nisi Christus.

Quid autem intelligit Hieronymus per  
cathedram Petri? idem certè quod Christus per cathedral Mosis, διδόξαντι  
& sanam doctrinam, quam cùm à Da-  
maso propugnari crederet, dubitaret au-  
tem tam de Meletii, quam de Paulini fi-  
de, maluit Damaso, quam horum alterutri  
communione consociari. Ignorabat Hiero-  
nymus, quantumvis Euphrati propin-  
quus, statum Ecclesiarum trans Euphra-  
tem sitarum. Quantò magis illæ Dama-  
sam ignorabant? Nunquid has o-  
mnes æternæ salutis exortes esse, voluit  
Hieronymus? Cùm igitur addit: *Qui-*  
*cung, extra hanc domum agnum comederit, pro-*  
*fanus est,* διδόξαντι intelligit.

Verè sentis, inquis hoc ipsum affirmanti P. 132.

D Casaubono: *In Cathedra Romana fides ve-*  
*ra, nec extra eam esse potest. Non hæc fuit*  
Hieronymi mens, ut æternis flammis ad-  
diceret nationes omnes, quæ Romam  
ignorabant, quantumvis piè Christum  
colerent. Mens igitur illius est, ibi Petri  
cathedram esse, ubi reperitur Orthodo-  
xia. Cùm Liberius Ariensis favebat, pe-  
nes Athanasium, penes Hilarius erat Pe-  
tri cathedra, non penes Liberium. Cùm  
Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus,  
Basilius, alii multi, quovis Seculo, fastum  
cleri Rom. damnent, eidem quæ clero nul-  
lum

lum planè jus tribuat Scriptura, hinc lace  
clariss constat, totum illud jus, quod ob-  
tinet, per factum & fraudem usurpatum,  
non divinitus ipsi traditum, & ad iniqui-  
tatis, non ad pietatis mysterium pertine-  
re. Denique, quæsumus nunc, non quæ  
potestas, sed quæ sanctitas sit sedis Rom.

Cleri Romani sanctitatem, quanti fa-  
ceret Hieronymus, satis docet, cum nono  
tomo librum Didymi de Spiritu Sancto  
Latinitate donans Paulinianum ita compellat: Cùm in Babylone versarer, & purpura-  
te mereitic essem colonus, & jure Quiritium vi-  
verem, volui garrire aliquid de Spiritu sancto, &  
ceptum opusculum eiusdem urbis Pontifici dedi-  
care: Et ecce illa, que in Hieremia post baculum  
cernitur, à facie Aquilonis, caput ardere, & pha-  
risorum concilantum. Senatus, & nullus  
scriba vel fūctus, sed omnis quasi indicto fibi prælio  
doctrinarum adversum me imperitia factio con-  
juravit. Illico ego velut postlimino Hierosoly-  
mam sum reversus, videlicet A.D. 385. cùm  
illa priora, non cleri Romani, sed Damasi,  
quem colebat, elogia scriberet A.D. 372.

Vita si qua in clero sunt, ea Pontifici Rom.  
jus suum non detrahunt,

Cùm Valentiniano I. successissent duo  
filii, Valentinianus II. & Gratianus A.D.  
375. cùm Gothorum incursus, & Valentis  
ab ipsis occisi cædes imperio Romano  
multum terroris intulisset A.D. 378. Gra-  
tianus è Rep. futurum censuit, si consor-  
tem imperii Theodosium assumeret, quæ  
jam Valentinianus I. generum elegerat.  
Factum id A.D. 379. Is pridem quidem  
imbutus orthodoxa fide, nondum tamen  
baptizatus erat. Continuò post baptis-  
tum ab Ascholio Thessalonicensi suscep-  
tum pro more tum suo, tum collegarum  
nomine promulgavit hoc edictum. Gra-  
tianus erat tantum annorum XXI. Va-  
lentinianus annorum XIV. Cunctos, in-  
quit A.D. 380. populos, quos Clementia nostra  
regit temperamentum, in talivolumus religione  
versari, quam divinum Petrum Apostolum tra-  
disse Romanis religio usq; nunc ab ipso insinua-

A ta declarat, quamq; Pontificem Damasum sequi  
claret, & Petrum Alexandria Episcopum Apo-  
stolicæ Sanctitatis, ut secundum Apostolicam disci-  
plinam Evangelicamq; doctrinam Patris & Filii  
& S.S. unam Deitatem sub parili majestate. &  
sub pia Trinitate credamus. Piam vocat, hoc  
est, misericordem, benignam, quo modo  
passim Imperatoribus cum pietas tribue-  
batur, benignitas potissimum designaba-  
tur: Sequitur: Hanc legem sequentes Chri-  
stianorum Catholicorum nomen jubemus am-  
plicet. Hic est essentialis, tum Catholicis-  
imi, tum Christianismi character, & æternus,  
vera scilicet in Deum unum ac tri-  
num fides. Non vetaret autem Theodo-  
sius, ne Catholici dicerentur Ariani, nisi  
vidisset eos hoc titulo superbientes, nec  
potest Ecclesiæ veræ, verae fidei titulus esse  
character, quem dare, quem eripere po-  
test homo mortalis.

Quod additur de communione cum  
Damaso, id Damaso quidem est illustre,  
sed accidentale, temporale & personale,  
quod ex Petro patet Athanasii successore,  
cui Theodosius in hoc edicto non minus,  
imò plus quam Damaso tribuit. Patet id  
imprimis ex edicto, quod anno sequentे  
promulgavit, in quo multorum Episco-  
porum fit mentio, Damasi nulla Episcopus,  
inquit, tradi omnes Ecclesias mox jubemus,  
qui unius maiestatis atq; virtutis Patrem & Fi-  
lium & S.S. confitentur, eiusdem gloria, charita-  
tis unius, nihil dissonum profana divisione facien-  
tes, sed Trinitatis ordinem, personarum adsertio-  
nem & divinitatis unitatem, quos constabit com-  
munione Nectarii Episcopi Constantinopolitane  
Ecclesie, Timothei, nec non intra Egyptum Ale-  
xandrinae urbis Episcopo esse sociatos, quos etiam  
constabit in Orientis partibus Pelagio Episcopo  
Laodicensi, &c. Hinc colligis, tam esse per-  
sonalia, quæ Damasi, quam quæ Nectarii  
Timotheive communioni tribuantur.  
Idem fentiendum de verbis illis Ambro-  
si, de fratre suo Satyro, scribentis: Advo-  
cavit, inquit, ad se Episcopum, nec ullam veram  
putavit, nisi vera fidei gratiam, percontatusq; est

*Ex eo, utrum cum Episcopis, Catholicis, hoc est, cum Romanâ Ecclesiâ sentiret. Quid si voces hæc, hoc est, cum Romanâ Ecclesiâ sint adjectiæ? Demus tamen ita locutum Ambrosium. Romanam Ecclesiam tum multis aliis puriorem, videbat Satyrus, Ambrosii frater: ideo ejus, quæm aliarum multarum, communionem pluris faciebat.*

Generosus Donatista, cùm suorum Episcoporum seriem cum ostentatione recensuisset, huic Augustinus ep. 165. Si ordinatio episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius & verè salubriter ab ipso Petro numeramus? Tum enarratis Romanæ Sedis Episcopis. In hoc, inquit, ordine nullus Donatista Episcopus inventitur: Sed ex transverso ex Africa ordinatum miserunt, qui paucis presidens Afris in urbe Roma Montensem vel Cuzupitarum vocabulum propagavit. q.d. Quos habetis Romæ vestræ partis Episcopos, ii non sunt à clero Romano electi, sed à vobis ex Africa missi, subornati. Hæc sanè non parum valebant ad retundendam Donatistarum jactantiam. Ad asserendam Sedis Rom. sanctitatem infallibilem non valent, nec ad asserendam communionis cum Ecclesia Rom. necessitatem. Quin potius utring; satis negarunt Afri, cùm suæ communionis expertes esse jusserunt eos omnes, qui voluerint ad transmarina judicia provocare.

Sedis Romanæ, quantus adulator fuerit Pelagius, colliges ex eius epistolis, quas habes apud Baronium A.D. 417. Bellarminus autem de amissione gratia l. 4. c. 2. Autorem, inquit, commentariorum brevium in omnes epistolæ Pauli, quæ falso tribuuntur S. Hieronymo, fuisse Pelagium aut Pelagianum aliquem, extra controversiam est. Igitur temere gloriatur Baronius A.D. 58. §. 48. Pelagii falsum Hieronymi nomen preferentis testimonio, dicentisque: *Vbi aliquando tanto studio & frequentia ad Ecclesiæ & ad Martyrum sepulchra concurritur? Vbi sic ad similitudinem cœlestis tonitruï reboat Amen, & vacua idolorum templo quauntur? Non quod altam fidem ha-*

A beant Romani, nisi quam omnes Christi Ecclesia; sed quod devotione in eis major est, & simplicitas ad credendum. Quam devotionem vocat Pelagius, hanc nos meritò superstitionem vocare possumus, cuius obstetricem jam quarto, quintoq; seculo fuisse Romam, ac reliquis exemplo suo prævisse, lubens assentior.

Fides Catholica, inquit Baronius A.D. 58.

§. 49. Romana pariter dicebatur. Docet id imprimis testimonium Theodosii junioris Imp. sic scribentis a. d. Acacium Episcopum Beroensem: *Vos probatos Romana religionis sacerdotes esse, manifesto arguento declarate.*

Nihil mirum, si Theodosius Imperator Romanus cùm esset, tam impietatem & hæresim, quæm improbitatem, aut quamvis aliam impuritatem homine, nomineque Romano indignam pronuntiet, ac eos demum pro verè Romanis habeat, qui suo munere ritè funguntur in quovis ordine; sed hæc pertinent ad urbis, non ad

C sedis Rom. dignitatem; quatenus urbs à sede, populus à clero distinguitur.

Cùm Arianismum Gothi fauissent amplexi, Orthodoxos vocabant Romanos respicientes, non tantum quid Episcopus Rom. sed quid reliqui Romani imperii sentirent Episcopi. Huc spectat, quod apud Victorem de persecutione Vandalicæ lib. 2. Jocundus Ariyanus Theodorico Gotthorum Regi scribit: *Si gladio peremeris, incipient Romani martyrem predicare.*

Tum Episcopos Romanos instituebant & destituebant Gotthi. Igitur Romanorum nomine quosvis alios potius quæm Episcopos Rom. intelligit. Eodem pertinent, quæ Baronius ibidem citat ex Gregorio Turonensi de gloria martyrum, cap. 25. 30. & 79. quibus locis Ariani Gotthi diversa sentientes vocant Romanos, non honoris, sed gentis nomen hoc vocabulo designantes. Alioqui tam confidenter Catholicos se dicebant, quæm eos Romanii dicebant hæreticos. Salvianus Massiliensis de Dei gubernatione lib. 5. Apud nos, p. 110. inquit,

P 192. inquit, heretici sunt, apud se non sunt. Nam in tantum se catholicos esse iudicant, ut nos ipsos heretica appellationis titulo infamerent. Quod ergo illi nobis sunt, hoc & nos illis. Nos eos injuriam divina generatione facere certi sumus, quod minorem Patre Filium dicant. Illi nos iniuriosos Patri existimant, quia aequales esse credamus.

Omnis autem hi sunt Vandali, vel Goths. Nam de Romanis hereticis, quorum innumera est multitudo, nihil decimus, quia & infidelitate Romanis sunt deteriores, & foeditate vita barbaris turpiores. p. 197. Vitoſitas & impuritas, quasi germanitas quedam est Romanorum hominum, & quasi mens atq; natura, quia ibi precipue vicia, ubiunq; Romani. Sed gravis forsitan est hec & iniqua congettio: gravis profecto, si falsa. lib. 7. p. 237. Putamus nos salvos esse posse, quando omne impuritatum scelus, omnis impudicitia turpitudo à Romanis admittitur, & à barbaris vindicatur? Hę quætimonię non solam sanę Romanam, sed & Romanam tangunt, immo Romanam potissimum, Italiam & Galliam culpant.

Cujuslibet, inquit l. 6. p. 201. civitatis insula Ravennam aut Romanam venerint, pars sunt Romane plebis in circō, pars sunt populi Ravennatis in theatro.

Circi theatricę turpitudines aboleverat alibi, si non disciplina sanctitas, certè provinciarum egestas. Ut sit, Romæ saltem & Ravennæ regnabat adhuc hæc abominatio post A. D. 440. Factum id invito clero Romano cum demum cedemus, cum probatum fuerit, vel unum Episcopum Rom. saltem, semel tantum nefas detestatum à Constantini temporibus, ad A. D. 440. circa quem scripsit Salvianus. De tanto crimine vide plura sequenti capite.

Gregorius I. circa sexcentesimum annum Christi lib. 4. ep. 44. laudatus à Gratiiano D. 92. can. 3. In sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibile exorta, &c. Et consuetudinem hanc sustulit vel auferre conatus est Gregorius. Sed quod maculari non potest, emaculatione

A non indiget. Quam multæ verò consuetudines aliæ sunt sedis Roman. quibus aptari potest Gregorianum istud elo-gium?

Fasciculus temporum ad annum Christi 867. Charitas refrigeruit valde circa ista tempora in omni statu, & iniquitas plus solito cepit abundare, jam enim gladius & hereses magna ex parte cessarant, sed ambitio & avaritia & cetera vicia frana laxantes amplius, quam illa heresum persecutiones Christianam fidem persequabantur. Hoc ipsum innuere voluit Carolus Sagonius, cum ad A.D. 1047. libr. VIII. sic ait: Ecclesia Dei graviter jam propè per ducentos annos agrotans, & multa & ea valida remedia quæsivit. Ita Sagonius gravem istum Ecclesiæ morbum ab A. D. 850. vel circiter inchoat. Genebrardus. A Iohanne VIII. ad Leonem IX. hoc est, ab A.D. 882 ad A.D. 1055. quinquaginta circa Papæ planè degenerarunt apotacticī, apostatici, potius quam Apostolici. Qui Leonem IX. secuti sunt

C Pontifices post A. D. 855. Genebrardo vindicentur minus degeneres, quia fuerunt audacieores, potentiores, &c. si non castiores, saltem cauiores.

Fasciculus temporum ad A. D. 885. Heu! heu! Domine Deus, quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, qualia contigisse circa hac tempora, etiam in Sancta Sede Apostolica, quam hic usq; tanto zelo custodisti, legitimus scandala? Quales contentiones scilicet emulationes, sectæ, invidia, ambitiones, intrusiones, persecutio[n]es! O tempus pessimum, in quo defecit sanctus, & divinita sunt veritates à filii hominum! Nesciebat hic author quam multæ, quam impuræ sordes sedem Rom. etiam octo prioribus seculis infecissent; sed sciebat nonum certè seculum impurissimum fuisse, & hanc impuritatem ad sequentia secula propagatam. Platina in Formoso: Nescio quo fato accidisse dicam, ut cum industria Imperatorum simul etiam Pontificum virtus & integritas defecerit.

A

BENEDICTUS IV. A. 900.

**P**Latina: *Vbi cum ipsis opibus lascivire cepit Ecclesia Dei, versus eius cultoribus a severitate ad lasciviam, peperit nobis tanta licetia peccandi, nullo principe flagitia hominum tum coercente, haec monstra, hac portenta, à quibus ambitione & largitione sanctissima Petri sedes occupata est, potiusq; possessa.* Baronius A. D. 900. §. I. *Norum inchoatur seculum, quod sui asperitate ac boni sterilitate ferreum, maliq; exundantis deformitate plumbeum, atq; inopia scriptorum appellari consuevit obscurum.*

CHRISTOPHORUS A. 905.

**P**Latina: *Is sedem occupat, Leone famulari suo in vincula concesso, quod quidem fieri non sine magna seditione & multorum interitu potuit. Septimo mense dignitate, ac merito quidem, ejectus, monasticam vitam, unicum calamitosorum refugium, obire cogitur, &c.* Pontifices, qui ante suèrè, tanquam monstra quadam, è medio Deus brevi sustulit. Falsie tempor. *Isti octo Pontifices (proximè præcedentes) brevi tempore federunt. Nescio aliquid de his notabile dicere, quod non nisi scandalosa de his reperi, propter inauditam in sede Apostolica contentionem: unus contra alium, & simul inter se mutuo.*

SERGIUS III. A. 906.

**P**Latina: *Christophorum è monasterio tractum in vincula concescit, & arctiore custodiâ revinxit, & Formosi acta ita improbabavit, ut denuò ad sacros ordines eos admittere necesse fuerit, quos Formosus antea sacerdotali ordine diagnos censuerat.* *Neq; hanc quidem ignominiam mortuo intulisse contentus, eius cadaver è sepulchro tractum, ac si viveret capitali supplicio afficit, corpusq; ipsum in Tyberim proicit, tanquam sepulturâ & honore humano indignum.*

*Vide, queso, quantum illi degeneraverint à majoribus suis.*

LANDO A. D. 912.

**B**Aronius A. D. 912. §. 8. *Que tunc sa- cies sancta Ecclesia Romana? quam fœdi- ma, cùm dominaretur Roma potentissima aquæ ac fœdissima meretrices? quarum arbitrio mu- tarentur sedes, darentur Episcopi, & quod dictu horrendum & infandum est, intruderentur in sedem Petri earum amasii Pseudopontifices, qui non nisi ad confignanda tanta tempora in cata- logo Romanorum Pontificum scripti.* Arnul- phus Aurelianensis apud Baronium A. D. 992. §. 8. *O lugenda Roma! que nostris ma- joribus clarorū Patrum lumina præbuiſti, nostris temporibus monstruosas tenebras, ac futuro saculo famosas ostendisti!*

**C**A. D. 1152. S. Bernardus Eugenium III. cùm familiariter nosset & amaret, eum subinde laudat, ut laudabilem reddat; sed sedis Rom. vitia tantò liberius describit quinque libris de consideratione. Is ergo

**C**Lugdunensis editionis A. D. 1515. lib. 1. fol. 64. *Longius, inquit, à salute absitit mem- brum, quod obstupuit, & agrum sese non sentiens, periculosis laborat. Absit autem, ut de te id su- spicer. Dies diei eructat lites, & nox nocti indi- cat malitiam.* fol. 65. *Tempora periculosa non instant jam, sed extant.* lib. 3. fol. 69. *Omis- seram sponsam talibus creditam paronymphis, qui assignata cultui eius proprio retinere questui non verentur. Non amicis profectò sponsi, sed amuli sunt.* lib. 4. fol. 70. *Pauci ad os legislatoris, ad*

**D**manus omnes respiciunt. *Omine papale negotium illa agunt. Quem dabis mihi de tota maxima urbe, qui te in Papam receperit, precio, seu spe pre- ciū non intervenient?* Subesse non sustinent, pra- esse non norunt, blandissimi adulatores, morda- cissimi detractores. *Demonum magis quam o- rium pascua hæc.*

*Ipse Baronius A.D. 58. 54. Bernat' um laudat hæc lib. 4. dicentem: Populus Ro- manus est. Nec brevius potui, nec expressius ta- men aperire de tuis paræcianis, quod sentio. Quid tam notum seculis, quam protervia & fastus Ro- manorum: Gens insueta paci, tumultui assueta, gens*

gens immitis & intractabilis, & usq; adhuc subdi nescia, nisi cum non valet resistere.

Fr. Petrarcha A. D. 1344. *Vna nobis in tantus terroribus spes salutis tale nusquam esse portentum, hoc est, comparandum Johanni XXII. Sed deceptum Petrarcham ac deteriores Johanne XXII. Pontifices noctum, docent sequentes eius literæ sine titulo, quarum hæc est prima. Avenione tum erat curiæ Pontificiæ maxima pars, eoque duas Babylones cum describit, Orientalem vocat Romam, Avenionem Occidentalem ep. 2. O verè Durentia, du rities gentium, ô Rhodanus rodens omnia. ep. 5. Nunc me Gallicus orbis habet, & Occidentalibus Babylon, qua nihil informius Sol videt, & ferox Rhodanus astuanti Cocyto, vel tartareo simillimus Acheronti. ep. 6. Sentio, redit ab inferis Julianus, eaq; funestior, quod novum nomen as sumpsit, animum servat antiquum, & hostile propositum amicitie velo tegit, signa nostra se quentes prodinur, nostriq; ducis auspiciis imus in perniciem, & nisi se Christus iterum vindicet, a ctum est. ep. 11. Incredibilis quadam muliebrium criminum procella, pudicitiaq; scelissimū, sine exceptione, naufragium. Ab annis teneris dis scat, hoc infandum specus, hunc vere tartareum carcerem horrere. ep. 12. Væ populo tuo, Christe, patere nos, misericordiarum fons, nostras te eum stelle miserias. ep. 13. Illa olim arx divini cultus eximia immanium spelunca latronum fa cta est. ep. 14. Quis usquam vero locus, ubi omnia mendacis plena sunt? aer, terra, &c. Ne quando tibi posthac in cor veniat illuc ire, unde D nemo unquam exemplo melior factus, pessimi autem innumerabiles rediere. ep. 15. cuncta visco atq; uncis & laqueis plena sunt. ep. 16. O si noſſes, &c. obſcenissimam sentinam flagitorum omnium ſponſe deſereret, & illos meracifimo ſanguine impinguatos, & in Dominum calcitrantes, non hominum, ſed voluptatum & pecunia pifcatores. ep. 17. pag. 803. Euphratem Rhodanus vincer. Quidquid usquam perfidie & doli, quidquid inclemencia superbiaq;, quidquid impudicitia effrenataq; libidinis audisti aut le gisti, quidquid deniq; impietatis & morum peſi-*

A morum ſparſim habet, aut habuit orbis terra, totum iſtic cumulatim videoas, acervatimq; reperias. Si Christum colis, quod ſemper religioſiſſime feciſti, conſpecta hostium eius impetas magnum pietati & fidei tue calcar ad iiceret. Vides enim populum, non modo Christi adverſarium, ſed quod est gravius, ſub Christi vexillo rebellantem Christo, militantem Satana & Christi ſanguine tumidum. pag. 805. ad extrema dedecorum atq; nequitia prolapsa reſeſt, ex quo ſancta & potens iunc Romana, nunc Avenionensis Eccle ſia tangit vertice sydera. pag. 806. Duo Cle menti nostri, hoc eſt, Galli V. & VI. plus attriverunt eccleſiam paucis annis, quam ſeptene Gregorii regni. Itali multis ſeculis restauratione poſſent. ep. 18. Illa te Babylon traxit, ubi bonum omne perditur. Vbi resurrectio carnis & mundi finis, & Christus ad iudicium venturus, inter nicias habentur. Veritas ibi dementia eſt. p. 807. Bonorum hostis, malorum hoſpes, atq; aſylum peſimarum rerum Babylon feru Rhodani ripis imposta, famosa dicam an infamis meretrix cum regibus terre fornicata. Illa equidem ipſa eſt, quam in ſpiritu ſacer vidit Evangelista. ep. 19. celeſtis agni ſanguine saginati calcitrant ac re bellant. Videbis liberos lupos, agnos in vinculis, Christum exulem, Antichristum Dominum, Belzebub judicem. De Roma paucula hac eiusdem ſufficient.

*Fontana di dolore, albergo d'ira,  
Schola d'errori, e tempio d'heresia  
Gia Roma, hor Babyloniasa e ria.*

### Caput VI.

#### SANCTITATIS DOCTRINÆ PON TIFICIAE SPECIMEN.

 Idimus quam multa dixerint, ſcriperint, fecerint Pontifices Rom. cum sanctitate, quam ſibi tribuunt, pugnantia; quid celeberrimi quique doctores de Romæ sanctitate ſenserint. Nunc videre juvat ſpecimen aliquod sanctitatis doctrinæ, quæ non

poteſt nominatim huic aut illi Pontifici tribui, ſed quæ jure merito tribui poteſt Sedi Romanæ. Igitur cauſa XII. Quæſt. 1. §. 2. ſic ſcribens inducit Clemens Epift. 4. Dilectissimus fratribus & condiscipulis Hierosolymis, cum dilectissimo fratre Iacobo Coepiſcopo habitantibus, Clemens Epifcopus: Communis vita, fratres, omnibus neceſſaria eſt, & ma- xime hiſ, qui Deo irreprehenſibiliter militare cu- piunt, & vitam Apoſtolorum, eorumq; diſcipula- rū imitari volunt. Communis enim uſus omniū, quaſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit; ſed per iniuitatem aliud hoc ſuum eſſe di- xit, & aliud illud, & ſic inter mortales facta di- viſio eſt. Deniq; Græcorum quidam ſapientiſſi- mus hec ita ſciens eſſe, ait: Communia debere eſſe amicorum omnia. In omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuget. Videlicet fuit hæc So- cratis, Platonis, Catonis Philoſophia: Vi- cit tamen Socrates, inquit Salvianus l. 7. qui de hac re & libros condidit, & memoria hac pu- denda mandavit. Plus habet unde gloriari pra- ceptis ſuis poſſit. Quantum ad doctrinam ſuam per- tinet, lupanar fecit mundo. Quantò justius idem exprobrare poſſumus Sedi Romanæ? Cæterum pro mundo videtur lege- dum mundum, hoc eſt, fecit ut totus orbis unum eſſet lupanar. Quis, cùm in jure canonico, quo Romana fedes utitur, hæc legerit, ſuccenſere nobis poterit vocanti- bus Romam adulteram? Quisquam ne studio partium ita dementatus eſſe po- terit, ut non videat hunc eſſe partum adul- terinum, ex Platonicorum, Gnoſticorum que lacunis ortum, propugnandis adul- teriis natum? Sixtus Fabri, cui Gregorius XIII. recognoscendum dedit jus cano- nicum, non ausus eſt eradere preclarum hoc lemma: In omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuget. Sed verba hæc, inquit, abſunt in originali, in reſentioribus conciliorum editioni- bus, imprefſo, & duobus ipſius manuſcriptis codice- bus, uno Vaticano, altero Bibliotheca S. Marci Florentie, & ab Anſelmo. Nihil mirum, ſi Anſelmi Cantuariensem Archiepiſco- pum puduerit tantæ ſpurcitiæ, ut hæc ver-

A ba non alibi, quam ſub iphis libidinum ti- tulis ſcribenda expungeret ipſe, & poſt eum quidam alii. Sed ſeries orationis evi- denter docet, hæc verba eſſe non adſcrita, ſed ab illo ipſo ſcripta, qui Clementem mentitur. Utut ſit, dignum erat elogium hoc, quod omnibus ſui juris Canonici ex- emplaribus inſcriberet ſedes Romana, ne quis dubitaret de ea agi, Apoc. 17.

Statim initio Decreti proponuntur ca- nones pœnitentiales, quorum primus B prieſbytero, ſi fornicationem fecerit, indi- cit annorum decem pœnitentiam: duo- decesimus annorum duodecim ei, qui prieſbyterum occiderit, & tamen decimus septennii tantum pœnitentiam injungit ei, qui cum brutis coierit, aut incestum commiferit, & tricesimus ei, qui Deum publicè blaſphemaverit, quinquaginta dierum pœnitentiam, & triginta ſolido- rum mulctam, ſi dives fuerit.

D. 17. c. Nec licuit laudatur Gregorius, C dicens: clericum contumacem per fecu- latem opprimendum potestatem. In eum canonem Glosſa: Poſſunt, inquit, laici coer- cere clericos etiam non depositos, ut no. XXIIIL q. V. principes. Alias autem etiam depositum non poſt laicus punire, niſi incorrigibilis fit, ut extra- de judi. cùm non ab homine. Nunquam enim clericus, quantumcum, fit criminofus, tradendus eſt curie ſeculari, dummodo poſſit corrigi per ec- cleſiaſticam potestatem. Ut 81. diſt. dictum. ex- tra. de judi. At ſi clerici, niſi in crime falso li- terarum Apostolicarum.

Ita ſi literas regias crime falso tem- terant clerici, ſi conjurarent in regis caput & regni perniciem, aut quidvis aliud quantumvis horrendum ſcelus perpetrarent, dummodo meliora in posterum pol- liceantur, non licebit magistratui in eos animadvertere.

D. 35. c. ab exordio laudatur Hieronymus dicens: Poſtquam Christus venit in plenitudi- ne temporum, nec repudium nobis dare permit- tur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes di- cente Apoſtolo: Bonum eſt vinum non bibere, &

carnes non comedere. At nec Apostolus simpliciter id bonum esse dicit, nec inde sequitur malum esse vinum bibere, carnes comedere, tam id hodie veritum esse, quam circumcidere filios, aut uxores repudiare. Errorem Hieronymi, dum decretis suis inserit, sedes Rom. facit sūm.

D. 73. c. in nomine, cùm veteres suas formatas, οὐσιῶν &c., commendatias literas ita finirent, & inchoarent ēv ὀνόματi π. u. α. π. h. e. ταργδs, i. e. ἀγράς τηλεμάχοις. Gratianus interpretatur in nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti & Petri, quasi Petrus ipso Trinitati sit æquandus, aut interpretationum istud admittant voces Græcæ, quod figmentum etiam Baronio placet.

Cùm Sedes Rom. sit omnium maximæ, fœdissimaque nundinatrix, tamen D. 88. c. ejiciens laudat Gratianus Pseudo-Chryostomū in Matth. 21. c. hom. 38. dicentem: *ejiciens Dominus rendentes & ementes de templo significavit, quia mercator nunquam potest Deo placere, & ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, proscriptiatur de ecclesia.* Mercator sine perjurio & mendacio esse non potest. Puduit aliquem huius falsitatis, eo que præfixit Palea. Sed quantum consultius paleam hanc eliminasset canonistæ, quām suis decretis inserviissent?

Cresconianæ collectionis §. 178. sic legimus: *Quod clericis non liceat pænitentiam agere, & quod post pænitentiam nullus posset ad clericum admitti ex decreto. PP. Siricij tit. 14. ex decreto. PP. Innocentij tit. 34.*

At qui vel Ethnicus nos doceat, quām iniqua sit prior huius canonis pars, cùm ait:

*Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.*

Ibidem §. 287. *Quod pænitenti nulla latra negotiationis exercere conveniat ex decreto. PP. Leonij tit. 23. & §. 288. quod ad militiam secularem post pænitentiam redire non debeat ex decreto eiusdem tit. 24.* Ibidem §. 344. *Vt prater Pascha & Pentecosten baptismū non cele-*

A bretur ex decreto. PP. Siricij tit. 2. ex decreto. PP. Leonij tit. 7. 8. 9. 10. 11. 12. ex decreto. PP. Gelasij tit. 10.

Roma lupanaria publicè fovet, tamen in speciem laudat patres adversus Scorta declamantes D. 34. & c. 32. q. 4. Sed vide quām licenter has patrum sententiae eludat. D. 34. c. *Vidua*, laudatur Hieronymus, dicens: *Meretrix est, quæ multorum libidini patet.* In hunc canonem Glossa typis edita Parisiis A.D. 1521. quæ multorum, inquit, hoc est, quæ admiserit plures quam XXIII. naillia hominum, ut 45. d. q. disciplina, vel quæ admisit XL. ut extra. de cler. excom. c. latores.

Rubrica Gratiani D. 34. c. 4. sic habet: *Qui non habet uxorem, illius loco debet habere concubinam.* Sic habet editio Parisiensis A.D. 1521. Demus typographi mendum esse, legendumque potest pro debet. Tamen turpis esse non desinet hic canon.

Dixeris non esse Pontificis cujusquam C hæc verba. Sed cùm sint verba Decreti, quod à tot Pontificibus cum suis glossis est comprobatum, quo Pontificum Rota, Scholæ, Canonistæ tanquam authentico canonici juris instrumento utuntur, sordes istas suas esse negare non potest sedes Romana. Eadem jure merito possunt imputari sordes, quas celeberrimi Papatus Doctores cum aliquot aliorum Doctorum approbatione tuentes, ut, quod Fr. Toletus Cardinalis & Jesuita quatuor

D Doctorum suffragiis instructus, docet de Sacerdotum instructione lib. 5. c. 13. si quis desideret deliberatè habere pollutionem ob delectationem carnalem, mortaliter peccat. Dixit autem ob delectationem. Nam si quis desideraret ob finem bonum, scilicet sanitatem, vel ad levandas carnis tentationes, quibus interdiu affligitur, non esset peccatum secundum Navarrum cap. 16. §. 6. His pollutionibus complacere ob sanitatem, vel, ut tentationes carnales non sint ita vehementes, non est peccatum, ut habet Navarrus.

*Confessarius, si forte, dum audit confessiones,*

in tales incidit pollutiones, non ob id tenetur non audire alios, nisi sit periculum complacentia in pollutione, tunc enim tenetur relinquere confessiones, & auferre peccati occasionem, secus, non. Hi sunt fructus tyrannidis, quam invexit papatus, tum in exigenda delictorum arcanaorum confessione, tum in exigendo à tot myriadibus hominum perpetuò consilabatur, in quā tamen tyrannide tantoperè sibi placent, ut disertè contendant minus peccare clericum, qui plures concubinas, quām qui conjugem unam habet: & hanc esse totius Sedis Romanæ sententiam, docet continua multorum seculorum praxis.

Ioh. Mariana, Jesuita, Principem à virtutis gravibus, hoc est, fibulatis Patribus tyrannidis insimulatum ferro, veneno, quilibet vi tollere jus fasque esse contendit. Parricidiale hanc doctrinam decreto publico damnavit Senatus Pariensis A. D. 1610. Sed ut à Jesuitatum saltem in Gallia viventium societate, aliquo've collegio damnaretur, obtinere non potuit; ut non dubites, hanc esse sententiam, non unius Marianæ, sed totius societatis, in Papæ gratiam, Regum Papæ displicentium, parricidia propugnantis. Idem cùm multis invehatur in spectaculorum licentiam, & taurorum agitationem, luponarium quidem turpitudinem improbari sibi contestatur de spectaculis c. 16. Sed ita, ut ea mox addat, quæ luponarium tolerantiam foveant potius quām evertant. Subit, inquit, animum admirari à Patribus, qui tam multa adversus spectacula dixerunt, paucissima dicta esse adversus luponaria. Sed nimis majus exitium imminere à spectaculis existimabant, quoniam ad ea omnis etas, conditio, sexus concurrebat; ad luponaria infima plebs, cuius ex virtute negl laus magna ex intemperantia praeter animas haud magna jactura existit, pueri nobiles, virgines, senes si corrumpantur, magna calamitate involvatur Resp. necesse est. Deinde luponaria ob notam turpitudinem nulli fautores habebant, spectaculis multi patrocinabantur.

A Mirabar etiam, nullis conciliis luponarium turpitudinem fuisse supplicio sanctitatem. Sed nimis Patres, quæ tempore induruerant, movere ausi non sunt, præsternim anticipati sententia, & semper, ut arbitror, nonnulli defendantibus cautionis specie.

Vide, quām parva tibi constes, Maria- na. Si nonnullos semper luponaria cautionis specie defendisse putas, quā potest verum esse, quod a ebas, luponarium ob notam turpitudinem nulli fautores existebant. Vis te, cur

B spectacula toties damnerit Patres? Audi Salvianum de gubernat. D e i lib. 6. pag. 182. Nihil, inquit, fermè vel criminum, vel flagitorum est, quod in spectaculis non sit, ubi summum deliciarum genus est, mori homines, aut quod est morte gravissimum, acerbiusq; lacerari, expleri ferarum alios humanis carnibus, comedи homines cum circumstantium latitia, conscientium voluptate, hoc est: non minus penè hominum aspectibus, quām bestiarum dentibus devorari. Atq; ut hoc fiat, orbis impendium

C est. Ut devorari possint à feris viscera hominum, non licet naturam rerum aliquid habere secretum. pag. 185. In theatris & concupiscentiis animus, & auditu aures, & aspectu oculi polluantur. Que quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut explicare ea quispiam atq; eloqui salvo pudore non valeat. Sole theatrum impuritatem sunt, qua honestè non possunt vel accusari. pag. 187. In illis imaginibus fornicationum omnis omnino plebs animo fornicatur. Photii neipho tit. 13. cap. 18. pag. 153. ai σκηναι καὶ οὐδωνοις ὡς τὸν δρόσοντες τῆς πρέσβειας, &c. unde liquet scenicas fuisse totidem meretrices.

Præterea totus hic apparatus erat Gentilitiae superstitionis appendix. Itaque p. 193. In spectaculis, inquit, est quedam apostasia fidei, & à Symbolis illius & caelestibus Sacramentis lethalis prævaricatio. Quamobrem in baptismo dilectè jubebantur his, ut dæmoniorum sacrificiis, renuntiare. Abrenuntio, inquis, diabolo, pompis, spectaculis & operibus eius. Quamobrem Constantinus Beryti, cùm esset A. D. 326. legem

gem hanc tulit, quam Justinianus infestens codici suo lib. XI. tit. XLVII. testatur, eam sibi probari: *Cruenta spectacula in otio civili & domestica quiete non placent. Quapropter omnino gladiatores esse prohibemus.* Monuerat fortè Constantimum Episcopus Beryti, quām indigna nomine Christiano esset hæc immanitas, mox legem suam irritam fieri passus est. Sic & Telemachus quidam monachus apud Theodoretum & Nicephorum Honorium eò compulit, ut Monomachos abolendos curarit, qui tamen mox restituti sunt. Arcadius & Honorius Impp. A. D. 396. C. de Majuma. Clementia nostra placuit, ut Maium provincialibus letitia redatur, ita tamen, ut servetur honestas, & reverentia castis moribus persevereret. Sed ex Salviano liquet posteriorem huius legis partem nullo modo fuisse servatam. Quin & Justinianus I. insérendo codici suo l. 11. T. 4. confirmavit Diocletiani legem, dicentis: *Cum præsidem provincia impensis, qua in certaminis editione erogabantur, ad refectionem murorum translatisse dicas, & quod salubriter derivatum est, non revocabitur, & solenne certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam iuxta veteris consuetudinis legem celebrabitur.* Idem A. D. 534. codicis l. 1. tit. 4. lege 33. Diaconos, Presbyteros, Episcopos, quos his ludis interesse non pudebat, graviter reprehendit. *Scenorum, inquit, vel thymelicorum spectatores sunt ludorum, aut earum, qua in theatris certantium ferarum pugna sunt, neq; cogitant quemadmodum ipsi vel his, qui modo & recens initiati sunt, & adorandis mysteriis dignati, ipsi prædicunt, ut abrenuntient adversarii demonis cultui & omnibus pompis eius, quarum non minima pars talia spectacula sunt.* His abominationibus, qui se opposuerit Rom Episcopus, videmus neminem: Sed iis opposuerunt setum Africani can. 15. 60. 61. tum Trullani patres A. D. 691. can. 51. 52. 62. 65. 71. 96. 100. tum imprimis Salvianus nostras.

A Luponaria verò, quod à nulla Synodo damnata contendis, falsum. Verum forte dices, si dices, ab Imperatore nullo, à nullo Papa, à nullâ Romanâ Romanæque diœceseos propinquâ Synodo damnata. Photii vetus Scholiastes tit. 13. cap. 5. pag 148. ait: scortationem politicis legibus non laudari quidem, sed non prohiberi. Prohibuissent, ni fallor, si suassisset id aliquis Episcopus Romanus. Quò longius à Româ discesseris, eò plures videbis & severiores adversus promiscuam venerem constitutiones. Concilium Elibertinum ei, qui vel semel lenocinium exercuerit, communionem, ne in exitu quidem dandam censem. Basilius ad Amphilochium can. 58. & 59. adultero decennalem, scortatori septennalem pœnitentiam injungit, quid facturus lenoni publico, si lupanarium propriæ dictorum usum apud Christianos vidiisset? Sexta Synodus A. D. 691. lenones τεστι φυχῶν ἀλισθῶ πορφύρας θηρωάζοντες καὶ ἐπεροντες, si clerici fuerint, deponi, si laici fuerint, excommunicari jubet, c. 87.

B Roma video quidem Zepherinum A. D. 216. dicentem apud Tertullianum initio libri de pudicitia: *Ego & næchie & fornicationis delicta pœnitentia functis dimito.* Video Syricum A. D. 385. declamantem in patronos conjugii clericorum, non seculac in libidinum sectatores ac luxuriæ patronos, video proximas Italiae provincias exemplo Romanæ Sedis in hanc tyrannidem abreptas, in iisdem nullas adversus lupanaria, nullas adversus scortationes video, cum tamen lupanaribus, meretricibus, & exoletis jam scatterent omnia quinto Seculo. Salvianus paulò post Carthaginem à Vandalis captam A. D. 440. Penè unus gorges, inquit de gubernatione Dei lib. 7. omnium gula, penè unum lupanar, omnium vita. Apud Aquitanicas, qua civitas in locupletissimâ ac nobilissima sui parte non quasi lupanar fuit? Carthagine, qua pars civitatis non plena sordibus,

que

qua intra urbem platea aut semita non lapanar? Omnes deniq; civitates, nunquid non lustris plene sunt, ac lapanaribus fuerant? Pudeat nos Romanii ubiq; populi, hoc est, Latinarum Ecclesiastum, pudeat vita nostra, nulla penè urbes lustris, nulla omnino impuritatibus vacant, nisi illa tantum, in quibus barbari esse cœperunt.

Atenim, si seriò lapanarium usum putras non esse tolerandum, quî potes c. 17. sanctissimam vocare legem, Philippi II. Hispaniarum regis, qui A. D. 1571. lapanaria non sustulit, sed auctoritate publicâ confirmavit, modo cautiones quædam adhibeantur, puta, ut singulis octo diebus diligenter & attenè lustrentur, ut que labo aliquâ fuerint infecte continuò ad nosocomia curanda deferantur. Ita videtur lapanaria quidem damnata, lustra vero probare. Tum deum autem lustra tibi erunt, si sedulò perlustrentur.

Sed & miror æquitatem tuam, qui contendis, non licere meretricibus multò carius quam ceteris domum locare, ne ex lucri participatione commune crimen evadat. Sed quid opus erat te nobis, qui Romam non lubenter invisiimus, aperire urbis mysteria? Scimus, inquis, Roma meretrices sepè nullis certis sedibus tota urbe vagari, tamei ea licentia aliquando restricta sit, certâ aliquâ regione urbis ad habitandum illis designata: & paulò ante: Roma passim & impunè sit in ipsis Pontificum oculis, ubi caput & forma est sanctitatis, eoque majori spe quæstus confluunt maiori numero mulieres perdita. Vide, ne ob hæc, & quod ex lapanari publicè vestigial exigi vetas, damnatus sit Romæ liber tuus potius, quam ob ea, quæ de Monetæ mutatione scripsisti.

### Caput VII.

#### BABEL ATTO KATAKPI TOΣ.



Abel confusionem cùm significet, certum est, proprium eius characterem esse, ut passim ipsa sibi con-

A tradicat, suo ipsius ore condemnetur. Ut sciamus, an id Sedi Rom. possit aptari, paucula saltem ad specimen notabilis sufficiet. D. 93. can. 14. laudatur Concilii Laodicensis canon 25. Non oportet diaconos panem dare, nec calicem benedicere. Omitto, quod idem sequenti canone 18. permittens laudatur Concilii Carthaginensis quarti canon. 18. Sed meminerint saltem, quām iniquè negent id, quod à presbytero datur panem esse. D. 95. can. ultim. laudatur Neocæsiensis concilii can. 13. & ita vertitur: Presbyteri ruris in ecclesia civitatis episcopo præsente vel presbyteris ipsius urbis offerre non possunt, nec panem sacrificatum, (alii legunt sanctificatum) dare, calicemq; porrigerere. Quām multa hujusmodi, vel hanc unam controversiam spectantia, ac veritati faventia, transubstantiationem evertentia, colligi possunt ex tercia Decreti Gratianei parte, de consecratione? Sed hæc integrum volumen confidere possunt.

D. 93. can. 20. laudatur Concilii Tolletani quarti canon 38. Nonnulli diaconi in tantam prorumpunt superbiam, ut sese presbyteris anteponant. Laudatur & can. 24. Hieronymus ad Evagrium epist. 85. dicens: Legimus in Esaia. Fatuus fatua loquitur. Audio quendam in tantam erupisse recordiam, ut diaconos Presbyteris & Episcopis anteferat. Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse Episcopos, quos Presbyteros, quid patitur mensarum & viduarum minister, ut super eos tumidus se efficerat, ad quorum preces Christi corpus & sanguis conficitur? Id copiosè solideque demonstrat: dein, quodd sciret hoc, quod damnabat, vitium Romæ regnare, addit. Si auctoritas queritur, orbis maior est urbe. In eum canonem Glossa: Ante prælationem ista nomina, Presbyter, Episcopus, erant prorsus Synonyma, & etiam administratio communis erat, quia communi consilio sacerdotum regabantur ecclesia. Ibidem D. 95. can. 5. laudatur Hieronymus in Tit. cap. i. idem differt contendens.

Decreti parte 2. causa 1. q. 1. can. 1. Leo laudatur, dicens: *Gratia se non gratis datur vel accipitur, gratia non est. Simoniaci autem non gratis accipiunt.* can. 6. Dantem pariter & accipientem, inquit Gelasius, damnatio Simonis involvit. can. 12. *Anathema danti, anathema accipienti.* can. 16. *Simoniaci non nisi spiritum mendacii accipiunt.* can. 21. *Tolerabilius est Macedonij & eorum, qui circa ipsum sunt Spiritus sancti impugnatorum impia heres.* Illi enim creaturam & servum Dei Patris & Filij Spiritum sanctum delirando fatentur. Isti vero Spiritum sanctum efficiunt servum suum. can. 104. laudatur Concilium Triburiense, dicens: *De cetero nec pro ordinatione, nec pro chrismate vel baptismo, vel pro balsamo, nec pro sepultura, vel pro communione quidquam exigatur.* Sed gratis dona Christi gratuitâ dispensatione donentur. can. 109. Erga Simoniacos, inquit Nicolaus II. A. D. 1059. nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus. Hujusmodi deauntiationibus plena est hæc quæstio 1. tom 3. 7.

Cùm hodie tam obfirmatè consequentiarum legitimatum vim pernegerit tum Jesuitæ, tum etiam alii Doctores Pontifi-

A cii, sciant illorum sophisticæ vitiligationi damnandæ, vel unum Gratianum sufficere, c. 1. q. 1. can. 64. Ne putemus, inquit, in verbis Scripturarum esse Evangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum foliis, sed in medulla rationis.

Subinde nos negant ad Ecclesiam pertinere, & tamen cum eos, qui à nobis deficiant, muneribus Ecclesiasticis, Felix III. ep. 1. c. 5. Gratianus jubet eos fateri nos esse catholicæ ecclesiæ membra. Sic enim B ajunt 1. q. 7. can. 10. qui in qualibet etate alibi, quam in ecclesia catholica aut baptizati, aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militem prouersus non permittantur accedere.

Confessionem auricularem ab omnibus flagitant, & tamen de pœnit. dist. 2. c quidam, laudatur Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus, dicens: *quidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Graci: quidam vero Sacerdotibus confitenda esse percensent, ut totæ ferè sancta Ecclesia, hoc est, Romana, quod utrumq; non sine magno fructu intra sacram fit Ecclesiam.* Hujusmodi multa passim confessimus duobus his libris, & non pauca suppedabit etiam tertius?

SEDIS RO-  
MANÆ

FIDES,

SIVE

STELLIONATUS.

# IACOBVS CAPPELLVS

JUL. CÆS. BULENGERO S.

**B**riores duos de Sedis Rom. potestate, sanctitateque libros adversus te potius, Bulengere, quam ad te scripsisse dici possunt, si modo quidquam adversarium habent tam amicæ dissertationes non lædendæ famæ tuæ, sed propugnandæ veritatis ergo institutæ. Sed quantumvis moderatè, ~~aggrando~~, tamen adversantur diatribis tuis. Hunc certè librum ad te tantum scribo, non adversus te. Nam sicubi te sententiæ meæ repugnantem offendì, obiter respondi, prout id postulabant ea, quæ duobus prioribus libris enarrabamus. Sed quia videbam, vix tibi satisfacturas breves illas responsiones, in hunc librum distuli pleniorēm disquisitionem de crimine stellionatus, cuius à nostris passim accusatur Sedes Rom. Quò gravius est illud crimen, eò solidiores debent esse rationes, quibus tanti sceleris arguitur. Contra, si quæ falsa suspicamur instrumenta, tu vera probaveris, ruent pleraq; omnia, quæ de potestate, sanctitateq; Romanæ sedis hactenus differuimus. Quorsum enim hæc instrumenta cōfinxit, nisi ut ea statuminaret, quæ nos eversa volumus? Eadē operā videbimus nō tantū, quām bonā fidē causam suam agat, sed & quām multis nominibus inficiat, tum fidei, tum ecclesiasticæ disciplinæ puritatē. Si dixeris, seram esse tot instrumentorū jam multorum seculorū præscriptione firmatorū accusationem, memineris quām multi jam hæc scripta vocaverint in falsi suspicionem. Imprimis memineris *accusationem suppositi partus nulla temporis præscriptione depelli*, ut docet Paulus J. C. ad legem Corneliam de falsis §. 19. *nec interesse, decesserit nec ne, qui partum subdidisse contenditur*. Sed ut eò minus mira videatur accusatio nostra, vide quām multa scripta Doctorum tuorum celeberrimi quique quotidiè falsi damnent.

## Caput I.

PSEUDEPIGRAPHA à SIXTO  
SENENSI AGNITA.

**S**ixtum ipsum audiamus in suâ præfatione: Typographi, inquit, & Bibliopola quidam, nihil prater quæstum arte sua quærentes, novos quotidie librorum fætus emittunt adulterinos, suppositios, pseudographos, & nothos, prepositis absq; ullo judicio & pudore in frontispiciis operum, quo ipsa & chariis & citius vendant falsis illustrium autorum inscriptionibus. Hoc sane artificio supposuerunt nobis, inter multos spurios partus, Quæstiones in Genesim Philonis Iudei, Quæstiones Iustini Philosophi & martyris ad gentes, Quæstiones D. Athanasii ad Antiochum, Origenis Paraphrasin in Iob, eiusdemq; in eundem librum Commentarios, item Arnobij Rhetoris in Psalmos Commentaria, Eusebij Eumeni Homiliae in Evangelia, Ambrosii in Apocalypsin Explanations, Hieronymi in Proverbia libros tres, & in lamentationes Ieremia libros tres, Eucherij in Genesios, & Regum historias libros octo, & cum his alia plurima, sub nomine præsertim veterum patrum ascititia opera; quorum dogmata, stylus, ac tempora magis ab ipsorum titulis & inscriptionibus distant, quam cœlum à terra.

Nec disimili, sed impudentiori fuso uidem ipsi, ut adagio fertur, duos sibi generos ex unica filia parantes; quod unius tantum erat autoris opus, sapenumero, & in eadem quoq; officina excude- runt sub diversis duorum, vel trium autorum titulis, exhibentes nobis (ut interim ex tam multis paucula quedam in exemplum adducam, Homiliae in Leviticum, semel Origenis nomine, & iterum easdem Cyrilli nomine, separatis volumenibus impressas; proferentes item commentaria eadem in epistolas Pauli, in aliis quidem codicibus Athanasio, in aliis vero Theophylacto inscripta; similiter eandem in Ecclesiasten Paraphrasin pu- blicantes, primum Gregorij Neocæsariensis, deinde sequenti anno Gregorij Nazianzeni inscriptione prænotatam; vendentes commentarios eosdem

A in Proverbia, in primis Beda & mox Hieronymo assertos; evulgantes quoq; easdem commenta- tiones in Iob, in multis voluminibus, Philippi Presbyteri nomine, in plerisq; vero prænotatas Beda Presbyteri titulo; sub quo etiam emiserunt Collectanea eiusdem Beda in Hexameron, eodem tempore sub Iunili Apri appellatione excusa; & easdem Psalmorum explanationes, in priori edi- tione Hugonis Carensis inscriptionem habentes, in posteriore verò Alexandri Halensis. Hæc Sextus, cuius querimonianon est à ratione aliena: Sed pleraque falsi crimina, quæ Typographis adscribit Sixtus, mulcet ju- stius tribui poslunt fautoribus errorum curiæ Rom. Sed Roma, cùm videat spuri- os suos mutuis vulneribus corruere, quod Babylonis certissimum est puer- torum, plerisque cogitur abnegare, suoq; partus tam crudeliter exponere, quam turpiter edidit. His cùm nigrum Theta præfixisset Erasmus, iniquissime exceptus est, & quo nomine de Rep. Christiana optime meritus est, plurimum odii sibi conciliavit apud lucifugas scripturarum & veritatis hostes. Tandem invenit patro- nos inter ipsos Pontificios, postquam agnoverunt in illis scriptis adulterinis esse multa, quæ ne Roma quidem probare possit, adeò verum est illud: Non est solium filiæ Chaldaeorum.

## Caput II.

PSEUDEPIGRAPHA à BA-  
RONIO AGNITA.

Abbenu hakkadosch re-  
velatio Secretorum ad An-  
toninum Cos. Appar. art.  
39.

Liber de natali S. Mariae  
Hieronymo adscriptus, operum eius to. 9.  
ad Chromatium & Heliodorum. Appar.  
art. 39. & 44.

Recognitiones Clementis A. D. 34.  
art. 280. & 291. & A. D. 41. §. 10. &  
A. D. 44. §. 36. & A. D. 51. §. 52.

Doro-

Dorotheus in sua Synopsi complurima confarcinavit mendacia. A.D. 45. §. 44. Item A.D. 58. §. 56. Dorothei fides improbat in multis.

Huius tamen autoritate passim abutitur Turrianus Jesuita, cui optimè olent fætidissima quæque.

In libro de transitu Mariæ virginis, qui Melitoni Sardensi adscribitur à Trithe mio & aliis, quemque Gelasius damnat d. 15. c. Sancta Romana, multa habentur, tanto viro indignissima, & quamvis in edito recenter volumine aliqua ad censuram Bedæ sint emendata, multa adhuc habet fatua, delira, atq; auribus Christiani indigna. A.D. 48. §. 12.

Scriptum de assumptione B. Mariæ ad Paulum & Eustochium, non est Hieronymi, neque Sophronii, sed auctoris Nestorio multo recentioris. A.D. 48. §. 13.

Sermo XXXIV. & XXXV. de sanctis falsò hactenus Augustini nomine latuit. A.D. 48. §. 17. ibidemque ait C idem Scholæ Lovaniensis auctoritate sanctum.

Athanasi liber de B. virgine multus est in refutando Nestorii errore, ac proinde non est Athanasi A.D. 48. §. 19. idemq; solidis argumentis probat Antonius Agellius ibidem §. 23.

Acta Barnabæ nomine Johannis ab aliquo, ut appareat, nebulone scripta, ab imperitis magno applausu excipiuntur ea multis & apertissimis sunt coagmentata mendaciis, &c. A.D. 51. §. 51.

Metaphrastes quoque sèpe à Baronio mendacii insimulatur, ut A.D. 51. §. 53.

Senecæ Epistolæ ad Paulum multorum mendaciorum convincuntur A.D. 66. §. 11. licet ab Hieronymo & Augustino cum laude citentur de Script. eccles. & ep. 14.

Acta passionis Pauli nomine Lini A.D. 66. §. 14. falsa esse agnoscit Baronius.

Librum lamentationum, sive de pœnitentia Origenis Baronius auctoritate Ge-

A lasii, qui librum hunc inter Apocrypha recenset, contendit esse ~~Apocrypha~~ A.D. 25. §. 118. atque adeò dubitat, an sint Epiphanii, quæ in eodem lapsu Originis leguntur apud Epiphanius hær. 64.

Acta Sylvestri, licet à Gelasio probata, tamen à Baronio multis additamentis inquinata dicuntur A.D. 314. §. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Sermones ad fratres in Eremo Augustino tribuuntur. Baronius A.D. 382. §. 25. agnoscit totum illud corpus esse supposititum.

Antonii vitam Athanasii nomine in scriptam falsam agnoscit Baronius A.D. 343.

### Caput III.

## PSEUDEPIGRAPHA à BELLARMINO AGNITA.

De amiss. grat. & stat. peccati.  
lib. 4. cap. II.



Vñctorem commentatorū 194. B. brevium in omnes epistolas Pauli, quæ falsò tribuuntur sancto Hieronymo, fuisse Pelagium aut Pelagianum aliquem, extra controversiam est.

Idem lib. 4. cap. IX.

Hic vero auctor quicunque sit, certè 220. B. non est Arnobius ille præceptor Laetantii, qui scripsit libros septem adversus gentes, sed aliquis multò recentior, ut aliqui ante nos observarunt.

Idem lib. 4. cap. XI.

Eandem sententiam tradit Gregorius 230. C. Nyssenus in libro de anima cap. 6. Si tamen is liber est eius, & nō potius Nemesii,

aut alicuius alterius, cùm Gregorius Nyf- A  
senus in libro de opificio hominis. c. 28.  
& 29. ex instituto hanc sententiam re-  
fellat.

## De Missa lib. I. cap. VI.

732. D. Liber de quæstionibus veteris ac novi  
733. A. Testamenti, non est Augustini.

De amiss. gratiæ & statu peccati  
lib. 4. cap. III.

398. B. Si quis objiciat Ambrosium, in com-  
mentario exposuisse, per unum homi-  
nem, id est, per Hevam: Respondebimus,  
commentaria illa non censeri à viris do-  
ctis, esse Ambrosii.

## Idem lib. 6. cap. V.

351. E. S. Ambrosius, vel quisquis auctor fuit  
commentariorum in epistolas S. Pauli, C  
352. A. quæ Ambrosii nomen ferunt.

Plura huiusmodi scripta videbis apud  
Sixtum Senensem, Baronium, Bellarmi-  
num, & alios Pontificios Λλδεπηαφ/ae  
damnari, qualia multa collegit eruditissi-  
mus Rivetus in Critico suo. Plura collige-  
te studiosis facile quidem erit, sed non  
inutile. Nam ante annos quinquaginta  
passim pro genuinis obtrudebantur; &  
quoties vitiola libido fecerit auspiciū,  
etiam posthac obtrudenter à Pontificiis,  
quibus satis est, si testium undecunque  
petitorum nube nos obruant. Pridem  
de Româ dictum est:

*Quod petiit, spernit: repetit, quod nuper omisit.  
Æstuat & vita disconvenit ordine toto.*

De Româ Ethnicâ dixit hoc Venusius:  
Sed multò graviora dixit de sede  
Pontificia Fr. Petrarcha in epistolis sine  
titulo: *Sentio, inquit, rediit ab inferis Iulianus.* Nisi se Christus iterum vindicet, actum  
est; Omne bonum ibi perditur. Veritas ibidem  
etiam, &c.

ep. 6.

ep. 18.

## Caput IV.

VARII CANONUM  
CODICES.

**V**T petitiū de literis aliquot  
supposititiis, quæ præci-  
puam hodie juris canonici  
partem constituunt, judi-  
cium faciamus, de veteri  
codice canonum aliquid nobis est dicen-  
dum. Eruditè qui em ea de re scripe-  
runt Baronius A. D. 341. §. 34. A. D. 527.  
§. 72. & seqq. Leschallierius in suā con-  
sultatione, Justellus in præfatione libri,  
quem inscripsit codicem canonum Eccle-  
siæ universæ. Sed non pauca supersunt  
indaganda. Imprimis notatu dignum,  
quod ante trecentesimum, vel CCLX.  
Christi annum Ecclesia sacræ scripturæ  
canone contenta, nullum habebat codi-  
cem canonum. Synodi tum obortas con-  
troversias soperibant, sed neque mīstas cī-  
hēōs, hoc est, fidei symbola nova, neque  
canones novos condebant, Apostolico  
Symbolo, canonibus Paulinis contentæ.

Post sexagesimum & ducentesimum  
annum Christi non Synodi quidem, sed  
doctores aliquot Gregorius Thaumatur-  
gus, & Dionysius ac Petrus Alexandrinus  
Canones aliquot pœnitentiales suis Ec-  
clesiis præscriperunt, quorum exemplo  
post CCC. annum Synodi cœperunt hoc  
operam dare, ut canones aliquot singulæ  
scribant, ut quartum seculum à cano-  
num & symbolorum multitudine cano-  
nicum ac symbolicum dici non immerito  
possit. Sed unum autoritatem obtinuit  
Symbolum Nicenum. Reliquarum quo-  
que Synodorum plerique canones obso-  
leverunt. Sola sex quarti seculi concilia  
canones condiderunt, quæ tam apud Oc-  
cidentis, quam apud Orientis, in quo fue-  
rant habita, provincias autoritatem ob-  
tinerent.

Harum Synodorum canones aliter  
distri-

distribuit Dionysius Exiguus, aliter Tilius, aliter Justellus; sed discrimine per exiguo, quod tamen hic oculis subjecere non pigebit

Numerus canonum secundum

Concilium.	Dionysii.	Tilii.	Justellii.
Nicenum	20.	20.	20
Ancyramum	24.	25.	25
Neocesariense	14.	15.	14
Gangrense	20.	20.	20
Antiochenum	25.	25.	25
Laodicenum	58.	59.	59
Summa	161.	164.	163.

Tilii teriem confirmat, quod ait Dionysius Exiguus: *Regulas Nicene Synodi, & deinceps omnium conciliorum, sive qua ante eam, sive qua postmodum facta sunt, usq; ad Synodus CL. pontificum, qui apud Constantinopolini convenerunt sub ordine numerorum, id est, à primo usq; ad centesimum sexagesimum quintum sicut habetur in Greca autoritate, digesimus.* Atqui Dionysius aliud promisit, aliud præstítit. Nam in Dionysii serie primus Constantinopolitanæ Synodi canon est centesimus sexagesimus secundus, apud Græcos, quos laudat Dionysius, quosque secutus est Tiliius, est centesimus sexagesimus quintus. Idem autem est centesimus sexagesimus quartus in Justelli serie, quam confirmat Synodus Chalcedonensis A&t;. 11. cùm Antiocheni concilii canones XVI. & XVII. vocat nonagesimum quintum, & XCIV codicis. Ut ut sit A.D. 380. codex canonum constabat ad summum canonibus 164.

Huic intra LXX. annos habitæ tres Oecumenicæ Synodi canonæ non amplius quadraginta quatuor adjecerunt, secunda quidem septem A.D. 381. tertia octo A.D. 430. quarta XXIX. A.D. 451. ut tum septem & ducentis admodum canonibus constaret totus canonum codex, quo Græcæ tum utebantur Ecclesiæ. Sed Romana diu nec secundæ, nec tertiaz, nec

A quartæ Synodi canones admisit, & cùm eos admisit, fecit id dicis tantum causâ. Quamobrem etiam post quingentesimum tricesimum annū Christi Dionysius Exiguus Abbas Romanus secundæ Synodo tres tantum canones tribuit, tertiaz nulos, quartæ 27. demptis duobus posterioribus, quod penultimus Ecclesiæ Romanæ displiceret. Sed iis, quos recipiebat Dionysius, substituit Sardenses 21. Carthaginenses 138. Apostolis affictos 50.

B Romanos nulos, quod Roma tum paucas admodum Synodos habuisset, & quas habuerat, eç nulos canones considerant. Nulla verò decreta pro canonibus habebantur, nisi quæ Synodorum auctoritate fuissent confirmata. Contrà provinciarum omnium nulla fuit canonum feracior, quam Africa, nulla civitas, quam Carthago. Conciliorum Coloniae editorum A.D. 1538. tom. I. f. 176. habemus quatuordecim canones Synodi Carthaginensis habitæ sub Grato, qui Sardicensi concilio interfuit A.D. 347. fol. 207. habemus tredecim canones Synodi Carthaginensis A.D. 390. habitæ sub Genedio, qui Grato successit. Genedio successit Aurelius, qui sedere cœpit A.D. 391. & post A.D. 420. obiit. Et canonum quidem sub Grato, sub Genethlio, (legendum fortasse Genedio, ut in conciliorum collectionibus Colonensis) non semel meminit Fulgentius Ferrandus. Africanos tamen vel Carthaginenses canonæ cùm absolute memorat, designat eos, qui sub Aurelio conditi sunt, & in unum codicem compacti, synodalique auctoritate confirmati A.D. 459. quorum indicem habes apud Dionylium, se tiem apud Tilium, apud Colonenses conciliorum compilatores, & nuper apud Justellum nostrum.

Fulgentius Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiæ Diaconus, Fulgentii Rupestris, qui decessit A.D. 529. meminerit, ut nuper defuncti. Victor Tununensis in Chro-

Chronico docet eum claruisse sexto post  
Basilii Consulatum anno, hoc est, A. D.  
346.

Tum Africa nondum admiserat cano-  
nes, qui dicuntur Apostolorum: Hos  
enim nusquam laudat Ferrandus. Ephe-  
sinorum non magis meminit Ferrandus,  
quam Dionysius. Sed Africanos multos  
laudat, quorum Dionysius rationem nul-  
lam habet. Synodi, quarum passim ca-  
nones citat Ferrandus, haec sunt: Antioche-  
na, Anquiritana, hoc est, Ancyrana, Cartha-  
ginea sub Grato, sub Genethlio, sub Au-  
relio, Constan<sup>t</sup>nopolitana, Cellensi, uæ vide-  
tur eadem esse cum Zelleni, Gangrenis,  
Hyponensis (Hyponiam dicere videtur  
quam plures Hippone dicunt) Iucensis,  
Laodicensis, Milevitana, Marazianensis, Mara-  
zenisis, Marizanensis, Mazaranensis, & Macri-  
nenisis, quæ fortè non sunt quinque diversæ  
Synodi, sed una, vel duæ. Nicena, Nova Cesa-  
rea, hoc est, Neocæsariensis, Sardicensis, Se-  
ptimunicensis, Suffetulensis, Tunduritana, The-  
nitana vel Tenitana. Zelleni ex epistola Siricij.  
Sic enim loquitur Ferrandus, ut qui Zel-  
lenses canones non aliunde quam ex epi-  
stola quadam Siricii nosset. Alioqui nec  
Siricii, nec cuiusquam alterius responsta  
pro canonibus adhuc habebantur. Sed  
quamvis tot Africanos canones laudet  
Ferrandus in sua canonum breviatione,  
tamen codex canonum proprie dictus,  
tam in Africâ, quam in Italia, non plures  
quadringentis, vel circiter canonibus  
complectebatur usque ad A. D. 773, quo  
Adrianus I. P. R. Carolo magno dedit  
codicem canonum. Quemnam? eum  
proculdubio, quo tum utebatur Roma.  
At huius epitomen H. Canisius evulga-  
vit, ex qua colligitur, Romanum sub A-  
driano I. codicem canonum eundem pla-  
ne fuisse, quem exhibuit Dionysius Exi-  
guus. Poterat tamen ut Afri, sic Italî  
esse quidam alias codex canonum Dio-  
nyiano paulò locupletior, ex quo suum  
Nomocanonem collegit Crisconius.

A Quo tempore vixerit Crisconius, quis-  
ve sit Liberinus Pontifex, cui collectio-  
nem suam dedicat, mihi non constat, nisi  
quod Fulgentio Ferrando, cum eius bre-  
viarium laudet, posterior sit necesse est.  
Primus hic non tantum Synodica, sed &  
Præsum aliquot Romanorū decreta pro  
canonibus habet. Collectioni suæ titulū  
hunc fecit: Concordia canonum Apostolorum,  
Nicanorum, Ancyranorū, Neoçæsariensium, Gan-  
grensum, Antiochensum, Laodicensium, Chalce-  
donensium, Sardicensium, Carthaginensium.  
Item Præsum Siricii, Innocentii, Zosimi, Ce-  
lestini, Leonis & Gelasii. Huic titulo paucula  
quædam desunt. Nam præter hos cano-  
nes laudantur §. 10. canones concil. epi-  
scoporum Aratenseorum §. 199. canones  
Agathensis concilii tit. 8. & §. 146. 148.  
149. 3. 13. 314. 315. 325. 339. antiqua ecclæ-  
siæ statuta tit. 57. 58. 59. 60. 61. 91. 92.  
94. 95. &c. & §. 4. 55. 56. 176. 271. 278.  
292. 293. 294. 295. 296. laudant statuta  
C conciliorum, quæ voce designantur cano-  
nes Africani sive Carthaginenses, saltem  
A 1. Hæc epistola scripta fingitur Kal.  
Sept. Laterano & Rufino Coss. cum antecede-  
dente Julio obiisset Victor. 2. Nec E-  
piscopus Rom. nec quisquam tunc se Archiepiscopum nuncupabant. 3. Styli  
barbaries seculo Victoris non conve-  
nit, quidquid obstrepat Turrianus, qui  
tam squalentis ac rubiginosæ orationis  
nullum exemplum proferre potuit ante  
Constantinum.

## Caput XVIII.

## AFFICTA ZEPHERINGO.

Causâ III. Quest. VIII. & Causâ V.  
Quest. IV. can. 2.

ZEPHERINUS epist. I.

**S**edecim judices quilibet Episcopus  
accusatus, si necesse fuerit, eligat, &  
quibus causa justè judicetur. Finis  
vero eius causa ad Apostolicam sedem  
deferatur, ut ibidem terminetur. Nec antea de-  
finiatur (sicut ab Apostolis vel successoribus eorum  
olim statutum est) quâm eius autoritate ful-  
ciatur.

Quinti circiter seculi tempore & deinceps V E L cœpit usurpari pro E T. Nec  
dubium est, quin hæc fuerit mens eius,  
qui nomine Zepherini epistolam hanc  
confinxit. Itaque suum, non Zepherini  
D seculum respiciens, dixit: O L I M, quâ  
voculâ, tanquam forex indicio suo perit.  
Enimvero, si Zepherini, qui centum circi-  
ter annis post B. Johannis Apostoli mor-  
tem sedere cœpit, tempore jam antiqua  
erat hæc constitutio, quâ sit, ut ducentis  
post annis nullus constitutionis huius u-  
sus appareat? Tentarunt Episcopi Rom.  
tyrannidem illam invehere, sed post Sar-  
dicensem demum Synodum, cuius  
canones pro Nicenis ob-  
trudebant.

## Caput

A

## Caput XIX.

## AFFICTA URBANO.

De Consac. D. V. c. 1.

URBANUS PAPA ep. I. c. 7.  
Electus A.D. 222.

Mnes fideles per manus impositionem Episcoporum, Spiritum Sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur.

1. Urbanus hæc scribere fingitur Non. Sept. Antonino & Alexandro Coss. cum sequentis demum Octobris XIV. obierit Callistus teste Damaso & Martyrologio.  
2. Apostoli per manus impositionem Sp. Sanctum dabant, hoc est, donum aliquod miraculosum. Quid simile præstant Episcopi nostri temporis?

Causa II. Quest. IV. c. 13.

## URBANUS PAPA ep. I. c. 2.

**A**ttendendum est omnibus, ne prædicta usibus secretorum coelestium dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debite ultionis acrimoniam perpetua damnatur infamia, carceri tradatur, aut exilio perpetua deportationis uratur vel feriatur.

Quis non videt, quam aliena sint hæc ab Urbani I. seculo, quo Episcopi Rom. subinde in carceribus detinebantur, aut in cryptis latitabant? Num in carceribus, cryptis, tuguriolis suis poterant jubere, efficere, ut hic vel ille prædiorum Ecclesiasticorum, quæ tum per exigua erant, expilator peculatus damnaretur, & carcere vel deportatione puniretur?



Iicut Apostoli statuerunt, dicentes: Cum excommunicatus non est communicandum, &c.

S Spuriam esse hanc epistolam perspicuum facit impostoris recordia, qui historiæ Novati, quam ex Damaso didicerat, à Fabiano narrari fingit, cum tamen post Fabiani demum obitum contigerit, ut ex ipso Damaso & Cypriano liquet, adeò supinè suum Damasum legerat, quem unum in Ecclesiastica historiæ scriptorem noverat.

Causa II. Quest. VII. c. 6.

## FABIANUS ep. 2.

**S**icut sacerdotes vel reliqui clericī à secularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab ipsis sunt excludendi & alienandi criminatione.

D Hic Histrio totus in eo est, ut Episcopis omnibus, & maximè Romanis, omnem impunitatem largiatur. Ut igitur æqua suadere videatur, fingit æquam hac in parte futuram laicorum & clericorum conditionem. Sed utrinque iniquus est canon. Quid enim, si duo clericī sciant patricidium admissum, aut intentatum à laico, vel duo laici à clero, quo jure illis omnibus indicetur silentium? Hæc, si valeant, actum est de regibus & de regnis.

*Caput XXI.***AFFICTA CORNELIO.***Causa II. Quest. V. c. I.*

**CORNELIUS RUFO EPISCOPO**  
Orientali ep. 2.



*Acramentum hactenus à summis  
Sacerdotibus vel Dei ministris exi- B  
gi, nisi pro fide recta, minimè co-  
gnovimus, nec sponte eos jurare  
reperimus.*

Si nec exigi debet ab iis jurandum, nec ii unquam sponte jurare debent. Nunquam igitur jurare illis licebit: quod tamen ab ipso Gratiano multis impugnatatur. Sed nos morari non debet Cercopichecus, qui Cornelium episcopum in theatrum inducit, decem circiter mensibus antequam episcopatum initet, eumque qui in Centumcellis Decii metu latitare cogebatur, singit sepelire corpora Martyrum in templo Apollinis, atque adeò in monte aureo, in Vaticano palatii Neroniani: cùm auream Neronis domum, à Vaticano, temploque Apollinis separaret Tiberis. Dicet aliquis: Ergo conficta sunt hæc ab aliquo, qui Romanum non viderat. Quid refert, ubinam cuius sit nummus, cùm constet adulterium esse, in gratiam Rom. Sedis confi- D  
ctam, & à Rom. Sede pro genuino obtrudi? Sed & quo seculo conficta sunt hæc, densæ tenebræ Sedem Rom. occupabant. Et stelliones plerosque omnes tanquam syderatos videre est in mediâ luce palpantes, quod est insigne Nemesis ac providentia divinæ documentum.

*Caput XXII.***AFFICTA STEPHANO.***Dist. LXXX. c. I.*

**STEPHANUS VEL Lucius  
PAPA.**



*Rbes vel loca, quibus primates præsi-  
dere debent, non à modernis, sed et-  
iam multis ante adventu Christi  
sunt statuta temporibus, quarum  
primates etiam gentiles pro maioribus etiam ne-  
gotiis appellabant. In ipsis vero urbibus post  
Christi adventum Apostoli & successores eorum  
patriarchas vel primates posuerunt.*

Verum imprudens vaticinatur Cri-  
phas. Quippe ipse Papa primatum suum  
debet Romulo, nona Christi verbo. Sup-  
positum tamen esse hunc canonem vel  
hinc liquet, quod per hæc tempora penes  
Judæos quidem erant Patriarchæ, peccati  
Christianos nulli.

*Caput XXIII.***AFFICTA SIXTO II.***Causa II. Quest. VI. c. 5. & 15.*

**SIXTUS II. GRATO EPISCOPO**  
ep. 1. Electus A. D. 258.



*Mnes episcopi, qui in quibusdam gra-  
vioribus pulsantur, vel criminantur,  
quoties necesse fuerit, liberè Apostoli-  
cam sedem, atque ad eam quasi ad ma-  
trem configant.*

At, ô Babylon, si non castè, saltem cau-  
te. Tui lenonis, qui Sextum II. mentitur,  
asinitatem vide. Damasus dixerat eum  
sedisse temporibus Valeriani & Decii Impera-  
torum videlicet. Extemplo prodit episto-  
la, quasi Valeriano & Decio Coss. scripta.

*Prae-*

Præterea canonis huius *annī* vide. A Quisquis appellat, is contendit sibi necesse esse appellare, seque adeò id jure merito facere. Aut igitur vanus & irritus erit canon, aut quisquis in ultimā Indiā quantumvis justè damnatus fuerit, huic licebit actorem & judicem suum iniquissimā provocatione vexare, & ad incitas adiungere.

### Caput XXIV.

#### AFFICTA EUTYCHIANO.

##### Causa III. Quest. IV.

EUTYCHIANUS I. ep. 2.

Electus A.D. 274.

**N**ulli unquam infami atq; sacrilego de quoq; negotio liceat adversus religiosum Christianum, quamvis humili servilq; persona sit, testimoniū dicere, nec de qualibet re, actione vel inscriptiōne Christianum impetrere.

Vide quām ridiculus sit hic canon : 1. Si quis Sacrilegus, Ethnicus, impius Christianum odislet, quid illi opus erat apud Episcopum eum accusare? Quod si apud Imperatorem, quid opus erat Eutychiani fulminibus, quæ fumo viliora habebantur?

Neque verò putes religiosum hīc vocari piū, Monachum intelligit Pseudolus, quod phræologiæ genus multis post D Eutychianum annis natum est.

### Caput XXV.

#### AFFICTA CAIO.

##### Causa II. Quest. VII. c. 25.

CAIUS PAPA FELICI EPISCOPO.

**R**aganī vel heretici sive Iudei non possunt Christianos accusare, aut vocem eiā infamatioñis inferre.

Hic canon superiori consimilis est, & plānē gemellus stupor, nisi quod huic accessit novum locordia specimen, quod paganos vocat eos, qui Constantii demum tempore hoc nomen acceperunt post annos amplius quinquaginta. Pergit PseudoCajus: Inobedientibus inobedientes accusare licet, unde generaliter colligitur, quod in accusatione equalitas fidei & conversationis inter accusantem & accusatum semper consideranda est, ut is qui accusat, vel par vel superior inveniatur. In

B hunc canoneum Glosa: Falsum dicit. Sufficit enim quod accusator sit bona fama, licet accusatus sit melioris, ut i. ea. latr. Item in aliis falsum dicit: quia nec infamis infamem, nec criminosis criminorum accusat, ut VI. q. 1. qui crimen: nisi prius eum toleravit sciens eum talem. extra. de accusatio. nulli. Sed potest dici hoc quod extravagans ait: esse speciale in episcopo, ut non posset removere ab accusatione illos, quos prius toleravit. Item fallit in arenario qui potest accusare arenarium. ut c. de inofficio testa. in arenam. Item fallit in casibus, in quibus socius criminis non repellit socium. Vides quām multis nominibus PseudoCajus falsi damnat glossa, quod certè non faceret, nisi vidisset hæc falsò Cajo tribui.

### Caput XXVI.

#### AFFICTA EUSEBIO.

##### Causa II. Quest. VII. c. 5.

EUSEBIUS I. ep. 1.  
Electus A.D. 309.

**E**icos non accusare Episcopos, hactenus observatum est & constitutum: quia eiusdem non sunt conversationis.

Omnino & Episcopus erat & laicos metuebat male sibi conscientis, qui has epistolas adornavit. Alioqui cantilenam hanc non tam frequenter nobis occinete: & quidem tam intempestivè, ut ea Euse-

Eusebium dicentem inducat, quæ adversantur historiæ de damnatione Marcellini, quam ipse suis oculis viderat Eusebius.

De Confec. D. 3. c. 13.

EUSEBIUS I. ep. 2.

**C**rucis Domini nostri Iesu Christi, quæ nuper nobis gubernacula sancta Rom. Ecclesiæ tenueribus quinto Non. Maij inventa est, in predicto Kalendarum die inventionis festum celebrare solenniter mandamus.

Eusebius obiit A. D. 311. quum Constantius adhuc in Occidente ageret, & Ethnicus esset. Huius mater Helena crucem Domini invenit post Niceni Concilii tempora, hoc est, post A. D. 326. Itaque quod in Damasi Pontificali dicitur, Crucem sub Eusebio inventam, id Damasi non est, sed adjectum est, & impostori nostro imposuit. Huius recordia Baroniū quoque puduit.

### Caput XXVII.

#### AFFICTA MARCELLO.

Causa II. Quest. VI. §. 6.

MARCELLUS ANTIOCHENIS  
Episcopis. Ep. I.

**S**i vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Romana cessit Sedi, nulla est, quæ eius non sit subiecta ditioni, ad quam omnes, quasi ad caput, juxta Apostolorum, eorumq; successorum sanctiones, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit suffugere, eamq; appellare debent, ut inde accipient tuitiōnem & liberationem, unde acceperunt informationem atq; consecrationem.

Hæc verba paulò aliter citantur à Gratiā, quām leguntur in epistolā, quæ dicitur à Marcello scripta Maxentio & Ma-

ximo V. Cl. Coss. Kal. Aprilis, cùm antecedente XVI. Kal. Febr. sepultus sit Marcellus teste Damaso. Adeò supinè Pontificale suum consubuit hic stellio. Idem vult Antiochiam haberi pro secunda sede. At tempore Marcelli & ducentis post Marcellum annis secundum locum obtinebat Alexandria, ut docent subscriptiones concilii Niceni, Constantinopolitanī, Chalcedonensis. Atque adeò, ne tum quidem, cum confictæ sunt hæ epistolæ unquam Antiochiæ, vel circumacentem l. corum Episcopi, nedum longius versus Orientem diffisi suam informationem atque consecrationem acceperant à Sede Romanâ.

Diss. XVII.

MARCELLUS PAPA MAXENTIO  
ep. 2. Electus est A. D. 311.

**S**ynodus episcoporum absq; huius Sedis Rom. auctoritate, quanquam quosdam Episcopos positis congregare, non potestis regulariter facere. Neq; ullum Episcopum, qui hanc appellaverit Sedem Apostolicam, damnare, antequam hinc sententia diffinitiva procedat. Nam si seculares in publicis judiciis libellis utuntur appellatoris, quanto magis Sacerdotibus hec eadem agere licet, qui super illos sunt, de quibus dictum est: Ego dixi, dii esis. &c 2. q. 7. can. 4. Marcellus fingitur dixisse, Laico non liceat quemlibet clericum accusare.

1. Hæc epistola secunda dicitur scripta XVI. Kal. Febr. Maxentio & Maximo Coss. cum pridie sepultus esset Marcellus post longi carceris squalorem, cuius mentionem nullam facit hæc epistola.

2. Quotrum Maxentius Ethnicus monetur, à quibus congregari debeant Synodi, qui sunt appellationum gradus, qui ne Synaxes quidem fieri patiebatur?

3. Quid insulsius, quām feram beluam, portentum hominis ita astari, Magistra

gistra

gistrorum omnium charitas si in teperfecte  
habitaret, &c.

4. Scriptura non Sacerdotes, sed Ma-  
gistratus vocat Elohim, i.e. deos.

5. Si in politicis negotiis vix ullum  
est municipium tam exile, cuius Prætor  
non possit quasdam causas sine provocatione  
definire, etiam si non procul absit  
Senatus, ad quem provocatur, quid? ultra  
Sauromatas, ultra Indos, & glacialem  
Oceanum, non licebit patricidam, incen-  
stum, hæreticum, atheum Episcopum da-  
mnare, antequam à Sede Rom. sententia  
definitiva procedat? Quisquam ne cere-  
bro tam plumbeo, ore tam ferreo reperiri  
potest, qui dicat sive ante, sive post Mar-  
cellum Sedem Rom. unquam hoc jure  
toto orbe potitam?

6. Si licet Antiocheno Episcopo  
quasdam Episcopos congregare, quidni  
& Synodus? Quotannis semel vel bis  
in singulis provinciis habebantur Syno-  
di. Num harum ullam extra Italiam con-  
vocavit aut indixit Sedes Rothana ante  
Marcellum, atque adeò trecentis amplius  
post Marcellum annis?

### Caput XXVIII.

#### AFFICTA CONSTAN- TINO.

Diss. XCVI. §. 14.

#### P A L E A.



Constantinus Imp. quarta die sui  
baptismi privilegium Rom. Eccle-  
siae Pontifici contulit, ut in toto  
orbe Romano Sacerdotes ita hunc  
caput habeant, sicut Iudices Re-  
gem, &c. Datum Roma tertio Kal. April.  
Domino nostro Fl Constantino Aug. quater, & Gal-  
licano V. Cl. Coss.

In hac subscriptione convenienter omnes codices excusi, & manuscripti, quos

A mihi videre licuit, quam tamen vitiosam esse, nemo prudens negaverit. Nam Constantinus quartum consulatum init cum Licinio A. D. 315. Gallicanus cum Basso A. D. 317. Causa erroris est, quod au-  
thor huius instrumenti, non Damasum, ut is, qui præcedentes epistolas confinxit, sed mendosos Fastos consuluit. Idem fingit Constantinum pridie Paschatis ba-  
ptilatum, quarto post die Martii XXX. feria tercia donationem hanc fecisse. Et

B sanè A. D. 315. Constantino quartum Cos. Mattii tricesimus in feriam tertiam incidit. Itaque videri potest, Pseudolus hunc annum voluisse designate, vel A. D. 313. quo non quidem Christianum, sed Judaicum Pascha, sive Luna XV. incidit in Martii XXVIII. Ita legendum erit Dat. III. Kal. April. Constantino ter & Licinio Aug. Coss. qui leviculus error censerri po-  
test, si temporis, quo prodiit hoc instru-  
mentum, barbariem spectes. Sed neu-

C trum convenit authoris instituto, qui se-  
legit annum, quo Pascha non Judaicum,  
sed Christianum incidit in Martii XXVIII. Id imperante Constantino semel tantum contigit, nempe A. D. 308. V. C. 1061. Diocletiano Aug. X. Maximiano Aug. VII. Coss. quadriennio ante, quam Con-  
stantinus Christi fidem suscepit. Causa erroris histrioni fuit, quod Fastos Con-  
sulales cum Cyclis Paschalibus compo-  
nere nesciebat. Hanc connexionem ne-

D mo potest perite facere, nisi qui diligen-  
ter versatus fuerit in historiâ Ecclesiæ &  
Imperii Rom. saltem ab Augusto ad Con-  
stantinum usque. Sed, si mihi non credis,  
confer Panvinium, Soltzium, Occonem,  
Baronium cum Joh. Marianæ Tabulis Pa-  
schalibus. Comperies, me nihil studio  
partium comminisci. Cum & oīsa nū multa  
continerent hæc acta Sylvestri, visum  
est quibusdam ea interpolare. Itaque do-  
nationem hanc à Constantino factam  
prima die post Baptismum vult author  
instrumenti, quod refertur Conciliorum

tomo primo, & ab Isidoro Mercatore  
M. S. Bibliothecæ Sedanensis.

Hoc instrumentum plurimum differt  
ab eo, quod refert Gratianus. Ab utro-  
que discrepat tertium, quod habetur a-  
pud Theodorum Balsamonem, sed non  
prorsus integrum. Qui confinxit secun-  
dum ab Isidoro Mercatore relatum, vide-  
tur id voluisse conferre in A. D. 313. Con-  
stantino IIII. Aug. Licinio IIII. Coss. Uterque  
codices mendosos noctus legit Constanti-  
no quater & Gallicano Coss. Sanè vero pro-  
piùs dixeris Constantinum, si non baptiz-  
atum, saltem à lepra spirituali curatum  
A. D. 313. quam A. D. 315. cùm tertium,  
potius quam cùm quartum Consulatum  
gereret. Sed sic quoque unius anni er-  
ror est. Fidem enim Christianam suscep-  
pit Constantinus secundum non tertium  
Consul, idque antequam Romanum perve-  
nisset, in quâ Christianos persequebatur  
Maxentius, non Constantinus, qui nun-  
quam persecutor fuit. Quid? quod anno  
demum 321. factus fuit Orientis potens,  
& anno demum 337. baptizatus est?

Euseb de vita Constantini l. 4  
f. 155. Græcæ editio-  
nis.  
Constantino differendi baptismi causa  
fuit aliqua peculiaris, cupido videlicet ba-  
ptismi suscipiendi ad Jordani fluenta.  
Dum indies morantur illum publica ne-  
gotia, deprehendit illum morbus in An-  
cyrone Nicomediae suburbio. Ibi baptiz-  
atum veteres omnes traduunt, alii qui-  
dem ab Eusebio Nicomedensi Ariano  
quidem, sed orthodoxum mentiente, Ge-  
lasius Cyricenus ab Orthodoxo aliquo.  
Tempus ita notant veteres, ut erroris ne  
suspicio quidem ulla esse possit. Quippe  
baptizatum & mox mortuum dicunt. De  
obitu Theodosii, Eusebius, Gelasius Felici-  
ano & Titiano Coss. Maij XXI. Socrates l.  
1.c.39. Theodoreus l.1.c.32. Sozomenus  
l.2.c.ult. Anno XXXI. regni sui, etatis LXVI.  
Hieronymus in Chronico XXI. Mai, die  
Pentecostes. Eusebius. Cùm hæc inter se  
conveniant, nec quisquam veterum pro-  
bæ notæ dissentiat, quid in historiâ certum

A potest esse, si hoc certum non est? Etiam  
Olympiadem CCLXXVIII. addit Socrates: Id quoque convenit. Annis duobus  
& viginti post Constantini mortem filius  
eius Constantius Ariminii Synodum con-  
vocat, A.D. 359. cui quadringenti Episco-  
pi præter alios innumeros interfuerunt.  
Hi pro more scribunt ad Imperatorem:  
Literas eorum referunt Socrates l.2.c.37.  
Theodoreus l.2. c.18. Sozomenus l.3.  
c.18. Athanasius, Hilarius in fragmentis  
B in Fabro editis, & Cassiodorus in hæc  
verba: ἦγαντες Κωνσταντῖνον μετὰ πάντων α-  
κελεῖας νοῦς ἔξεπιστεις τῶν συγγενεῖον  
τησίν εὑνθάδετο. Scientes Constantinum illum  
etiam post obitum memoriam dignum accuratâ di-  
ligentia ac disquisitione conscriptum fidei Sym-  
bolum edidisse. Notum est τησιν ἐκπέμψαι  
quid sit, nempe Symbolum fidei condere, ut  
apud Theodoreum l.5. c. 9. Unde illa  
Ἐξερεύνησις εἰς Σεμίωνον ab Athanasiis toties  
vexata. Pergit Synodus: Επιδιωκόντες δή τις  
ἔξι αὐθεντικῶν ἐγενετο Βαρινοδεῖ, καὶ τοὺς τινὰς  
ἀφελούσι. λειτουργίαν αὐτοχώροντες, αὐτὸν ἐνοι-  
κουσι υἱούν μετ' ἑκατὸν παντοτροπεῖν. Vox  
αὐτὸν non tantum absurdum, sed & illi-  
citum ac impium quid significat.

Ἄγρωντες μὴ τοὺς λόγους αἴστοντες πανήσας  
Οὐ λόγος ἡ Ἰερὸς εὐδέλογος μὲν Θ.

*Absurdum* igitur, vel potius *nefas existi-*  
*maximus*, inquit Ariminenses, eo jam sub  
ipsum baptismi tempus defuncto, & ad pacem illi  
debitam profecto quidquam innovare, & tot  
Sanctos confessores ac martyres dogmatis illius  
authores & inventores despicere. Hæc non de  
Mediolanensi Synodo, quæ nullum fidei  
Symbolum edidit, sed de Nicena, non de  
Constante, quem cùm fratri Constantio  
bellum interminatus esset, Synodus tam  
profusè nunquam laudasset, sed de Con-  
stantino patre dici res ipsa loquitur. Itaq;  
constanter de Constantino hæc pronun-  
tiavit Socrates, Sozomenus, Theodoreus,  
Hilarius, Athanasius Græcus, Cassio-  
dorus. Sed quia unum codicem Atha-  
nasi Latinum invenit Baronius, in quo  
legi-

legitur *Constans*, unius huius auctoritate non dubitat reliquis omnibus falsi crimini impingere A.D. 324. §. 53. Menda causa perspicua est. Nam quia paulò ante Mediolanensis Synodi mentio facta fuerat, ideo putavit aliquis hæc de Constante dici. Nihil minus. Ariminensium mens est Constantium urgere primum Synodorum Nicenæ ac Mediolanensis, tum patris ipsius Constantini auctoritate. Constantem enim, quem Constantius odio habuerat, cuius mors gratissima, memoria invisa Constantio erat, nominare, id bonæ causæ plus nocuisset, quam profuisset. Igitur, ut Ambrosius, Hieronymus, Eusebius, alii: sic sexcenti circiter Ariminenses contestantur, Constantinum proximè ante mortem baptisatum. Sed quia Romæ visebatur Basilica Constantiana & magnificum Baptisterium Constantini dictum, quia Constantini sumptibus fuerat extructum, facile fuit credere in eo baptizatum fuisse Constantinum. Neque tamen quisquam ab huius fabulæ propugnatoribus pertinacissimis citatur probæ nota scriptor antiquior Gregorio Turonensi. Is narrans quomodo Clodoveus à Remigio baptizatus sit. Rex, inquit l. 2. poscit se à Pontifice baptizari: procedit novus Constantinus ad lavacrum, deleterus lepre veteris morbum sordentesq; maculas gestorum antiquorum recenti latice deleturus.

Hæc Turonensis, qui perduxit historiam suam usque ad A.D. 595. Ex cuius allegoricis verbis cœpit aliquis occasionem confingendæ fabulæ de leprâ Constantini, cuius assertorem antiquissimum laudat Coccius Adhelmutum quendam, quem vult scripsisse A.D. 680. Adhelmus ne Baronio quidem innotuit. Beda suam historiam continuat usque ad A.D. 731. Tamen ne is quidem satis disertè lepræ meminit. Qui disertè meminerit Baronius antiquorem non habet Hadriano I. A.D. 787. Sed huius commenti vanitatem liquidius demonstrabunt sequentia duo capita.

A

## AFFICTA LIBERIO.



Via leprosæ Constantini fabulæ autor videbat, suo instituto plurimum obstare veterum testimonia, qui constanter docent, Constantium Nicomedia baptizatum, impstor aliquis putavit, se posteris facile persuasurum, mendum hoc esse codicum, nec Constantino, sed filio eius Constanti, vel Constantio id accidisse. Itaque fabulam aliam adornavit, cui titulum fecit *Acta Liberii*. Extat putidum hoc figura-  
tum in Conciliorum tomis.

De eo sic Baronius: *Hæc quidem habent Bar. A. D. veterrima illa, antiquitate corrosa, in multis de- 359. § 47.*

*pravata, atq; admixtione & additione aliqua labefactata Liberii acta.* Atenim, Baronii, neque hæc, quæ probare conaris, vera sunt, & indignissimus erat hic testis, cuius fidem appellares, cùm acta illa non tam mendis librariorum, quam mendaciis au- toris scateant.

Is, ut fidem inveniat, & lectorem alli- Resp.  
ciat, præmittit Symbolum fidei, quasi complectens summam doctrinæ, quam Liberius annunciare solebat.

## ACTA.

Hoc cum legisset *Constans ex libro antiquo, edictus est à libro Sylvestri episcopi Romanorum, quod & publicè prædicaret, quia in nomine Iesu Christi crucifixi à lepra mundatus fuisse per Sylvestrum Constantinum patrum Constantis.*

Hic in ipso limine stoliditatem tuam, ô impostor, turpiter prodis. 1. Sylvester tui quidem respectu antiquus erat. At Liberio comparatus antiquus esse non potuit, cùm Marcus, cuius Diaconum fuisse narras Liberium, paucis mensibus post Sylvestrum obierit, & ipse Liberius

quindecim tantum annis post Sylvestri mortem sedere cœperit. 2. Constantinus est Constantii pater, non patruus.

## A C T A.

Erat enim Conſans non integrè Christianus, sed quaſi tentator. Baptizatus tamen in trinitate, non tamen integrè conſitebatur trinitatem.

Hæc planè redolent stylum eius, qui Donationem Constantini finxit, ut ab eadem incude utrumque hunc nammum prodiſſe non sit dubium. Cæterum ex tribus hor. actorum editionibus media est concinnata nostro tempore ex conjecturâ. In eâ legitur ſemper Constantius; in reliquis duabus quæ manuscriptis repon- dent, ſemel tantum legitur Constantius, aliâ Conſans, quem tamen Orthodoxorum fuſſe conſtat.

## A C T A.

Baptizatus est ab Eusebio Nicomediensi in Nicomedia in Aquilone villa.

Hæc prolepticè dicuntur, & rursus infra repetuntur. Ubique conſanter legitur Aquilone. Cùm tamen villa Nicomedia proxima diceretur Ancyro, non Aquilo.

## A C T A.

Hic verò dicebat, alios filios de Maria habuiſſe Ioseph. Quod cum audijſſet Liberius Episcopus urbis Rome, cœpit deridere eum.

Non erat ea Liberii potentia, nec pro- tervia, ut Imperatorem deridere auderet.

## A C T A.

Quod cùm multi referrent regi Constantio, iratus est vehementer, & iuſtit eum extra civita- tem habitare.

Videris h̄c σολομῆνος, ac si Conſans in

A dativo faceret Constantio. Quippe aliâ in manuscriptis tuis habetur Conſans. Deinde cùm barbarorum excursionem in imperii Rom. ditiones audijſſet Conſans, huius cladis causam Liberio impu- tare fingitur his verbis:

## A C T A.

Verè poena hec est propter hunc sacrilegum, quia, quod nunquam factum est, fecit superflitio- ne vanitatis. Ideo hec plaga multitudinem Bar- barorum ingens venit super Romaniam.

Saltem dixiſſes, quodnam sit illud ἄγος inauditum, cuius Liberium insimulat Conſans. Sed forſan illud est, quod addis:

## A C T A.

Et dicebat dum exiret portam civitatis: Sa- crilegium Liberium, qui dixit patrem meum fuisse leprosum, & baptizatum à Sylvestro Episcopo, & mandatum, dum abiero super quadrupedes Danubij, rediens ad urbem volucribus cali & bestiis terra carnes eius immolabo. Ipsum ſolum Libe- riū. Non enim alios, ne dicant & affirment me esse persecutorem.

Hem nebulo, ſi leproſa tua fabula quid veri haberet, qui posset Conſans negare rem nuper gestam, cuius totus orbis conſcius erat? Non poteras turpius anima- tuæ lepram & fabulæ tuæ vanitatem tra- ducere, quām cùm ita ineptis:

## A C T A.

Eodem loco. i.e. Nicomedia mortuus est Conſans & ſepulcrum eſt Conſante III. & Conſtantio Augusto & Basso Consule XIV. Kal. Mai. Et ſed ut eadem ſede Petri Apoſtolis annos XVII. menses III. dies VIII.

Quot verba, tot portenta.

## Caput XXX.

## AFFICTA DAMASO.

**P**ontificale Damasi, sive is Romanus, sive Portnensis fuerit Episcopus, tam flocci fecit Baronius, ut in serie Pontificum Romanorum à Clemente ad Sylvestrum usque nullam rationem habuerit Consulum, sub quibus ordinatos aut defunctos Episcopos Rom. refert Pontificale, cùm tamen in eo Pontificali nihil minus sit suspe<sup>t</sup>etum, nihil minus mendosum notatione Consulū. Quārò minus nos urgei par est huius Pontificalis autoritate in iis, quæ pridem & meritò controversa sunt? Igitur, quisquis huius Pontificalis author sit, ut alia multa, sic quoque adjectum est: *Sylvester fuit in montem Soractem persecutio<sup>n</sup>e Constantini concussus. & postmodum rediens cum gloria, baptizavit Constantimum Augustum, quem curavit Dominus per baptismum à lepra.* Et infra: *Fontem sanctum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus à Sylvestro.* Baronius vult hæc esse verba Anastasii. Nos id non inviti largimur. Facile enim fuit Anastasio quingentis amplius annis post Constantinum in his falli vel fallere, cùm jam tum in eo insudarent Romani Pontifices ac Pontifici, ut abusus nuper repertos priscis nominibus infererent. Itaque prælongam Baronii, qui tum Bibliothecarius erat, in alterum Bibliothecarium Anastasium enarrationem omittimus, non modò, quia in iis quædam suspecta sunt, multa palam mendosissima, sed quia non est nostri instituti inquirere, quo<sup>r</sup> & quas, quibus locis ac temporibus Constantinus aut quisvis alius exstruxerit, basilicas, quot anathermatis adornarit, quot proventus annuos affixarit, & alia id genus. Huius diligentia<sup>r</sup> gloriam Baronio non invidemus. Postquam basili-

A carum (quas sub Sylvestro strūtas opinatur) descriptioni XXII. prægrandes columnas dedit Baronius, paulò breviùs πληθύντω illam Constantini donationem examinat: *parcimus, inquit, quod nihil preter illa, que ab aliis dicta sint, afferre possumus.* At enim, Baronī, cum de eâ re variæ sint sententiæ, tuum erat, docere, quos potissimum authores sequaris & probes. Nemo pius negabit Constantimum Ecclesiam Romanam cunctis, quibus valuit, officiis coluisse, & munericibus frequentasse. Quid, Baronī, non illud tibi satis est, si ea omnia Ecclesia Rom. donavit, quibus tu paragraphos circiter sexaginta, paginas undecim implevisti, nisi etiam totum Occidentem ad ecce<sup>r</sup>it, *as ēt dñmētēs n̄ yw;*

§. 117.

B Baronius buit, licet eisdem posteriores Imperatores pro arbitrio usi sint. Quidni idem credamus de provinciis à Constantino Ecclesia Rom. donatis, licet earum aliquibus modestia Romanorum Pontificum non sit usus?

B2.

C Hæc genere toto diversa sunt. De Augusto re cètè illud Martialis usurpes.

*Qui donat, quamvis plurima, plura negat.*

Non dabat Senatui Augustus 13. provincias, sed reliquas eripiebat, cumque S.P.Q.R. princeps esset, erant hæc donationum figmenta & ludibria, potius quām veræ donationes. De tuorum pontificum modestiâ, non est quod multis agam, cùm ea ab hinc mille anni toti orbi D sit notissima.

*Iustum hanc possessionem, etiam si carereret hu- Baronius mano, divino saltem jure, quo subordinata sunt §. 1. 8. divinis terrena rerum dominia, Romana Ecclesia legitimè sibi vendicat, ac posteriores Reges & Imperatores amplissimis privilegiis ratam habuere, eamq<sub>z</sub> illibatam stabilemq<sub>z</sub> servatam value- runt.*

E Hic quoque tui Pontificis, qui sibi tanquam summo in terris Deo tertena omnia subjicit, modestiâ agnoscimus, sed tuā desideramus, qui calidissimū mendacū pro concessu & ab omnib. confessō assūmis.

Obsecro enim, quinam sunt illi posteriores Reges aut Imperatores, qui totum Occidentem Episcopo Rom. donarunt, aut donationem, quæ Constantino affingitur, veram ac sibi gratam & ratam esse testati sunt? Hoc certè in Lunæ epicyclo quæras licet. Sub Lunâ enim nusquam gentium eos invenies. Sed enim, prohdolor! verissimam donationem, possessionem continuam suspectam reddididerunt Græculi stelliones.

Baronius  
§. 118.

*Iusta illa possessio à Ioanne diacono ex depravato illo, à Græciis mutuato donationis, edito, ambigua redditur, potius quam probetur.*

R.

Vñ illi diacono, qui tam perspicuum Ecclesiæ Rom. jus in dubium revocarit. Sed, quî malum! sit, ut tam certa, tam iusta possessio ante diaconum illum natum, aut, nî fallor, annis amplius sexcentis post Christum, ne in somnis quidem cuiquam mortalium in mentem venerit, cùm tam jam pridem somniorum feracissima sint monasteria? non illud dixeris, milles ad ravim decantatum: *Tibi, ô Petre, dabo claves regni cœlorum.* Sed illud, quod quæritur, *Tibi, ô Romane episcope, do totum Occidentem.*

Baronius  
§. 118.

*Sic Graci donant, ut surripiant potiora:  
Quidquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.*

R.

Eia, Baroni, time, & cave, later anguis in herba. Nisi caves, Græculus aliquis, ea, quæ tibi longè charifissima sunt, surripiet.

Baronius  
§. 119.

*Quis non credat à Graciis eo edito majestatem Romane Ecclesia prædicari, cùm ex eo hec, quæ sequuntur, proferant à Constantino verbis illis fuisse statuta? Decernentes statuimus, ut Romana Ecclesia habeat principalem potestatem, & sit caput quatuor sedium, sedis Alexandrinae, Antiochenæ, Hierosolymitanæ, & Constantinopolitanae, & (ut semel dicam) omnium totius orbis Ecclesiærum.*

*Abstit vero à Romanæ Ecclesiæ amplitudine & dignitate, ut ab homine eiusmodi sibi vindicer potestatem, & non potius à Christo per Petrum, ut sapientius demonstratum est secundo tomo.*

R.

*Sæpe quidem, Baroni, gloriaris hoc à te*

A demonstratum, sed ne tropicis quidem, nedum apodiæticis argumentis unquam à te tuorum vé ullo probatum est à Christo, vel à Petro, vel minimam jurisdictionem in alias Ecclesiæ datam Ecclesiæ, sedivé Romanæ, nedum supremam in omnes, eamque perpetuam, *ai* *et dñs*, *et dñs*, quidquid dicat, faciatve.

Cùm ergo nec à Christo, nec à Petro privilegium ullum sedi sua datum videret Romanus aliquis Pontifex, subornavit hominem, qui præclarum hoc instrumentum cudebat, cuius beneficio, si nō Christi, saltem Constantini auctoritate sibi vindicaret jus dominii saltem in regna Occidentis, jurisdictionem verò Ecclesiasticam in omnes quaqua versus Ecclesiæ.

Sed nec illud ipsum eidem à Constantino gratis donatum volunt; Græci verū, ut id totum in §. 120. Ecclesiæ Constantinopolitana convertatur emolumenntum, nempe, ut hac technâ inter sedes antiquas Patriarchales enumeretur Constantinopolitana Ecclesiæ sedes. Testis Gracus vetus est, parvam, satis est.

Vide Græci impostoris astutiam. Quia Ecclesiæ Constantinopolitana nullo loco neque numero erat, invenit artem, quâ obtineret, non esse eam prorsus ab antiquarum sedium numero excludendam. Fruatur Romanus Episcopus totius Occidentis imperio, in omnes omnino Episcopos dominationem obtineat, modò saltem aliquis locus Ecclesiæ Constantinopolitanae, vel in extremâ spondâ detur, hoc illi satis est, ita enim illius emolumento cedit tota Ecclesiæ Rom. potestas.

Hæc est illa vafrties, quam Græcis hominibus affingis. Hæc ineluctabilia argumenta, quibus probas, falsum quidem esse illud, quod circumfertur Constantianæ donationis instrumentum, sed à Græciis, non à Romanis confictum, à Constantinopolitanae, non Romanæ Ecclesiæ parasito. At Deo sit laus, quod & tu, Baroni, agnoscere cogeris falsum illud esse

esse instrumentum, pro cuius propugnatione tot Pontifices, tot Pontificii homines tanquam pro aris & focis decertarunt: Jam à quibus primùm hoc constitutum sit, parum nostrā refert. Scimus huius præclari Edicti extare etiam Græcam aliquam editionem & Græcam olim mendaciis infamem esse. Sed ut in aliis, ita in hoc quoque primatum pridem occupavit Roma, neque unquam illi defuerunt ab hinc annis circiter mille etiam in ipsa Græciā gnatones, qui in eius gratiam quidlibet dicerent, scriberent, fingerent. Tamen, qui Græcos codices cum Latinis comparabit, is agnosceret, Græca à latinis esse propagata, non contra. Et quisquis fabulam de leprâ Constantini, idem & hanc donationem commentus est. Nam & unius operis partes connexæ sunt, & alterum alterius ergo confictum est, cui & appendicis instar additum figmentum de imaginum sacramentum tempore Constantini usu & cultu: Patet id etiam ex eo, quod Leo IX. vix ducentis quinquaginta annis Hadriano recentior ad Michaelēm Imp. tribens tortum fere instrumentum donationis huius recitat. Cūm autem hīc & sāpe aliās multa falsi insimiles Baroni, quā in Gratiani Decreto habentur, viderit Sixtus & alii Pontifices Rom. qui duos annales suis diplomaticis confirmarunt, quām pulchre consuluerint suā & aliorum Pontificum famā, qui olim hoc opus Aureum Divi Gratiani Decretum nuncupari patiebantur. Quid Gregorius XIII? Is ex certa scientiā & de Apostolice potestate plenitudine contestatus est se providisse, ut ius canonicum jam totum emendatum, correctum, expurgatum ad omnes ubiq̄ Christi fideles sartum tectum perveniat. Cūm tamen in eo Baronius non modò paleas, sed & stercora videat, notet, damnet. Hem! Augiæ stabulum! huic repurgando tot Cardinales adhibuit Gregorius XIII. & tamen adhuc merum ster-

A quilinium est! Vx stercorariæ sedi, & huiusmodi libris.

Baronius Constantini donationem multis nominibus falsi manifestam agnoscere coactus, putavit Pontificiæ majestatis interesse omnem lapidem movere potius, quam ut fateretur Hadrianum I. in Synodo Nicena II. magnum cultum fœdis mendaciis propugnasle. Ut igitur hanc ~~1977/14~~ non esset, sed inferret, Herculeus labor illi fuit exantlandus.

B Postquam omnia pensiculatè excusset, sic rationes suas instituit, Anno Domini 324:

Constantinum Crispī, Licinii, Faustæ nobilium aliquot cædibus inquinatum, ac suppliciis irritatum ex clementissimo Principe Neronem factum, etiam in Christianos senviisse, eamq̄ ob causam à Deo leprâ percussum contra stimulus calcitrasse, adeò ut ex infantium cruento balnea sibi compararet, donec frustra tentatis barbaricis istis remediiis à Petro & Paulo monitus est ad Sylvestrum adire, &c. Huic fabulæ statuminandæ commodum se obtulit altera Zosimi fabula.

Zosimus Christianis, & maximè Constantino infensissimus ac mendacissimus scriptor narrat, Constantinum haetenus patriis legibus usum, horum 1. parrici-

diorum sibi concium, & præterea contempte Sacramentorum religionis in Licinii nece ad Flamines alii Sopatrum dicebant accedisse, admissorum lustrationes petiturum. Illis respondentibus, non esse traditum lustrationis modum, qui tam feda piacula posset eluere, quendam Hispanum genere, cui nomen esset Ægyptius, Romanum delatum, Palatinisq; mulierculis familiariter factum sententiam doctrina Christianorum habere vim abolendi quodcumq; peccatum confirmasse. &c. Hispanum hunc Baronius vult esse Hosium. Sed quidni dicamus esse Alabium Ægyptium quæst. D. 331. Consul fuit, quemque Eunapius ait, fuisse causam mortis Sopatri? Utut sit, vult Zosimus hanc fuisse occasionem, eur Constantinus reliet

relictis patriis legibus Christianismum A amplexus sit, quod calidissimum esse mendaciū, nemo, qui Constantini vitam

**Bar. A. D.** 321. §. 21. legerit, dubitat, & ipse Baronius multis hanc calumniam refutat, mox tamen quasi palinodiam canens hæc Zosimi verba, quasi ex tripode dicta, laudat, ut ex iis col-

**A. D. 324.** ligat Constantinum A. D. 324. baptisatum. Melius Sozomenus, qui hoc, quod tamen alii quidam paulò alteri interpolabant, purum putum mendacium esse contendit, & validis argumentis id probat.

**§. 7. & 19.** Baronius tamen hīc acriùs Sozomenum, quām Zosimum increpat: *incredibilis est*, inquit, *Sozomeni stupiditas*, qui, ut neget Crispum occisum à patre, &c. Imò stuporem tuum miror, Baroni. Nam Sozomenus non negat Crispum à patre occisum, sed hoc tantum negat, Constantinum post Crispī demum cædem, & eā, quam finge- bant Ethnici, occasione Christianum factum: cūm tamen tu hīc Ethnici, quām Christianis scriptoribus accedere malis. Sozomenus ita argumentatur: Constantinus septimo circiter sui imperii anno Christianismum amplexus est, Crispus vicecimo demum aut circiter eius anno obiit. Item Constantinus Crispō Cæsare & Consule multas leges pro Christianis edidit. Non igitur post Crispī demum cædem Christi fidem amplexus est. Rur- fūs: Constantinus adversus Maxentium proficisciens factus est Christianus. Tum autem Sopatrum Syrum nondum vide- rat. Non igitur post Sopatrum demum visum Christo Sacramento dixit. Hæc tam peritè à Sozomeno dicuntur, quām iniquè Sozomenus à Baronio vexatur, quasi neget unquam Sopatrum cum Constantino locutum. Atne diutius contentiosum funem reciprocem, ipsius cau- fæ jugulum petamus. Aeta concilii Nicenii A. D. 325. habitu, Licinium adhuc in vivis fuisse testantur. Faustum occisam Ablabio Cos. A. D. 331. colligimus ex Sidonio Apollinari l. 5. ep. 8. Crispum &

Licinium anno Constantini vicecimo oc- cisis refert Sozomenus l. 1. Eusebius se- cundo olympiadis CCLXXVI anno. Id convenit A.D. 326. Igitur, quod Lici- nium, Crispum ac Faustum A. D. 324. oc- cisis vult Baronius, falsum est. Itaque pu- trido filo appensa machina mole ruit suā.

Deinde specta Baronii æstuantis am- A. D. 326. bages: Modò ait, à populo furente po- §. 2. tuisse Sylvestrum in fugam agi: modò, po- tuit, inquit, Constantini mens his temporibus A. D. 324. parum constans ab instituto de Christianā reli- gione suscipienda facile deflecti. modò disertè ait, persecutionem ab eo adversus Ecclesiam Dei concitatam, quam ut Sylvester evitaret, una cum suis monti Soractis secreta petiisse.

At quo sum hæc strophæ, cūm fateri te cogat Hadrianus I. non à populo, sed ab ipso Constantino, non unam, sed multas persecutiones excitatas a dversus non unū Sylvestrum, sed totū clerum Romanū in cavernis tam miserè latitantem, quām un-

C quam sub Decio arque adēd, quidquid arguteris, jacuisse tum toto orbe Eccle- sias, ut nuper sub Diocletiano. Constan- tinum, cūm duodecim annos Christianus fuisset, adhuc percontari, quinam dii es- sent Petrus & Paulus, cūmque, si Hadria- no credimus, frequentissimus esset ima- ginum in Ecclesiis usus. Constantinum tamen in iis duodecim annos versatum nullas adhuc Petri & Pauli imagines vi- disse.

**D** A. D. 323. Constantinus dira supplicia comminatur VIII. Kal. Junias iis, qui Christianos vexaverint. Sequentē Martio baptizari dicitur & Ecclesiæ θλιψεων quām pl donare. Intra novem menses vir fit em- rima. bryo, & mox virilem recuperat staturam.

Ecclesiæ propugnator eam atrocissimè oppugnat, & mox amplissimis donis eam locupletat. Demus nihil esse tam prodi- giosum, quod non admittere possint Constantini mores, quā fit, ut portentosæ istæ metamorphoses ab omnibus, qui us- quam extant, scriptoribus genuinis vel igno-

ignorat̄ vel dissimulat̄ sint annos amplius quadringentos?

Nam tua illa Constantia, Johannis, cuiusdam ac Pauli acta eiusdem fariarunt cum Liberianis. At, cūm vix ullus princeps tot praecones, tot etiam obrestatores nactus sit, ac Constantinus, quām intra quadringentos illos, quos dixi, annos, sexcenti scriptores Constantini meminerint toto orbe notissimi, qui sit, ut tu, Baroni, qui forulos omnes excusisti, Hadriano antiquiore nullum inveneris, qui disertē doceat Constantium ob excitatam in Christianos persecutionem leprā percussum?

Si anno demum 337. inquis, baptizatus est Constantinus, quo jure potuit Nicenę Synodo interesse A.D. 325. Nempe eo jure, quo Synodo Arelatensi interfuerat A.D. 314. decennio ante eum annum, quo baptizatum eum singis.

Ne precibus quidem Cathechumenis interesse licebat, sed auditō Dei verbo erat illis abeundum. C Falsum id esse, disces ex Niceni Concilii can. 14. At qua potuit esse tam diurna dialetatio ratio? Cur usque ad A.D. 324. distulerit, tu ipse videris. Cur post Crispum, Licinium Faustum, & nobiles aliquot occisos distulerit, in promptu ratio est, quia etiam à catechumenis, vel ob unum homicidium triennalis exigebatur pénitentia Neocæsariensis concilii c. 6. & Nicenai cap. 14.

Quid igitur flagitari poterat ab eo, qui homicidiis parricidia cumulaverat? Sed vitiosum hunc etiam sine causā differendi baptismi morem tum tralatitium fuisse vel ex eo constat, quod Gratianus Imp. dum diem ex die ducit, sine baptismo mortuus est.

Contra rogo te, Baroni, si duodecim ante suum obitum annis baptizatus est Constantinus, qui passus est filios suos jam grandes baptismum suum sine causā differe? adeò, ut omnes post patris demum obitum baptizati sint?

S. 49.

Baronius

S. 49.

R.

Baronius

R.

A Sixtus Fabri & ante illum Paulus Constabilis in notis, quibus Gratiani Decretum iussu Gregorii XIII. illustrarunt, longè aliter agunt, quam Baronius. Nam Baronio satis est, si causactorum Sylvestri partem propugnet, quam laudat Hadrianus I. Constabilis, ut legitimū esse probet Constantinæ donationis instrumentum, totum auctorum Sylvestri Syntagma tuerit, nec quicquam in iis falsi suspicatur.

Ad eam rem locupletissimum testem profert hominem, cuius neque nomen neque seculum fingere ausus est. Inveniuntur, inquit, etiam hodie per vetustū literis descripta in bibliothecā Vaticāna & Abbatie Nonantule: quorum interpres in proemio hac ait: Eusebius, &c. Et mox: Quicunq; sit author istius proæmii, eadem Sylvestri gesta ab Eusebio Grace scripta fuisse, clare proficitur. At quisquis ille est, non à se lecta ait in ipsis Eusebii scriptis hæc Sylvestri scripta, sed cūm pridem intercederint multa Eusebii scripta, etiam hæc Sylvestri acta in iis, qui perierunt, Eusebii libris fuisse, ex conjecturâ hariolatur, vel ea, quæ in manibus habebat, & Latinitate donabat, Sylvestri acta, quia sunt auctoris incerti, ab ipso Eusebio scripta esse suspicabatur. Expende, Paule, illa ipsi, quæ laudas verba, nihil aliud ex iis exculpes.

D At quam toto cœlo tu tuusque ille interpretis erretis, constat ex eo, quod Eusebius non modo Nicomediae baptizatum ait Constantium ipso die sui obitus, non Romæ à Sylvestro. Sed & quod tum addit, conditum à Constantino testamentum, quo ne obulum quidem Episcopo Rom. legabat. Sed Romanos, inquit, urbem regiam incolentes, donis annuis honoravit. Suic autem liberis, tanquam paternam substantiam, regni sortem tradidit. Nempe confirmans ea, quæ jam antea tricenalibus suis statuerat, Occidente Constantino datum, Orientē Constatio, intermedia Constanti, q; & reliqui historici confirmat & fusiū explicat.

Eus de vita  
Const. I. 4.  
f. 155.

At illa Sylvestri acta, quæ tuus ad tecc-  
tɔ interpres Eusebio affingit, ita Constanti-  
num loquentem inducunt: *Vt ponti-  
ficalis apex non vilescat, sed magis, quam ter-  
reni imperii dignitas gloria & potentia decoretur,  
ecce tam palatium nostrum, ut prædictum est,  
quam Romanam urbem & omnes Italiae, seu Oc-  
cidentalium regionum provincias, loca, & civi-  
tates, prefato beatissimo Pontifici nostro, Sylvestro,  
universali papa contradimus atq[ue] relinquimus, &  
ab eo & à successoribus eius per hanc divalē nostrā  
& constitutū nostrū decernimus disponenda, &c.*  
Quod si quis temerator extiterit, in inferno in-  
feriori concrematus cum diabolo & omnibus de-  
ficiat impiis. Utci fœdiorem oblivionem  
adscriberes, si Constantinus sanxisset, &  
Eusebius descripsisset tam diversa, tam  
frontibus adversis pugnantia?

Quantò candidius Nicolaus de Cusa  
Cardinalis, qui obiit A.D. 1464. fatetur,  
atque adeò contendit, & donationem &  
acta Sylvestri, quæ Constabilis & Baro-

Cusan de  
Concor-  
dantia Ca-  
tholica l. 3.  
c. 2.

nus tenuentur esse supposititia? Relegi, in-  
quit, omnia, quæ potui, gesta imperialia ac Ro-  
manorum Pontificum, historias S. Hieronymi,  
Augustini, Ambrosii & aliorum, & nullam inven-  
nio concordantium ad ea, quæ de illa donatione  
leguntur. Et mox: Nec unquam legi aliquem  
Romanorum Pontificum, usq[ue] ad tempora Ste-  
phani II. in illis locis nomine S. Petri aliquid ju-  
ris presumpisse habere. Hac credo vera esse, non  
obstante famigerā opinione de contrario, quæ in  
palea habetur Dist. XCVI. c. Constantinus.

Quoniam absq[ue] dubio, si non fuisset dictamen  
illud apocryphum, Gratianus in veteribus codicib-  
us & canonum collectionibus invenisset, & quia  
non invenit, non posuit. Vnde, quæ postea addi-  
dit pro palea ita confictam illam Scripturam po-  
suit, sicuti multa alia inveniuntur ex apocryphis  
libris nostris inscripta. Et post: Etiam adver-  
tendum est, quod textus c. Constantinus Dist.  
XCVI est ex Legenda S. Sylvestri extractus, &  
fundat ille, qui imposuit decreto autoritatem  
ipsius textus in approbatione Gelasii in Synodo.  
Rogo videatur XV. Dist. c. sancta Romana, illa  
approbatio, & invenietur pauci roboris, quia

A dicit autorem ignorari, & tamen per Catholi-  
cos legi, & ea propter legi posse. Qualis sit appro-  
batio, quisq[ue] considerare potest. Multæ enim sunt  
historia S. Sylvestri; una, in quâ hoc non inven-  
tur, quam S. Damasus ponit; alia, cuius autor  
ignoratur, quam textus non dicit veram, sed legi  
posse, neg[atur] dicit in illa hoc contineri. Etiam an-  
tiqua decreta non habent textum, nisi usq[ue] ad pa-  
ragraphum. Item decreta Romanorum Pontifi-  
cum inclusivè, & sic non invenitur in illis libris  
iste paragraphus de historia Sylvestri. Quinta  
B etiam Synodus universalis, quæ de approbatis do-  
ctorum omnium, & Scripturarum approbata-  
rum libris mentionem facit, ac etiam ipsa Syno-  
dus Martini Papæ, quæ fuit contra Monothelitas  
renovans approbatas Scripturas, ut egomet vidi,  
nullam de ipsis historiis faciunt mentionem, nec  
quisquam approbatus aut nominatus inter veri-  
dicos, quem unquam vidi. Et paulò antè.  
Hanc historiam diligenter examinans reperi ex  
ipsamet Scriptura argumenta manifesta confi-  
ctionis & falsitatis. Quem hodie dabis Car-  
dinalem, qui ita ingenuè agat? Nempe

C indies magis ac magis frontem perficare  
dicit meretrix.

Constantinus morti proximus pre- Rufin. 1. 2.  
bytero, quem soror Constantia moriens  
ipso commendaverat, tradit testamenti  
tabulas, veratq[ue], ne cuiquam nisi Con-  
stantio eas det. Presbyter injuncto mu-  
nere probè functus magnam apud Con-  
stantium init gratiam, atque ita aditum  
invenit, quo Constantium Arianæ hæ-  
refoes veneno inficeret. Itaque ex Con-  
stantini præscripto Constantio cessit A. Zonaras  
& Thracia, Constanti Macedonia & tom. 3.  
reliqua usque ad Alpes Cottias. Con-  
stantino, quæ sequuntur Occidentem  
versus, quæ omnia leprosam Con-  
stantini donationem ju-  
gulant.

## Capit. XXXI.

## AFFICTA SYLVESTRO.



Ni mendacio confirmante multis aliis opus fuit. Inter cætera etiam acta Synodi Romanæ sub Sylvestro habitæ turpiter depravata sunt.

Causa II. Quest. VI. c. 2.

## SYLVESTER PAPA IN GENERALI SYNODO.

**N**on damnabitur Presul nisi in LXXII. testibus. Neq; Presul summus à quoquam judicabitur. Presbyter Cardinalis nisi in XLIV. testibus.

1. Quid tibi opus erat hoc canone, cum paulò ante prospexeris, ne quis laicus clericum, ne quis clericus Episcopum accusare possit? 2. q. 7. can. 3. Nullus laicus audeat clericō crimen infere.

3. Saltem decorum servares, nec à Sylvestro & Synodo Nicena damnatum Photinum bis diceres, qui multò post Sylvestri obitum exortus est A. D. 357.

3. Cùm Dei lex in ore duorum trium testium firmum velit esse omne verbum, cùm plures in clericorum accusatione testes non exigit Synodus Nicena, quo jure quadraginta, septuaginta exigis? Ne secundo quidem Sexto affictæ literæ laudatae 2. q. 7. can. 19. plures tribus testibus flagrant in accusatione Presbyteri. Ecquis unquam sceleratus, incestus, parricida, perduellis puniri poterit, si tot testibus opus est ad convincendum aliquem clericum, & iis quidem testibus, qualem vix unum è multis millibus reperi licet? Hæc tamen non Sylvestri, sed impostorum, qui eius & antecedentium

A episcoporum nomine abutuntur, tyrannis Leoni quarto placuit, circa A. D. 850. Nullam, inquit 4. q. 4. can. 3. damnationem episcoporum unquam esse censemus, nisi ante legitimum numerum episcoporum (qui fit per duodecim episcopos) aut certè probata sententia per LXXII. testes idoneos. Et certè D. 20. c. de libellis. Leo I V. satis docet, sibi cognita quæ Sylvestro jam tum afficta legebantur. Sed ibidem in huius Synodi commentitium canonem glossa joculariter agit. Presul, inquit, hoc est, Cardinalis episcopus. Sed nunc quid contra Pepam duplicabuntur testes? Non: imò duo sufficiunt, & in hoc est deterioris conditionis, quia ipse sine comparatione aliorum creatus est maior, & idē sine spe venie condemnandus est, ut diabolus. de pe. dist. 2. principium.

Causa II. Quest. VII. c. 10.

## SYLVESTER PAPA IN EPILOGO CONCILII ROM.

**C**lericus adversus exorcistam, exorcista adversus acolythum, acolythus adversus subdiaconum, subdiaconus adversus diaconum, diaconus adversus presbyterum, presbyter adversus episcopum accusationem dare aut testimonium ferre non valer. Adde: Nullus laicus crimen clericō audeat infere. Hic exclamare libet: Vos, ô patricius sanguis, quibus amplior est res, Custodite animas, & nulli credite raso.

Quid enim vobis tutum esse potest, si D sacrissimis illis capitibus quidvis adversus vos licet, vobis adversus illos nihil licet?

Compendiosius jugulum vestrum petit & clericali licentiæ valvas omnes aperit canon, qui Zepherino affingitur causa II. Quæst. VII. c. XI. & XIV. Maiorum, inquit, quispiam minorum accusationibus non impetratur. Vos Reges, Principes, Magistratus minorum gentium dii estis. Illi majorum. Tantò tonsoris corolla Imperatorum diadematis præstat. At vos, ô Reges, intelligite, eradicimini judices terra. Hic

Gratiano Gratianum opponere piget. Nam passim in eo exultat, ut specie conciliandæ concordiaæ canones canonibus, frontibus adversis pugnantes componat, adhibitâ modò ridiculâ distinctiunculâ, modo nullâ. Quid igitur, an Synodum illam nullam fuisse dicemus? Minime: Sed eius acta dicimus falsissimis additamentis conspurcata. Rem paulò altius repetamus. Antequam ad Synodi Romanæ enarrationem aggredior, solvendus est scrupulus, nempe quâ sit, ut eius tam obscura supersint vestigia, cum fuerit Nicenâ numerosior, & illustriore loco habita? Huius duæ caussæ fuisse videntur.

Prima, quod plerique Constantinianæ conversionis miraculo attoniti, ignes excedentes ultrò accurrebant potius quam ad Synodum missi, vel arcessiti veniebant, forsitan & quidam famis ac pestis contagia fugiebant, quæ Orientem potissimum vexabant.

Secunda, quod neque de tam diversis provinciis, ne tam illustres, tam notos adversarios conjectura cogebatur hæc Synodus, adeò ut hereticorū illorum, quiq[ue] tandem fuerint, nomen cum ipsa Synodo intermortuum sit. Eusebii silentium hic non est culpandum. Nam eius de Constantini vitâ libri quatuor non tam historici sunt, quam panegyrici, & ea potissimum describunt, quæ ipse notiora erant, quæ videlicet in Oriente gesta sunt. Sylvæ creationem commodum proximè consecuta est Synodus, quam dixi, cuius acta hodieque extant, sed tam mendosa ut Colonenses coacti fuerint eorum triplicem editionem simul cedere, quarum quæ media est, veluti conciliatrix est reliquarum, multis tamen ex ipsa mendis scatens, atque adeò menda eis additamentis, malitiâ an inscitâ eorum, qui notas marginales in textum inserendo optimos quoisque libros corruerunt; ut quotidiè queritantur critici. Jam primum aliquid

A ab initio deest. Itaque auctorum hoc est initium. Eodem tempore, &c. Qui primus hæc acta digessit, ita fere videtur scripsisse. Eodem tempore, cum multi nobiles gauderent, quoniam mater Ecclesia generat filium charissimum Constantinum Sylvester Episcopus Urbis Roma cum suis eam ordinare desideravit, & filios eius frequenter lactare, & gradus eius ordinans, ac consuetudines constituere, collegit universam Synodum episcoporum cum consilio Augusti vel matris eius, & fecit parari in urbe Roma intra thermas Domitianas, que nunc cognominantur Traiana. Collegit autem in gremio sedis sue CCLXXXIV. Episcopos, quibus Constantinus vehicula & annona praefari praecepit: Venere & alii LVII. episcopi partis Rhinocorsare, quorum chirographus in eo concilio declaratur, XLII. presbyteri urbis Roma, & diacones sex, & subdiacones sex, acolythi eius concilii facti XLV. exorcista XXII. lectores urbis Roma XC. notarii XIV. qui diversorum sententias suscipientes ordine enarrarent. Hos annos cum in unum ad

C exāmen articulorum sancte veritatis colligeret in thermas predictas, ita, ut nullus laicorum praesens videretur.

Sequuntur CXXXIX. Episcopi ex urbe Roma vel non longe ab illâ Cæstus, Cyprus, &c. Ex Graciâ autem CXIII. Petrus Anastasius, &c.

Cum, inquam, hi omnes venissent in Synodum, & illi quorum chirographus cucurrit & opinio sanctitatis, h. e. illi p. 57. Rhinocoruritano navigio adveeti, qui non arcelsisti, sed ultrò venerant, & propter sanctitatis famam ad Synodum admissi sunt, & sederunt in eodem confessu thermarum superdictarum. Presbyteri autem Romani omnes, diaconi, clerusq[ue], vel gradus sequentes a tergo episcoporum steterunt. Erant etiam ibi & Calphurnius, qui primò gentilis, & postea Christianus & Praejectus urbis fuit.

Dicit autem Sylvester episcopus urbi Roma orationem hanc: Audite me fratres & Episcopi & universus ordo. Ecclesia Romana: Quoniam bonum est, ut facias cotinas (vel consignationes) habeat Ecclesia, ut regia Ecclesia non vacilleret, sed sit fir-

se firma, & claudat ostium propter persecutorem  
& habeat firmum murum, unde expugnet ad-  
versarios, Cognitos loquor & improbos Calli-  
stum, & Hippolytum Iovianum, qui pro arbitrio  
suo fecerunt Christum creaturam, & Victorinum,  
qui in extollentia sua dicebat, non venire  
pascha die suo, nec mense, sed XIV. Kal. Mai-  
us custodiendum. Ego autem sicut lex commemo-  
rat in vestro judicio commendo sermonem, ut in-  
troducantur hi tres, & corroboretur examen.  
Primo quidem arbitror, Callistum damnandum,  
quia docuit Sabellianismum, & arbitrio suo su-  
mit unam personā esse trinitatis. Non enim con-  
fundere oportet, sed coquare patrē & filiū &  
S. sanctū. Victorinus quoq; prasul principia re-  
gionis antifides, qui in sua ferocitate, quidquid vel-  
les, hominibus persuadebat, & cyclos Pascha pro-  
nuntiabat esse fallaces, ut hoc, quod confituit, per-  
suadeat, XIV. Kal. Mai custodiri oportere, vestro  
sermone, sicut veritas haberet, cassetur, & vestro ju-  
dicio condemnetur, & filiorū nostrorū procurret  
authoritas ad condemnandum Victorinum Epi-  
scopum. Victorini error hic erat: Denun-  
ciatum fuerat Pascha sequens Martii XXI.  
putabat Victorinus Äquinoctium fieri  
Martii XXII. ac proinde Pascha non de-  
bere fieri ante Äquinoctium, sed Aprilis  
XVIII. quae omnino conveniunt A.D.  
314. Mariana in Tabulis Paschalibus  
Victorinum sequitur. Hactenus acta Sy-  
nodiprout à notariis excepta fuerant. Sed  
quia reliqua videbantur prolixiora, labo-  
ri suo parcens exscriptor, ea, quæ conse-  
cuta sunt, paucis in epitomen contraxit,  
his fere verbis: Et intrierunt omnes, ut suo  
sermone damnarentur in judicio. Damnavit  
ergo Synodus Hippolytum diaconum Valentianistam, & Callistum, qui in sua extollentia  
non separabat trinitatem (hōc est, qui non  
distinguebat personas, sed non confun-  
debat) & Victorinum Episcopum, qui igno-  
rans lunationem sub arbitrii sui tenacite dis-  
rumpens unitatem. Et Sylvester in præsentia  
episcoporum supra dictorum & presbyterorum,  
aliorumq; graduum damnavit Hippolytum, Vi-  
ctorinum, & Callistum, & dedit eis anathema,

A & damnavit eos extra suas urbes. Quæ se-  
quuntur, non pertinent ad hanc, sed ad  
aliquam aliam multò recentiorem Sy-  
nodum. Ita ex duarum Synodorum  
actis mutilatis, ac mendosissimis confla-  
tum est monstrum bicorpor. Pannosum  
autem illud pāx & aliunde assutum por-  
rigitur usque ad hæc verba: Neg, ab Au-  
gusto, neg, ab omni clero, neg, à regibus, neq; à po-  
pulo judecabitur. Vel ex hac voce, neg,  
à regibus perspicuum est, canonem hunc  
conditum aut confictum, eo tempore,  
quo Roma non Imperatorem tantum, sed  
& reges Christianos noverat. Postremò habes subscriptionem pertinentem ad  
eam, quam descipimus, Synodum. Et  
subscriperunt CCLXXIV. Episcopi, XLII.  
presbyteri, VI. diacones, & gradus sequentes &  
Augustus Constantinus & mater eius Helena.  
Et fixit canonem hunc Sylvester Episcopus in Urbe  
Roma, & omnibus Episcopis adscripsit. i.e. distri-  
buit omnib⁹ exēplaria actor. eius Synodi.

C Actum intra Trajanas thermas tertio Kalend.  
Iunii (legendum Januarii) Domino Constan-  
tino Augusto tertio & Prisca Consule. Priscus  
hic potuit esse suffectus consul. Baronius  
verò legit Actum in Trajanis thermis tertio  
Kal. Iunij Constantino Cæs. III. & Crispo III.  
Coss. hoc est, A.D. 324. Sed præterquam  
quod dura est hæc correctio, ut pro Do-  
mino Constantino Augusto substituatur  
eius filius Constantinus Cæsar, si A.D.  
324. Romæ præsentibus Constantino &  
Helenâ congregati fuissent Episcopi 41.  
quorum in numero erant LVI. Episcopi  
ex Ägypto Rhinocoritano navigio  
Romam advecti, omnino Arii caussa, quæ  
tum maximè ferrebat discussa fuisset ac  
definita, cum tamen Arii ne minima qui-  
dem fiat mentio, sed trium hominum,  
quos, absque hac Synodo foret, natos  
nesciremus. Differebatur, inquit Baronius,  
hac quæstio in sequentem annum. Saltem di-  
lationis huius fieret aliqua mentio. Sed  
quorū ēt alios & atrodicū? Res erat,  
inquit, majori apparatu dijudicanda. Atqui

Bar. A.D.  
324. §. 127.

numeriosior Nicenâ fuit hæc Synodus. In Oriente erat res agenda, ubi immortali odio & obstinata pertinacia ab Arianis digladiatum erat. Imò, cùm jam Otiens in partes distractus esset, Occidens vero factionibus istis nondum infectus, in quæstione juris, non facti commodior videri poterat huius causæ disceptationi Roma quàm Nicea.

Præterea, cùm Callistus idem fere doctens, quod Arius, Sabellianus tamen, non etiam Arianus dicatur, Hinc certè colligitur Callistum Sabellio quidem posteriorem, Ario verò priorem fuisse, Callisti causam Romæ discussam antequā ARIUS suum virus evomuisset, aut eius error innotuisset. Innotuit autem Arius & turbas ciere cœpit A.D. 315. Miltiades obiit A.D. 313. IV. Idus Decembris Constantio III. & Licino III. Augg. Coss. ut docent Pontificale Damasi, Panvinius, Baronius. Idem docent, sedem vacasse dies septendecim. Commodum igitur in feriam primam, Decembris XXVII. incidit electio Sylvestri. Triduo post III. Kalendas, non Junias, sed Januarias inchoata est Synodus Romana, cuius acta, quantum in nobis fuit, à mendis expurgavimus. Canones autem decem, qui tribuuntur huic Synodo, sunt plane fictiti.

*Non opus est multis, una litura satis.*

Verbi causa. Nullus ex laicâ personâ ab honore Acolythi usq; ad Episcopatum sublevertur, nisi prius fuerit Lector, annos XXX. Acolythus annos X. Subdiaconus annos V. Diaconus annos VII. &c;c.

Nemo det paenitentiam nisi quadraginta annorum petent.

Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat.

Nemo clericum quemlibet in publico examinet, nisi in Ecclesia.

Quid si clericus laicum, aut laicus clericum sciat parricidium in Principem, proditionem in patriam moliri, uterque tacebit, aut arcanum à quo salus publica pendet, non alibi quàm in Ecclesiâ reve-

A labit? Longe aliter Ecclesia primitiva. Africani can. 129. solos excommunicatos ἐν αὐτῷ ἐπ τῷ ἀφοεισμῷ ὑπάρχοντες admitti vetat. & c. 130. Servos, libertos, infames, ut mimos, histriones, hereticos. Concilium Chalcedonense can. 21. vetat clericos laicosve clericorum aut Episcoporum accusatores admitti simpliciter αἴτιος καὶ αἰδοκημάσως ad accusationem, εἰ μὴ τεσπέρον ἔξει. Τοιαύτων οὐ τεστάνθη, nisi prius inquiratur an sit aliqua justa suspicionis causa. Constantinus A.D. 334. Cod. I. 4. tit. 20. lege 9. Honestioribus, inquit, testibus potius fides adhibetur: *Vnius omnino testis responsio non audiatur.* An Photii Nomocanone tit. 9. cap. 2. p. 79. Adversus orthodoxum hereticus omnino non auditur, εἰ μὴ τοῦ βελτίου τοῦ τεστικοῦ διεργοῦ γενέσθεται, nisi propter curialem statum orthodoxus in ius vocetur.

Nemo clericus propter suam causam quam- c. 16.

libet intret in curiam, quoniam omnis curia à crurore dicitur, & immolatio simulacrorum est. Hæc tam putida sunt, ut facile agnoscas scotomate percussum huius Synodi interpolatorem. Quorsum vero hæc? Nempe, ut omnem omnibus clericis peccandi licentiam & impunitatem largiatur, imprimis verò Sedis Romanæ præsumilibus, in quorum gratiam hæc omnia finguntur. Nam reliquos Episcopos, Presbyteros, clericos, quæ acrius Principum ferulae subducit Episcopus Rom. eò ser-

D vilius Tyrannidi suæ mancipat ipse solus futurus πάντων καὶ πάντων αὐτοκρεπτῶν αὐτούσιων. Huc tendunt omnia hæc figmenta, tam stolidè quàm impudenter concinnata. Igitur non tam immunitatē clericorum, quàm supremæ Sedis Rom. dominationi velificantur hæc portenta, quorum hæc est clausula. Nemo di-judicet primam sedem: quoniam omnes Sedes à primâ sede iustitiam desiderant temperari. Neg, quoq; ab Augusto, neg, ab omni clero, neg, à Regibus, neg, à populo iudex judicabitur. Vel vocula hæc neg, à regibus satis indicat, hæc dicta,

Can. 21.

Can. 22.

c. 14.

c. 15.

373 Cap. XXXII. Afficta Julio I. & Felici II. 374

ficta, quo tempore Papa non minus regum, quam Imperatorum iram aut censuram metuebat.

Caput. XXXII.

AFFICTA JULIO I.

Dif. XVII. c. 2.

JULIUS I. PRO ATHANASIO. c. 29.

**R**egula vestra nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc concilium actum est, nec Romana Ecclesia legatus interfuit, canonibus precipientibus sine huius autoritate concilia fieri non debere.

1. Hæ literæ scriptæ singuntur Feliciano & Maximiano Coss. Kal. Novemb. A.D. 337. cum tamen argumentum literarum conveniat quarto post anno.

2. Extant Julii pro Athanasio literæ veræ his longe dissimiles. Scopus impostoris fuit, ut pleraque omnia Ecclesiæ Rom. elogia, quæ in fictitiis antecedentium episcoporum epistolis animadvertebat, convalaret, & Julii autoritate firmaret. Et Julius quidem aliquando modestæ fines excessit, sed ab eâ, quæ illi hic affingitur, immodestia plurimum absuit.

Caput. XXXIII.

AFFICTA FELICI II.

Causa II. Quest. VI. c. 16.

FELIX II. ATHANASIO ET ALIIS Episcopis in Alexandrinâ Synodo congregatis c. 19.

**S**crip*tum* episcopi se à suis comprovincialibus vel metropolitanis putaverint pregravari, aut eos suspectos habue-

rint, mox Romanam appellant sedem, ad quam eos absq[ue] ulla detentione, aut suarum rerum ablatione libere ire liceat.

Hic Felix absque festivo Dramate forret, jam è martyrologio, cœloque Pontificio Baronii usq[ue] avultus inter Schismaticos, hereticos, intrusos exularet. Sed de suâ felicitate periclitantem bearunt nup[er] ēwēχ̄ productâ capsâ, in quâ scriptum erat CORPUS FELICIS PAPÆ ET MARTYRIS: Idque, nequid fabulæ opportunity decesserit, pridie natalem eius. His effosloribus, quid ultra responderet Baronius, nihil habuit. Itaque vivant λωρδούται, qui sanctos cœlo asserunt. Ut ut sit, commentitia in esse hanc epistolam docet.

**C**1. Subscriptio Consulum, qui unquam fuerunt. Data Idus Februarii Agario & Iuliano V. C. Coss. Sane Julianus duos consulatus gessit, quo tempore sedebat Felix, sed collegam habebat Constantium VIII. & IX. non Agarium, qui unquam natus est.

2. Idibus Februarii singit Athanasiū cum Ægypti Episcopis in Synodo congregatum Juliano Cos, qui eodem anno & mense Februarii nono, feriâ sextâ Alexandriæ pulsus fuit A.D. 356. ut ex verbis ipsius Athanasiī epistolis constat.

Causa III. Quest. I. c. 12.

D FELIX II. EPISCOPIS IN ALEXANDRINA SYNODO CONGREGATIS.

**Q**uis est (inquit sancta & magna Nicena Synodus) & nolite persecuti eos, qui recte Deo famulantur, quia nec decet, nec ordo patitur, ut iniqui & carnales spirituales persecuantur.

1. Ubinam gentium extant illa verba, quæ Nicenæ Synodo affinguntur?

2. Quinam sunt illi, quibus haec denuntiare opus habuit Synodus Nicena?

3. Quibus justi & pietatis cura nulla est,

est, num eos ordinis & decori rationem habituros sperare potest vir nondum mente captus?

4. Eiusdem notæ est sequens epistola, quæ fingitur scripta Philemone & Attico Coss. de quibus non sunt sermones nego, loqua.

### Capit. XXXIV.

#### AFFICTA ATHANASIO.

**A** Jusdem commatis sunt, quæ tribuuntur Athanasio ad Felicem. Videlicet, cùm ab Arianis ordinatum Felicem referat, vocaret eum sanctissimum patrem patrum. Præterea Indictione XIII. Felix sedere cœpit: Indictione XIV. sub Februarii finem Alexandriâ fugere coactus est Athanasius. Indictione XV. Felix obiit. Tamen inducitur Athanasius, dicens: se pallium à Felice XVII. Kal. Augustas accepisse Indictione quartâ.

Eiusdem farinæ esse librum de sanctissima Dominâ nostrâ Deiparâ Athanasio inscriptū, quâm falso, vel hinc collige: στοιχεῖα, inquit, φτ̄ ab ιωάννῃ. i. e. equalitas, conversione iota in οὐμένῳ, deinde adjecto υψηλῷ, ut sit quedam substantia effectrix plurium, que in candē unitatem, unde sunt, quasi in sua summā conseruntur. Cui hæc non putent, is nasum non habet. Longè fabulosior est libellus Athanasio perperam adscriptus, de passione imaginis Christi, cuius tres extant editiones planè diversæ, Græcæ duæ, ex bibliotheca Palatinâ, & una Latina ex versione Synodi secundæ Nicenæ, Actione quarti, tomo tertio. Summa est: Quidam Christianus in cellam divertit Berytū sitam. Ali quanto post mutato domicilio reliqua quidem sua transfert, imaginem vero Christi per oblivionem relinquit. Eò se confitit Judæus quidam, & imaginem non animadvertisit. Cùm illum inviseret

**A** alter Judæus, animadversâ imagine suuta hospitem convitiis onerat, Archysynagogum adit. Conveniunt Judæi omnes, imaginem contumeliosè crucifigunt, verberant, acetum ingerunt, lanceâ transfor- diunt. Tum dernum sanguis è latere imaginis profluit. Eo collecto admoventur ægroti, paralytiei, cæci, dæmoniaci innu- meri. Sanantur omnes. Ingens concur- sus fit ad Archiepiscopum Beryensem. Baptismum Judæi postulant, imperant.

**B** Festum indicitur V. Idus Novemb. Hæc si verè ab Athanasio narrantur, quâ fit, ut nec Christiani, nec Archiepiscopi, nec ullius Judæi nomen adscribatur? Quâ fit, ut tantæ rei post quadringentos annos his- toricorum nullus meminerit? Quâ fit, ut Siegericus rem quasi sub Constantino VII. non primo gestam narret ad A.D. 765. Omnia hæc conficta sub Irene, for- san & Irene vel Adriani I. Papæ fraude ad confirmandum imaginum cultum.

Dist. XCVI. c. 12.

#### ATHANASIUS ALEXANDRINUS 336. Episcopus Marco Papæ.

**S**eptuaginta Nicenæ concilii capitula, que de prefata Synodo, jubente domino meo Ale- xandro, decreto omnium Episcoporum attuli, que sunt igne combusta, optamus, ut à vestra sancta sedis auctoritate percipere per presentes legatos mereamur. Præsentibus nobis octoginta capitula in memorata Synodo tractata sunt, quadrage- ginta à Græcis, Græca edita Lingua; & quadrage- ginta à Latinis, similiter Latina edita Lingua. Sed visum est CCCXVIII. episcopis spiritu sancto repletis, & maximè jam dicto Alexandro, & Apo- stolicæ sedis Apocrisiariis, ut decem capitula adun- narentur aliis, atq; congruis locis insererentur, & ad formam LX X. discipulorum, vel totius or- bis terre Linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula, que omnem Christianorum informarent orbem.

Huius epistolæ & responsi, quod Marco tribui-

tribuitur, falsitatem agnoscit ipse Baro-  
nius A.D. 363. §. 59. Sed ne quis dicat,  
nos id quod cupimus, libenter & temerè  
credere, age sententiam tive Baronii, sive  
nostram rationibus communiamus. I. E-  
pistola, quæ ab Athanasio ad Marcum  
scripta fingitur, nec Consulem, nec diem  
habet adscriptum: Epistola, quam Marcus  
Athanasio rescriptile dicitur, hanc habet  
subscriptionem: *Datum XX. (vel X. Kal.  
Novembri) Nepotiano & secundo Viri Cl. Coss.*  
Error est manifestus ex mendoſo Damasi  
codice petitus, cùm pro *secundo* scriben-  
dum eſſet *Facundo*. His Coss. obiit qui-  
dem Marcus teste Damaso, sed septen-  
decim diebus ante eam diem, quæ scri-  
bere fingit. II. Athanasius ita Mar-  
cum compellans inducitur: *Nos, inquit,  
juxta praeceptum Domini, qui ait: Si vos per-  
secuti fuerint in unam civitatem, fugite in a-  
liam, fugientes propter cladem populi eos decli-  
nantes, nos comprehendere non valuerunt. Quæ  
de Athanasii fuga & latebris hic narran-  
tur, contigerunt quinto Liberii anno,  
Christi 356. Sub Marco verò, qui uniuersum  
tantum annum sedit A.D. 356. Athana-  
sius Alexandriæ non fugerat, sed à Con-  
stantino relegatus fuerat in Gallias,*

*Caput XXXV.***AFFICTA SYNODO NI-  
CENÆ I.**


Nicenâ Synodo non plu-  
res viginti canonibus scri-  
ptos testantur Theodore-  
rus lib. i. c. 8. Gelasius Cy-  
ricenus, concilium Car-  
thaginense sextum, & omnes concilio-  
rum collectores tam Latini, quam Græci.  
Quod autem Sedes Rom. comminisci-  
tur LXX. vel LXXX. canones N ce-  
scriptos, hinc ortum videtur. Humber-  
tus adversus Nicetam scribens canones,  
qui dicuntur, Apostolorum, numerat tan-

A tum quinquaginta: Epistol., quæ Zeph-  
erino tribuitur, numerat sexaginta. His  
adde Nicenos: Colligentur canones  
LXX. vel LXXX.

Rursus, antequam prodiissent in lu-  
cem canones, qui dicuntur Apostolorum,  
corporis canonum hæc erat series. Erant  
Niceni canones XX. Ancyranî XXV.  
Neocæsarienses XIV. Colliguntur cano-  
nes LXI. quibus Zozimus pro Gangren-  
sibus XX. & Antiochenis XXV. maluit  
addere Sardicenses XXI. Ita conficie-  
bantur canones LXXX. cum hoc titu-  
lo: **CANONES NICENTI**. Ita Zozimus  
per Faustinum legatum A.D. 418. obtru-  
debat Africanis canonem quartum &  
quintum Sardicensem, quasi eſſent  
LXIII. & LXIV. canones concilii  
Niceni.

His fraudibus sic succinit Stephanus  
II. circa A.D. 752. Liuthobio Episcopo  
Moguntino scribens: *Viginti, inquit, tan-  
tum capitula Nicene synodi in sanctâ Romanâ  
Ecclesiâ habentur, sed quo neglectu alia defece-  
rint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur ea  
Antiocheno concilio fuisse inserta. Sed quia  
nec sic quidem tatis firmabatur impostu-  
ra, manum porrigenſis aliquis apud Ju-  
nem Carnutensem parte quarta, c. 232.  
Stephani verba sic interpolavit: Capitula  
Niceniconcilio testimonio Athanasii 70. in figura-  
ram 70. discipulorum scripta non dubitamus, à  
quibus viginti tantū, &c. Quod si quis malic*

D integrum mendacium Stephano Papæ  
adscribere, eiusque verba à Gratiiano mu-  
tilata affirmare, per me licet. Epistola,  
quæ Athanasio tribuitur, finge in Ægypto  
periisse canones Nicenos, ex itali recuperandos. Contra, cùm Stephanus II.  
fateatur Romæ tantum viginti canones  
Nicenos extare, Turrianus finge Alexan-  
dræ recuperatos canones Nicenos  
LXXX. Arabicâ lingua scriptos, que, in-  
quit, erat Ægyptiorum vernacula, non Græca.  
Atqui Arabicæ linguae nullus in Ægypto  
extat usus ante A.D. 640. circa quicq[ue] Bb

Omar Mahometanus Ægyptum invasit.

Quanquam autem meritò nobis suspectum sit, quidquid recens ex finu Jesuitarum obtruditur, ego tamen nolim affirmare, canones illos octoginta planè fictitious esse, sed crediderim esse canones ex diversis conciliis compilatos, maximè verò ex Synodo Nicenâ, quibus eam ob causam Jesuitæ titulum illum præfixerunt. Non esse verò simpliciter & propriè Nicenos canones illos, vel hinc patet, quod multa vocabula usurpat, quæ multo post concilium Nicenum nata sunt.

Canon Alexandrinus XXX. vetat, ne quis alia, quām quæ in Scriptura habentur, nomina filiis suis imponat, sin minus, vocari jubet eos *Ioa-nium, Memarium, Su-rianiūm*. Hæc nomina Niceno seculo tam erant ignota, quām ipsa constitutio, cuius mens hæc fuit: si qui liberis suis dent nomina ab Ethnicis petita, ii dicantur *Ioa-nium, hoc est, Eλιανος, Græci*: Si qui ab Mahometanis, ii dicantur Omaritæ vel Suriani. Tertius Bagded & Damasci Chalipha nomine Ben-Omar regnare cœpit anno Hegiræ XIII. qui initium duxit A.D. 634. Martii sexto, usque ad annum Hegiræ XXIII, qui initium duxit A.D. 643. Novembribus XVIII. Hoc decennio plurimum crevit Mahometanorum potentia. Quippe Damascum occupavit Abu Abira, Ægyptum Omar, Persicam Abdalla. Mahometani Damascum & Syriam obtinentes, dicti sunt Suriani. Mahometani verò, sive Arabes Ægyptienses *Memarium*, hoc est, Omaritæ ab Omar Ægypti domitore. Ridiculum est igitur nuperum glossema, quod eo canone additur in hæc verba, *que nomina Ara-bicè significant homines secundùm carnem, & non secundùm Deum viventes*.

Sed & can. XXXIII. sic legitur. *Patriarcha sit in civitate regi, ut sit honoris ipsi & Regi, & alii simul Presbyteri. Honoretur etiam Episcopus Eliae plus quam alii Episcopi, quia ipse*

A *residet in sancta civitate, unde crux Domini na-fri caput, & ubi est locus judicij. Ante concilium Nicenum sub Imperio Rom. nulla vel sola Roma dicebatur urbs Regia. Post A. D. 330. duæ civitates dictæ sunt Ba-silides, Basileia Regia, Roma videlicet & Constantinopolis. Postquam Maho-metani magnam imperii Rom. partem u-surparunt, tum urbes aliquot dictæ sunt Regiae. In iis jubentur Patriarchæ resi-dere, ut id sit illis & Regibus ipsi glorio-sum. Nam etiamsi Christiani non essent Reges illi, tamen Christianos fovebant, & Patriarchis favebant. Inter hos Ælien-sis, sive Hierosolymitanus quasi medijs erat. Quamobrem Hierosolymis potius quām alibi Synodos maiores habebant Christiani sub Mahometanorum imperio viventes. Hinc est quod Ælia dicitur locus judicij.*

Can. XXXIV. *Si necesse sit, convenire Episcopos Gracie, & præsens fuerit Prelatus Seleucie, qua Seleucia est in provincia Baby-lonia in regno Zabur, & hodie est Civitatu-le, oportet eum honorare multum, & magnificare, atq; extollere supra omnes Episcopos Gracie. Siquidem ipse tenet locum Patriarchæ in Oriente, & sedes eius in Cencilio debet esse sexta post Episcopum Hierosolymitanum. Ut olim bona pars Italie dicebatur magna Gracia. Sic sub Mahometanorum imperio pro-vincia quædam dicta est Gracia, cuius Episcopi olim suberant Antiocheno Patriarchæ, sed postea jussi sunt parere Se-leuciensi Episcopo, qui & Patriarchæ ti-tulo cohonestatus est. Quia autem olim Ælia parebat Cæsareæ, ideo Cæsariensis Episcopus ita subduci sibi passus est Æ-liam, ut proxima posteam loca obtinetet. Itaque in Synodis generalibus Orientali-um Christianorum sub Mahometanis viventium hæc fuisse videtur series sed-dium Patriarchalium. Ælia, Antiochia, Alexándria, Cæsarea, Damascus, Seleucia. Ita Ælia primum, Seleucia sextum locum obtinebat. Reliquæ intermediaæ erant, five*

Et hoc quem posuimus ordine, sive quodvis alio: Seleuciensē sequebatur Abyssinus Alexandrino subjectus can. XXXVI.

Can. XXXVII. Si Episcopus Cypri diem suum in hyeme obierit, & non potuerint populi propter tempestatem mari mittere Antiochiam, ut Patriarcha Antiochenus constituant ipsis Archiepiscopum loco mortui, debent scribere ad Patriarcham, &c. Atqui A. D. 430. Cyprii contenderunt in Ephesina Synodo, hoc ius non competere Antiocheno Episcopo. Antiochenus sentiens usurpationem suam Synodo non posse probari, non comparuit. Synodus Cypriorum libertatem tutata est adversus usurpationes sedis Antiochenæ, quæ tamen tandem Phylacteria sua etiam in Persidem usque extendit, & ut præscriptionis jure confirmaretur, Alexandrino cano. XXXV. obtinuit.

Can. XXXIX. Patriarcha est pater omnium, qui sub potestate eius sunt, sicut ille, qui sedem Roma tenet, caput est, & princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos & omnes populos eorum, &c. Hic articulus nec Niceæ, nec usquam gentium est constitutus, sed à sedis Rom. mangonibus confictus, aut additamento turpissimo adulteratus. Nam & Nicenus can. 6. & Alexandrinus can. 8. non ultra quam in suburbicarias urbes Romæ vicinas, & circumiacentes potestatem ullam dederunt Episcopo Rom. Roma quidem Tyrannicum hoc ius sibi arrogat, sed nec Christus, nec Apostolus ullus, nec Synodus ulla ius hoc Romæ concessit, nec Roma, ut ut lapidem omnem moverit, potuit in omnes Episcopos, nedum in omnes Principes Christianos tyrannidem suam exercere, atque adeò ex can. XLV. falsi convinci potest can. XXXIX. Nam canon XLV. vetat, ne quis Archiepiscopus Patriarcham accuset, nisi adhibito altero Patriarcha. Romam statim currendum sit, si Romæ, si canoni XXXIX. cre-

A dimus. Nihil tale exigunt Alexandrini. Sufficit illis, ut Patriarcha non nisi apud alterum Patriarcham vicinum videlicet accusetur, quomodo & can. XLVI. vetat, ne Patriarcha Archiepiscopi causam judicet, nisi adhibitis aliis Patriarchis, quæ certè sedis Rom. motibus non convenient. Turrianus turdo se consimilem prodit, qui sibi ipsi malum cacat. Nam ex his canonibus, quos Nicenos esse contendit, saltem aliquid bona frugis colligere possumus, quo confutentur perversæ interpretationes canonis sexti Niceni, quas Baronius, Bellarminus, & maxime Turrianus ingenti animi contentione propugnant. Certe non potuit canonii sexto Niceno melior paraphrasis dari, quam quæ habetur in canonibus illis Alexandrinis can. 8. Constitutum est, ut Episcopus Egypti, id est, Patriarcha Alexandriae president, & habeat potestatem totius Egypti & omnium locorum, civitatum & oppidorum, quæ sunt circa eam, quia sic convenit, & quia similiter Episcopus Roma, id est, successor Petri, potestatem habet omnium civitatum ac locorum, quæ sunt circa eam, ac similiter Episcopus Antiochie, id est, Patriarcha, potestatem habeat illius provinciæ totius, quæ est circa eam, & in aliis item locis servari debet, quod in præterito constitutum est. Patriarcharum inter Christianos orthodoxos usus nondum inoleverat. Post Synodum non ita multò post primū Archiepiscoporum, dein Exarchorum & Patriarcharum mentio frequens esse cepit. Quia igitur in hoc canone sedis Alexandrinæ, Romanæ, Antiochenæ & Hierosolymitanæ fit mentio, idque ἐν τοπῳ, harum sedium episcopi vel parasiti persuasum hominibus voluerunt, quatuor patriarchatus à Nicenis institutos, cum nihil minus cogitarint Niceni, neque primatum Romano Episcopo negabant Orientales Patriarchæ, modò & ipsi superbo titulo Patriarchatus supra ceteros se extollerent.

Res Episcopo Rom, è gratior erat,

quod in Occidente nullum videbat, cui pertinet tribueretur hic titulus. Itaque persuasum id etiam Theodoro Balsamoni, qui de Episcopis Rom. ita liberaliter loquitur, ut non Italiz, sed Occidentis Patriarcham vocet. Sed quia id Baronio non sufficit, non dubitat Baronius A.D. 325. §. 130. & 137. affirmare Balsamonem, cum haec effutiret, tetrâ odii nube excecatum in meridie palpare. Haec suis gnatibus præmia rependit Romanus asturco.

*Cui male si palpere recalcitrat, undiq; tutus.* B Itaq; Nicolaus Papa ad Michaelem Inap. scribens & Baronius contendunt: *Romanam Ecclesiam à Niceno concilio nihil accepisse*, quo nihil verius est. Nam illa ementito Petri nomine omnia usurpavit.

### Capit. XXXVI.

#### DEPRAVATIONES APUD GRATIANUM.

**S**edi Romanae satis non fuit statuminandæ suæ potentiae vel superstitionis ergo falsa Patribus adsingere scripta, nisi genuina quoq; Patrum scripta multis modis depravaret. Eas omnes depravationes convalescere non est necesse. Nobis ad specimen sufficiet aliquot indicare in iis potissimum argumentis, quæ spectant illam, de qua haecenus egimus, Sedis Rom. potestatem & sanctitatem.

Dif. XVI. 6. 1.

#### ISIDORUS.

**C**anones, qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum prebuerunt, pro eo quod ab heretis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab auctoritate canonica atq; Apostolica

A eorum gesta constat esse remota, atq; inter Apocrypha deputata.

#### GREGORIANÆ NOTÆ.

**C**aput hoc est in prefatione Isidori ad collectionem conciliorum, qua ex Bibliotheca Ecclesie Toletana descripta Romam missa est. Isidorum ita scripsisse, docet res ipsa, & canon Gelasii, qui habetur Dist. XV. Adde quod cum Isidorus Hispalensis fuerit, hoc exemplar Toletanum potest esse ipsum Isidori αὐτηφορ, aut ei antiquitate quam proximum: obiit A.D. 635. Sed Iujo Carnutensis Episcopus insignis Berengarii, hostis alterius Isidori Mercatoris, qui post A.D. M L. scripsit, verba suæ collectioni præmisit. Gratianus verò pro sua prudentia utramque sententiam Decreto inseruit, ne monito quidem lectore, utram magis probet, cum sint planè contraria, & sintne unius Isidori, an duorum.

Dif. XIX. 6. 6.

#### AVGUSTINUS DE DOCTRINA Christiana l.2. cap. 8.

**I**N Canonis scripturis Ecclesiarum Catholicarum quam plurimum divinarum scripturarum solertissimus indagator auctoritatem sequatur, inter quas sane illa sunt, quas Apostolica sedes habere, & ab ea aliis meruerunt accipere epistolas.

#### IN HUNC CANONEM NOTÆ Gregorianæ.

**C**aput hoc apud B. Augustinum loco indicato sic habet: In canonis autem scripturis Ecclesiarum Catholicarum quam plurimum auctoritatem sequatur: inter quas sane illa sunt, quæ Apostolica sedes habere, & epistolas accipere meruerunt.

Dif.

Dist. XXXVII. c. 5.

## EX DICTIS AUGUSTINI.

**Q**ue ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est, liber Sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, psalterium, homilia per circulum anni, &c.

Hæc Augustini non esse, patet ex eo, quod quadringentis fere post Augustinum annis in Synodo septimâ exigitur, tantum ut Sacerdos sacram scripturam calleat, & sacros canones. Conficta sunt igitur hæc eo fere seculo, quo triplicis coronæ loco triplex etymon Sacerdoti affectum est.

Sacra docens, sacra dans, & dux sacer esto Sacerdos.

Dist. XCIII. c. 3.

## CYPRIANUS DE UNITATE Ecclesiæ.

**Q**ui cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse non confidat.

Vera Cypriani verba sunt: Hanc Ecclesiæ unitatem, qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesia renititur & resistit, in Ecclesiæ se esse confidit?

## GREGORIANÆ NOTE.

**N**on codice M. S. Vaticano, itemq; in altero Monasterii S. Salvatoris Bononiae sunt verba hac, qua à Gratiano & Iuone afferuntur. Ac sane paulò ante Cyprianus hanc ipsam Petri cathedram esse ostenderat, unde unitas Ecclesiæ penderet.

In hoc libro, qui de unitate Ecclesiæ, vel de simplicitate prælatorum inscribitur, ut & passim in epistolis suis Cyprianus invehitur in eos, qui Cornelio legi-

**A** timè ordinato alium iniquè substituerant, nempe Novatianum: docetque unitatis & concordiae causâ in unaquaque Ecclesia unicum debere Episcopum constitui. Nihil igitur hæc ad primatum, qualem cathedrae suæ Pontifices affingunt.

Et Cypriani quidem mentem aliò trahi, nihil miramur. Illud excusari non potest, quod etiam eius verba violavit corruptor stylus Vaticani codicis, unde vitium Bononiam & Carnutum usque propagatum. Hinc Iuo Carnutensis, hinc Gratianus sive scientes sive imprudentes adulteratum Cypriani textum nobis obtruserunt.

Hadrianus Papa I. Imperatorum Orientis & regum Franciæ gratiam aucti-pans ex Vaticani sui tripode oraculum hoc emiserat in capitulis can. ult.

**C**Generali decreto statuimus, ut execrandum anathema sit, & veluti pravaricator Catholicae fidei semper apud Deum reus existat, quicunq; regum vel potentum deinceps canonum censuram in quocunq; crediderit vel permiseric vio-landam.

Postquam Francorum opibus aucti Romæ episcopi Mœcenates suos ac patronos despicere cœperunt, tum canonem hunc ita interpolarunt: quicunq; regum seu episcoporū vel potentum deinceps Romanorum Pontificum decretorum censuram, &c. Sic Anselmus l. 2. c. 2. & l. 4. c. 40. annis trecentis post Adrianum I. & in Polycarpō l. 4. c. ult. ac denique Gratianus Causa XXV. Quæst. I. c. 11.

Huic depravationi occasionem præ-buisse videtur Nicolaus I. in Synodo Rom. cuius verba refert Gratianus eadem quæst. c. 18.

Causa II. Quæst. VI. c. 35.

**A**d transmarina qui putaverit appellan-dū à nullo intra Africam in communione

suscipiatur, nisi forte Romanam sedem appella-  
verint.

GREGORIANÆ NOTÆ.  
Nisi forte, &c.

**H**ec in antiquis codicibus scribuntur tan-  
quam Gratiani verba.

Sanè ita est in quibusdam codicibus,  
sed discrimine tam exiguo, ut fraude ma-  
nifesta parato suffugio dicere posset Gra-  
tianus.

Equiti sedere, Lectioq; se stare.

Dist. XXII. §. 6.

CONCIL. 6. CAN. 36.

**R**enovantes sancti Constantinopolitani de-  
creta Concilii petimus, ut Constantinopo-  
litana sedes familia privilegia, qua superior Ro-  
ma habet, accipiat, nec non in Ecclesiasticis rebus  
magnificetur ut illa, sed hac secunda post illam  
existens prius quam Alexandrina sedes nume-  
retur, deinde Antiochenæ, & post eam Hierosoly-  
mitana. Hic notæ Gregorianæ in hæc  
verba. **N**ec **n**on. Sic emendatum est ex  
aliquot manuscriptis & Gracis. Antea enim le-  
gebatur **N**ON **T**A **M**E **N**.

Virtutem quisquis amat, eam etiam  
in hoste amat. Notarum Gregorianarum  
authores Paulus, Constabilis & Si-  
xtus Fabri non tantum sedulitatis, sed et-  
iam ingenui candoris, quantum per Se-  
dis Romanæ mores licuit, nomine lau-  
dem non vulgarem merentur. Ex mul-  
tis adulteriis, quibus scatibus jus Cano-  
nicum, quedam castigarunt, plura pro-  
cul dubio præstituri, si licuisset impunè.  
Ex tribus huius canonis depravationibus  
saltē unam agnoverunt. Reliquas vel  
non animadverterunt, vel putarunt à  
paucis animadversum iri. Pro petimus in  
Græco est δεξιῶν, id est, definimus, sta-  
tuimus: pro similia, in Græco est ἵσα, id est,  
æqualia. Decreti depravationibus an-

A numerare possumus, quod passim huic  
aut illi concilio, Patriæ tribuuntur, quæ  
sunt alterius Patris, alterius concilii, verbi  
gratiæ.

Causa XXX. Quest. IV. c. 2.

**P**roferuntur hæc verba tanquam ex  
concilio Chalcedon. Si pater & filius,  
aut duo fratres cum una muliere, aut si cum  
matre & filia, aut cum duabus sororibus, aut  
**B** cum duabus commatribris aliquis concubuerit,  
secundum antiquam & humanorem definitio-  
nem octo annis gerireat.

Hunc canonom Chalcedonensi Con-  
cilio falsò adscribi constat. 1. Quia ni-  
hil tale extat in legitimis Synodi eius  
actis. 2. Quia tum nondum in Eccle-  
siam irrepererat hæc supersticio, quæ vetat  
mulierem compatri suo nubere, & vici-  
sim. 3. Quia hominum commenta hoc  
canone præceptis divinis æquantur aut  
**C** etiam anteponuntur

Causa XXXI. Quest. I. c. 2.

**A** pud Gratianum & apud Lombardum I. 4. Sent. Dist. 35. inducitur  
sic loquens Augustinus de nuptiis I. 1.  
cap. 10.

Denig, mortuo viro, cum quo verum fuit con-  
nubium, fieri potest Conjugium, cum quo pre-  
cessit adulterium.

Ita Gratianum & Lombardum scri-  
psisse, patet ex eo, quod Augustinum op-  
ponunt Leoni dicenti: Nullus ducat in  
matrimonium, quam prius polluit adulterio.  
Augustinum tamen cum Leone sensisse  
ac scripsisse: fieri non potest verum connu-  
bium, docent. non modo codices excusi &  
manuscripti, sed & series sermonis eius.

Sic Causa XXVII. Quæst. 2. §. 16.  
Augustino hæc affingitur sententia: Non  
est dubium, illam mulierem non pertinere ad ma-  
trimonium, cum quæ commissio sexus non doce-  
tur fuisse. Gratianus opponit hanc senten-  
tiā,

tiam, quam Augustino, & alteram, quam A  
Leoni I. tribuit, sententiae Julii I. cum ta-  
men & Augustinus de nuptiis I. i. c. 11. &  
Leo I. Rustico ep. 90. vel 92. planè sen-  
tiant idem quod Julius I. nempe matri-  
monium etiam sine concubitu verum ac  
integrum esse, ut in Josepho & B. Virgine.  
Sed ideò depravata sunt hæc Augustini,  
Leonisque verba, ut Benedicti ad Gra-  
densem Patriarcham rescriptum videre-  
tur nisi, si non Scripturæ, saltem Patrum  
aliquot testimonii.

Sic Causa XXXII. Quæst. II. c. 12.  
Ambrosio tribuuntur hæc verba: *Nuptie  
terram replent, virginitas paradisum, &c.*  
At hunc canonem in Ambrosii operibus  
non reperiri, farentur notæ Gregorianæ,  
& est Ambrosio indignissimus. Nam &  
virgines tæpe replent infernum, & si nu-  
ptiæ cœlum non replent, nunquid cœlum  
implebunt luponaria? Et sanctissimæ  
quæque virgines nonne nuptiis suum or-  
tum debent?

Ex pauculis his exemplis collige,  
quæm mentè nobis sint suspecti libri,  
qui ex Sedi Rom. Bibliothecis pro-  
deunt, maximè si propius attendas. Si-  
xti Senensis verba Pium V. sic compel-  
lantis A. D. 1566. Primum, inquit, toto  
Christianorum orbe conquiri nefaria doctrina  
libros & publicè exuri justisti. Deinde ex-  
purgari & emaculari curasti omnia Catholico-  
rum & pricipiè veterum patrum scripta, ha-  
reticorum etatis nostra facibus contaminata, &  
venenis infecta.

Huc pertinent Indices, quos vocant  
expurgatorios, excusi primum in Belgio  
A. D. 1571. Antuerpiæ apud Christo-  
phorum Plantinum, deinde Madriti a-  
pud Alphonsum Gomezium, Re-  
gium Typographum A. D.

1584.

## Caput XXXVII.

AFFICTA GRE-  
GORIO I.

 On solas decretorum suo-  
rum collectiones stellio-  
natibus suis inquinavit se-  
des Romana, sed & pas-  
sim huius fraudum moni-  
menta sparsit. Harum specimen ali-  
quod edamus. Gregorius I. plura sua-  
rum lucubrationum documenta trans-  
misit ad posteros, quæm omnes ipsius  
antecessores, plura quam omnes deceun  
seculorum Romani Pontifices simul  
conjuncti. Tantò facilius fuit genuinis  
ipsius operibus spuria quædam admisce-  
re. Conciliorum Coloniensium A. D.  
1606. tom. 2. pag. 951. Binus Sorbo-  
nista falsi damnat literas, quæ Gregorio I.  
tribuuntur ad Marinianum Ravennatem  
Episcopum. Multò justius falsi damna-  
re possumus tum Suectionense, tum Au-  
gustodunense privilegia, quæ Gregoria-  
nis operibus inserta sunt. De Sueccio-  
nensi primùm agamus: Gregorianorum  
operum Parisiis editorum A. D. 1521.  
& Antuerpiæ 1572. Suectionense S. Me-  
dardi privilegium ponitur sub finem  
duodecimi Gregorianarum epistolarum  
libri.

D. Conciliorum autem collectio Colo-  
niensis A. D. 1606. secundo Gregoria-  
narum epistolarum libro post epistolam  
38, privilegium illud inserit, & affingit  
Indictioni XI. A. D. D XCIV. Vide-  
lieet, ne, si semper juberetur in extrema  
sponda state, pro rejectio spurioque fa-  
cilius agnosceretur. Sed huius nuperæ  
fraudis architecti prudentius saltem de-  
buerant rationibus suis consulere, & In-  
dictioni XI. non D XCIV. sed D XCIII.  
ut vetustiores editiones habent, Christi  
annum assignare. Hocprivilegium solidè  
falsi

falsi convicerunt Serenissimus magnæ Britanniæ Rex Jacobus I. & D. Plessæus Vir Cl. Sed ut eò liquidiùs constet, quām id non temerè sit à tantis virtis factum, eorum rationibus etiam has adjungamus.

I. A. D. 593. vel 594. Brunechildis eiusque nepos Theodoricus ita loquentes inducuntur, ac si pridem esset mortuus Childebertus Brunechildis maritus, Theodorici pater, cùm tamen sexto demum post anno, Christi sexcentesimo mortuus sit Childebertus.

II. Solus inducit loquens Theodoricus Aurelianii Rex, nulla patruelis ipsius Clotharii II. Mentione facta, cùm tamen eius potissimum esset habendara-tio. Nam Sueßionum Rex erat, non Theodoricus, sed Clotharius.

III. Quorsum sive Clotharius Sueſſionum, sive Theodoricus Aurelianen-sium Rex inducitur conventus Sueſſionis proventus Alpinis potius quām vi-citis agris assignans?

IV. Cùm ante Gregorium I. nullum Imperatorem, nullum Regem, Principem nullum regno spoliare, deponere tentarit ullus Episcopus, quā fronte potuit induci Gregorius I. omnes Episcopos, Reges, Principes deponens, qui sive fraude, sive negligentiâ, vel minimum huius consti-tutionis apicem temerarint? Interim, ut huic imposturæ fides fieret, concilii Ro-mani, quod A. D. 595. convocatum est, plerasque subscriptiones mutuatus est ~~caecilius~~, quidam etiam commen-tus est.

Augustodunense verò privilegium, quod Gregorianarum epistolarum, lib. XI. ep. 10. insertum est, brevius cum sit, paucioribus argumentis falsi potest im-pugnari, quām Sueſſionense, sed falsum tamen esse colligo I. ex his verbis, quæ sunt illi cum Sueſſionensi communia. Si quis verò Regum, Sacerdotum, Iudicium ac personarum secularium hanc constitutionis no-

